





26 a - 2 - 4



Vinard
Hist: Rom

4


30-1-4

Handwritten text, possibly a signature or name, appearing upside down.

116898953

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL	
MADRID	
Sala:	B
Estante:	5
Número:	43





R. 19952

STEPHANI VINANDI PIGHII
V. R. ET CL.

ANNALES
ROMANORVM;

QVI

COMMENTARII vicem suppleant in omnes veteres
HISTORIAE ROMANAE Scriptores.

TOMVS SECVNDVS, POSTVMVS,

Opera & studio

ANDREAE SCHOTTI Antwerp. è Societate IESV
recensitus, auctus, & illustratus.

*Cum FASTIS CAPITOLINIS à STEPH. VIN. PIGHIO suppletis,
& FASTIS SICVLIS ab eodem SCHOTTO emendatis.*

Del Cons.^o



*Del Cons.^o de
Antonio
a Granada.*



ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Viduam & Filios Ioannis Moreti.

M. DC. XV.

del Marques de Norros



STEFANI VINANDI EIGHTH

V. R. ET. CL.

A. N. M. A. L. E. S.

R. O. M. A. N. O. R. Y. M.

Q. V. I.

Commentarii in quibus continetur

Historia Romanorum scriptores.

TOMVS SECVNDVS. POSTVIVS.

Opera & studio

Andree Schotti Antwerpensis

locutus, auctoris & illustratus.

Curiae Cantuariensis & Stephani Vinandii

Episcopi Cantuariensis & Archiepiscopi

A. M. D. C. L. X. V.

R. O. M. A. E. T. A. M. S. T. E. R. A. M.

in typis Johannis de Wylton

M. D. C. L. X. V.

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS.
FEDERICO
BORROMAEO
S. R. E. CARDINALI
MEDIOLANENSIVM
ARCHIEPISCOPO
AND. SCHOTTVS ANTVERP.

DE SOCIET. IESV

LIB. MER. D. D.



VI alienos adoptione, siue arrogatione, iure Quiritium adoptant liberos, Ampliff. CARDINALIS, meliore longè conditione legibus esse perhibentur, quàm qui ex se natos tollunt: quòd hi necessariò educunt quales ij cumque existant, siue proba indole, seu vitiosa: qui verò adoptât, ac veluti surculum arbori truncoque, agrorum ritu, inserunt, ij ferè cum delectu alienum partum adoptant, ea mente ac lege alunt, atque adèd in hereditatis spem iúsq; vocant, si probi erunt, morigeri, ac virtute præditi. Idem profectò librorum parentibus vsuuenire video, vt nimio sæpè sui amore cæci monumenta ingenij, auræ popularis audiores, quàm vt maturefcere sinant, iam extrudant, & quasi exponant: at verò qui in aliorum scriptis edolandis operam ponunt, vt qui veterum Scriptorum lucubrationes eruditi homines egregiè utiliterque quà expoliant, quà illustrent, næ illi maiore quàm Auctores ipsi iudicio, segregata *φιλανθία*, ponderant omnia, & ad trutinam ex-

pendunt. Sed hæc quò pertinent, altiùs fortasse repetita? Nimirum vt otij mei consilijque rationem in præsens reddam, (quod in Originibus suadet M. Cato) cur adoptarim alienum hunc factum; testamenti tabulis etiam rogatus vt tollerem, hoc est, absoluerem, ad exitumque adducerem. Is Stephanus est Vinandus Pighius, filius sororis Alberti Pighij, Theologi insignis, & Orthodoxæ maiorum fidei sub Leone X. propugnatoris aduersus Lutherum, Christiani orbis pestem perniciemque post hominum memoriam teterrimam. Ecclesiasticam enim Hierarchiam doctè ac subtiliter, cum fera illa immani vineam Domini Sabaoth adhuc cum Calviniana sobole vastante, disputando asseruit. Stephanus quoque Romæ æterna in Vrbe diu multumque versatus, hoc est, in orbis terrarum, vt Polemon ille apud Galenum nominat, compendio, hominumque luce & ingeniorum theatro amplissimo, hærens in contubernio Ant. Perenotti Card. Granuellani, rerum est maximè Rom. eam peritiam studio diligentiaque & obseruatione assidua Fastorum Capitolinorum, marmorum, numismatum atque inscriptionum, consecutus, vt quos comparem Sigonios atque Onuphrios (bone Deus, quales viros!) facillè reperiam; quos verò hoc in genere illi anteponam (quod præfiscinè dictum volo) inueniam neminem. Cuius quidem industriæ doctrinæque specimen iam tum adolescens in Val. Maximi Memorabilibus cum emendandis, tum fontibus digito commonstrandis, pridem dederat. Pòst verò matura iam ætate in Sygambri Ducis Cliuorum auctoritate datus Caroli filij studiis formandis, peregrinationis eius Religionis ergò ad limina Apostolorum comes, iter illud longum sanè atque impeditum, disertè, vt omnia, in *Hercule Prodigio*, hoc est, Principis optimi imagine, descripsit; eius inquam Caroli, qui anno Sæculari sacro Romæ, Neapoli reuersus in complexu Gregorij XIII. Pont. verè Max. spiritum Domino dominantium reddens, inibi conditus est marmoreo Mausoleo, in Deiparæ Virginis æde sacra, ad Hadriani VI. P. M. Belgæ tumulum. Summa ille quidem pius Princeps animi voluptate exspirans, quòd in Vrbe sancta resurrectionis spe plenus acquiesceret; dolore tamen incredibili, quòd animo iam tum prouideret ac præfagiret fore, vt, quod euenit, res Catholica in Cliuensi ac Iuliacensi ditione se mortuo periclitaretur; denique humanarum rerum vicissitudinis memor, iam omnia sensit

In peius ruere, & retrò sublapsa referri.

— Nec

Nec fefellisse eum augurium, expeditiones hodie (turbatis nimirum Caluianorum operâ rebus publicis, Religioneque maiorum pænè ibi extincta) Aquisgranum versus ac Vezaliam à fortissimo duce Ambrosio Spinola, auspiciis Matthiæ Austriaci Cæsaris Aug. susceptæ felici omine, satis ostendunt. Idem verò Stephanus, Canonicus iam ac Scholarcha Sanctensis in Cluua Ecclesiæ, (quod oppidum Vetera Rom. castra fuisse appellatum prodit) ætate fessus, senio grauis, laboribus ac vigilijs exhaustus, vita ille quoque decessit, sed nondum vltima manu Annalium Rom. operi addita. Codicillis itaque me hoc elogio abiens ornauit, vel oneravit potius, vnum me aut velle, aut, vt ipsi quidem visum, posse absolutum dare, idemque obnixè rogare. Equidem simul ab oculorum ægritudine Dei benignitate, ac Deiparæ patrocínio sum planè liberatus, nihil duxi antiquius faciendumque priùs, quàm vt pij functus officium amici iusta persoluerem, & labores eius, conuicio pænè quotidiano doctiss. virorum efflagitatos, quod ὁ μακαρίτης vltima voluntate postularat, foras darem. Feci commodo Reip. perlibenter, meis etiam vigilijs posthabitis. Decem ampliùs annos Urbis conditæ, qui in hisce Annalibus desiderabantur, siue heredum incuria amissi, siue in aliud tempus ab Auctore reiecti essent, lamam & lacunam explendo suppleui. Reliqua recensui, quoad eius fieri à me potuit, & instauravi: curatis etiam, sine quibus hic omnis otiosus labor foret, personarum Indicibus. Vltimam enim addere manum Pighio negatum ante tempus nobis erepto. Nam semper immatura mors eorum, qui de Rep. benè merentur, existimari solet. Quem quidem laborem, etsi alieno in fundo exædificando, & alterius colendo agrum, eo suscepisse minùs pœnitet, quòd reapse comperi, aliisque, spero, probabo, nullum aptiorem Commentarium ad M. Tullij Historica, ad T. Liuij Annales, ad Dionysium Halic. ac Dionem, ad L. Florum, ad Scriptorem de viris urbis Rom. illustribus (quem libellum adolentes admodum Duaci ac Lutetiæ illustrauimus) omnesque adè Rom. rerum Scriptores, extra hos Pighij Annales, nec sperari, ac ne optari quidem posse. Adhæc sacris illis Ecclesiasticis Annalibus ampliss. Card. BARONII præmitti hoc Annalium volumen commodè posse, equidem mihi persuadeo, si quis fortè altiùs temporum memoriam replicare volet vltimam iam inde ab Vrbe condita ad CHRISTI vsque natalem & mortem. Cui Eusebianum Chronicon ab

Orbe condito qui adiunget, vt est ab Arnol^{do} Vafatensium Epi-
scopo Lutetiæ castigatius editum, omnem ille omnium ætatum
historiam, cùm sacram tum profanam Bibliotheca sua continere
censebitur. Tutelam itaq; postumi huius partus, honoris mei gra-
tia & amoris, suscipias velim: potes enim, cùm summa sis digni-
tate meritò ornatus, purpurei Senatus columen, & scientia ac
pietate clarus: per quem nuper anno M. DC. X. pridie Non. No-
uemb. Cælitum numero adscriptú Romæ à Paulo V. Pont. Max.
meminimus CAROLVM BORROMÆVM, patruele, vitæ in-
nocentia patrandisq; nostra tempestate signis admirandis exi-
mium. Quid? Ecquis non miretur, ac venerabundus stupeat,
talem tantúmque virum CAROLVM, cælo propè delapsum;
terris pænè ostensum dumtaxat, ac citò nimis eodẽ reuertisse,
vbi Beati æuo perfruuntur sempiterno? CAROLVM inquam in
nobilissima Insubrum familia natum, auunculo P I O IV. P. M.
in mediis aulicæ vitæ delicijs in sese rigidum, alijs blandum, purè
innocenterq; acta vita, vitijs bello indicto, ac deprauatas secta-
rum opiniones circum circà grassantes, veluti pestem, oppri-
mentem, funditusq; extirpantem quis non iure optimo suspi-
ciat? Quantum huius sæculi Principes palatijs augustisq; sedi-
bus exstruendis profundunt, tantum CAROLE (Te enim appel-
lo) templis Deo Opt. Max. Diuorúmque memoriæ consecrandis,
Religiosis familijs & velatarum Virginum claustris, vtilius imp-
pendisti. Quantum alij conuiujs atque epulis, vasisq; auro at-
que argento cælatis & toreumatis perdunt, tantum ipse ieiunijs,
inedia, & inopia laborantibus distribuisti. Tu vigilijs, chameu-
nijs, cilicijs carnem edomasti: at nobiles plerique alex, vino, ven-
tri somnoq; dediti, heu, peruigilia seruant. Aulæis, bellua-
tisq; operibus, aulas vestiunt: Tu egenis vestiendis, pascendis-
que Tete impendisti. O morum virtutisq; vindicem! O tem-
porum Censorem grauissimum! O virum, quo dignus non erat
mundus, immortalitate dignissimum! Verùm enim uerò quid
hîc Vitæ scriptorum complurium Annales referam? Equidem
memoria animoq; frequenter repeto, ac videre mihi videor,
Mediolani augustissima in vrbe Collegia abs te liberaliter excita-
ta. In vrbis quidem vmbilico Oblati S. Ambrosij (sic enim nomi-
nantur, quòd sanctiss. Antistiti sese ad officium sistant) spectanti
occurrunt, qui sedulò aduigilent attendantque cùm sibi, tum
doctrinæ. Societati adhæc nostræ Templum scholâsque Bræden-
ses

fes commendasti, vt iuuentuti cum pietate bonas litteras artésq;
 de more infunderet. Nobilium adhæc adolescentium Collegium
 exstruendum curasti. Alterum item augustissimum Ticini, pâ-
 tria in vrbe, Optimatum liberis. Sacerdotum quoque Rhetiæ at-
 que Heluetiæ Seminarium, & germina patriæ iuuandæ, Medio-
 lani instituisti, qui patrium liberarent agrum pro virili sentibus
 ac spinis hæreseon. Hisce patruui vestigijs insists, Magne FEDE-
 RICE, Collegium Ambrosianum, conuentumq; XII. virorum
 doctissimorum, cùm Sacris in litteris, tum linguis eruditis, non
 ita pridem excitaisti, & agis choragum; quo de numero tamquam
 ex equo Troiano, meri existent heroës laudandarû artium, Sal-
 matij, Ferrarij, Olgiati, ceteriq; , quales vix singulos singulæ
 ætates ferant. Denique conquisitis vndique è media Græcia, to-
 taq; adeò Europa libris antiquis, calamo exaratis, atque olim
 editis, Bibliothecam augustam instruxisti, qualem cùm à Ponti-
 ficia Vaticana discesseris, vix parem alibi reperias. E qua quidem
 Bibliotheca B. Ambrosij scripta auctiora, & Cyrilli Alexandrini,
 & Zonaræ plura, quàm inibi nuper euulgata in Conciliorum
 Canones, (nam & Epistolas eius sacras, quales Isidori Pelu-
 siotæ ac Nili sunt, reperiri audio) indies exspectamus, cumq;
 maturuerint cupidè excipiemus. His etiam nostris locum vt esse
 finas in Bibliotheca, maiorem in modum rogo: cuius quidem
 voti compos vt fiam, spem faciunt singularis Tua humanitas, &
 propensa in artes bonas voluntas. Quamobrem Illust^m Cardi-
 nalis, in Tuo nomine tandem apparent Pighiani Annales rerum
 Rom. suppleti, aucti, ornatique pro virili nostra, hoc est, re-
 tenui, at fideli. Tuis itaque auspicijs in manus hominum venient
 gratiores, cuius beneficio è tenebris eruti Tomi II. ad primum
 pridem ab Auctore euulgatum, à doctissimis quoque homini-
 bus legentur. Quanto enim studio beneuolentiaq; doctos
 complectaris ipse longè doctissimus, eius rei odor fama q; in
 has vltimas terras penetrauit.

Solus enim tristes hac tempestate Camœnas

Respicis. —

Quare vt æqui boni conatum nostrum facias, & Sanctensem
 Ecclesiam, in qua Pighius vitâ abijt, in ore belliam versantem,
 rogante mecum Io. VVintero Pighij collega, iterùm atque ite-
 rùm obtestamur. Vale. Antuerpiæ, CIO. 100. XV.

AD LECTOREM.



AMVS, en, reliquos duos Fastorum Annaliumq;
 Rom. Stephani Pighij Tomos, ab eruditis ha-
 rum rerum hominibus & Antiquitatum studio-
 sis pridem exoptatos. Prior enim Tomus idcirco
 iacuit, quod, ut fit, integrum deesse Historia
 Rom. corpus plerique animadverterent, expecta-
 rentq; auidè reliquos, quo rerum gestarum domi-
 militiaq; tractatio ab Vrbe condita ad Vespasiani
 Aug. tempora, longius quàm aut Sigonius aut Onuphrius, veluti exorsa
 tela tandem pertexeretur. Quid hic prastitum à nobis studio diligen-
 tiaq; sit (volui quidem certè) in alieno opere edolando, res ipsa clamet;
 mihi nihil ut arrogem, quasi Coam Venerem absoluerim. Hiatus sanè
 erat ingens ad medium ferè Tomi tertij, siue παύσις heredum amissis
 folijs annorum amplius decem, siue ab Auctore in aliud tempus reiecta
 erant. Quos annos, quoad eius fieri potuit, expleui. felicius haud dubiè
 Pighius ipse, si viueret, prastitisset, ut qui hac pridem omnia meditata
 animo haberet, puta temporum, graduum & atatum processus atque
 exitus. Extremam idem operis partem, nisi prematura mors eam nobis
 inuidisset, Emendaturus, si licuisset, erat. Equidem amoris mutui gra-
 tià de rutis casis sarta tecta utcumque constitui. Non enim sub Impe-
 ratoribus, ut obseruatum, eadem Magistratum omnium ratio est ha-
 bita, oppressa nimirum libertate; sed sub Consulibus, cum ad Magistra-
 tus maiores per minores gradus fieret. At in Monarchia penes unum
 rei summa erat, & dicitis, quod aiunt, gratia ac nomine-tenus Consu-
 lum Tribunorumq; plebis nomina usurparunt Augusti. Tribunitiam
 quidem potestatem, ut Democratia studere viderentur, aut verius, sacro-
 sancti ut haberentur, hoc est, in tyrannide tutiores; Consulium verò titulos
 adoptarunt, ut iuris aequitatisq; formam praeferrent, & Aristocratiam
 seruarent. Si quis tamen plura hic fortasse à Romanis in Prouincijs gesta,
 quàm Pighius attulit, desideret, is me auctore Annales Corn. Taciti
 adhibeat, ut sunt à J. Lipsio, homine doctissimo, quintum iam Digressio-
 nibus illustrati, & Suetonij Caesares, à Lauino Torrentio adornatos;
 quò sitim vel diuturnam explere queat. Proemia verò singulorum li-
 brorum tertij Tomi, parua aut nulla iactura, aberant, quòd alibi iusto
 longiora viderentur: sed danda statim senili venia est, quòd verbosior sit
 plerumque, ut Aristoteles in libris De arte dicendi monet, & de sene canit
 Horatius in Arte Poëtica. Adhuc Fastos integros, ut hodie in Ca-
 pitolio Romæ spectantur, ut sunt à doctis hominibus interpolati, edi-
 tique

tique olim à Pighio nostro, anno CIO. IO. LXI. typis Plantiniani; forma tabula; eadem nunc characterum maiestate à Ioannis Moreti filijs Plantini nepotibus recusos, secundo Annalium Romanorum Tomo (aut si quis malit, primo) præmissi, Fastosq; Siculos continenter subieci, ut conferri ἑξῆς ἀλλήως à studiosis queant. In his emendandi non pauca, viam alijs commonstrans verius, & glaciem secans. id est P'ódθ, id est πῆδημα. Poterant & ipsi à nobis in integrum constitui, Notisq; illustrari, fateor, cum è Diodori Siculi Bibliotheca, tum Fastis Capitolinis accuratè compositis, si tantum fuisset vacui temporis, & otij à re mea studiisque grauioribus. Certè nihil horum tentarunt, alibi fortasse occupati, Fed. Silburgius, & Joseph. Scaliger Eusebiano in Chronico, cetera uterque ἀκριβέστατοι. Verùm posteriorum aliquid industria mandandum existimarunt: nec temerè reprehendendum censuit M. Varro, togatorum doctissimus, qui ad spicilegium spicum & stipulam reliquerit. Finio cum Lacone Theocriti, ἐν βωκολιασαῖς, ἢ ὀδοιπόροισι:

Αὐτῶτε μοι ποτέρισθε, καὶ αὐτῶτε βωκολιάσθευ.



VITA

V I T A
STEPHANI VINANDI PIGHII
SCHOLARCHÆ ET CANONICI
COLLEGIATÆ ECCLESIAE S. VICTORIS
SANCTENSIS IN DVCATV CLIVIENSIVM

Per IOANNEM VVINTERVM I. V. Licentiatum,
eiusdem Ecclesiæ Canonicum & Officialem.



STEPHANVS VINANDVS PIGHIVS, Alberti Pighij sororis filius fuit, eius, qui Theologicis studijs clarus, doctis aduersus Lutherum lucubrationibus editis, magnam sibi gloriam peperit: vsque adeò, vt ob eruditionis præstantiam non modò aliorum Principum gratia floreret, sed à summo etiam Pontifice (vt mihi Stephanus ipse narrauit) designatus esset, qui in sacrum Cardinalium Collegium adlegeretur. Idemq; Collegij Canoniorum ad D. Ioannem Vltraiectensium Præpositus, cùm Stephanum sua persequi vestigia cuperet, Campis (quæ ad Illelæ ostium insignis vrbs est, & vtrumque Pighium protulit) euocatum, magistris formandum tradidit, à quibus Grammaticæ Humanitatiscque præceptis non leuiter imbutus, Louanium velut ad optimarum artium parentem mittitur, vt Rhetoricæ Philosophiciscque operam daret disciplinis: in quibus, vt erat ingenio felici & ad litteras nato, breui magnos progressus fecit. Intereà deliberanti quodnam potissimùm studiorum genus deligeret, cui maximam vitæ partem dicaret, nihil visum melius, quàm in Historiæ tractationem incumbere, ideoque Græcæ linguæ iuxta ac Latinæ (quibus linguis omnis sæcularis historia maximè posteritati mandata est) magnam sibi facultatem parauit, ac deinde Italiam veteris Romanæ memoriæ fontem petijt; ibique quod iam Louanij inchoauerat, quidquid obseruatione dignum repperit, siue in antiquis libris, siue in lapidibus alijsque Antiquitatis monumentis, cùm alijs in locis omnibus, tum in primis Romæ, in aduersaria coniecit: picturæ scientia quoque instructus, qua theatra, statuas, numismata scitè eleganterque exprimebat, & in thesaurum memoriæ congerebat. Itaque his rebus vulgatis, inclytum sibi doctrinæ nomen comparauit, & Ill^{mo} & R^{mo} D. Antonio Perenotto Cardinali Granuellano commendatus, ab eo in familiaritatem adscitus est, scribendisque epistolis est adhibitus. Quo in munere tam præclare se gessit, vt sapientissimus Cardinalis multùm sibi de Pighio gratularetur, eumque apud summos Præsules & Principes doctrinæ nomine efferès, etiam Romam veniens, in palæstram litterariam, vt cum viris doctis certaret, passim emitteret, quod opusculum *de Dea Themide* confirmat. Hinc Marcello Ceruino Cardinali

dinali hominis eruditio nota esse cœpit, qui Pontifex Max. postea creatus, & Marcellus II. appellatus, eum ut Romæ retineret, beneficiis Ecclesiasticis ornandum censuit, atque è pluribus vacantibus eligendi quod vellet potestatem fecit. Qua tam insperata gratia Pighius attonitus, & quid optaret animi dubius, consilium capere ab amicis statuit. Verùm Marcello paucis diebus superstitè, & auunculo Alberto orbatùs, spe beneficiorum abiectà, Romam Italianamque reliquit, & in Germaniam se retulit. Sub id temporis Ill^{mus} Cliuix, Iulix, & Montium Dux Guilielmus, natu maiorem filium Carolum ad Cæsarem aliosque Principes mittere parabat: cui cum pædagogum industrium quæreret, Pighius illi se noster obtulit, multorum iudicijs, ipsiusque Consiliariorum Ducis suffragijs dignus acclamatus, qui iuuentutem Excellentissimi Principis moderaretur. Quam quidem Præfecturam ita Pighius sedulò administravit, tamque præclarum moribus & studijs Principis formandis magistrum se præstitit, ut summo Pontifici, Imperatori, Archiducibus, ceterisque non Germaniæ solùm, sed etiam Italiæ Principibus Principem suum in amore atque admiratione poneret. Verùm quia nimis hæc stricta dicuntur, si cui placet Pighij industriam, & Caroli Ducis virtutem plenius cognoscere, *Herculem Prodicium* euoluat. Quo libro egregiè Pighius tum ingenij sui copias, tum nobilissimi Principis, quem instituendum susceperat, animi ornamenta explicauit. Porro dum efflorescit Carolus ad summam gloriam, morte improuisa v. Nonas Februar. anno à CHRISTO nato CIO. IO. LXXV. Neapoli Romam reuersus, in cælum transit, ac Patris Patriæque spes omnes abruptit. Quare postquam prodignitate stemmatis Romæ funeri eius iusta persoluta sunt, Pighius cum Procerum comitatu, qui Principi præstò fuerant, Germaniam repetiit, vbi Guilielmi Ducis gratia iam antè Canonicatu donatus in locum R. D. Werneri à Vlatten nobilis viri, qui vitam mortalem reliquerat, Sanctensis Ecclesiæ, cui S. Victor inclytus Martyr præsidet, Scholarcha est creatus, ac deinde à Cardinale Granuellano, Præposito Sanctensi, veterè Patrono, Commissarij munere ornatus. Pighius residere pridie Kal. Septemb. anno CIO. IO. LXXV. exorsus, tum demum præclaram Deo seruiendi nactum se & antiquæ Historiæ propiùs cognoscendæ occasionem existimabat. Quocircà totum se ad Antiquitatis vestigia relegenda conuertit, loci etiam opportunitate delectatus, vbi *Vetera*, seu *Vetera castra Romanorum* (quorum Corn. meminit Tacitus) multaque maiorum monumenta pænè quotidie è ripa Rheni & ruinis eruta, spectanda se obijciunt. Sed in primis beati CCCXXX. Martyres, qui è Thebæa Legionè, sancto Victore Centurione, pro fide CHRISTI sub Maximiano Imp. glorioso martyrio decorati hîc requiescunt (vnde & oppido nomen à *Sanctis* inditum) faces pectori admouent ad Religionem enixius colendam. Ex quo igitur die sedem hoc loco Pighius posuit, quidquid à diuinis officiis vacui temporis ei dabatur, totum studiis consecrauit, quâ veterum Historiarum monumentis recolendis, quâ noua quotidie supellectile comparanda. Vnde ipsius *urbis Romæ Annales*, qui Tomis tribus distincti publico iam donantur, prodierunt. Quamdiu autem vixit, ordinis & status Ecclesiastici fuit obseruantissimus, pacisque cum Collegis longè studiosis-

simus;

simus; omnibus amicus, mortalium molestus nemini, in hospites liberalis, in sodalium conuentu hilaris & placidus: vir ingenij subtilissimi & diligentia indefessæ. Cui adiumento maximo fuit firma semper valetudo, capitique & corporis bona constitutio, quotidiana exercitatione & vespertina deambulatione, quam nec belli discrimen interpellabat, conseruata. Ad extremum quattuor & octoginta annorum senex, valido iudicio, & integro aliàs corpore, ex dysenteria (qua frater antè obierat) paulatim cœpit languescere, nec tamen reconualescendi spem abijciens, ad pristinam salutem eniti, & quasi cum morbo confictari; à quo tandem superatus, sacris susceptis Sacramentis, ad xiv. Kal. Nouemb. anno à CHRISTO nato CIO. IOC. xv. animam Deo placidè reddidit; in Ecclesia Sanctensi honorificè sepultus. cui germanus frater meus Conradus Winterus Capituli electione in Scholarchia successit. Porro operi Annalium ante obitum absoluendo impari se sentiens, R. P. *Andream Schottum*, Societatis IESV apud Antuerp. sacerdotem, virum doctissimum, moriens nominauit ac rogari voluit, vt postumos qui ab excusis Tomis superessent Annales, recensere, perficere, & prælo committere, atque hoc vltimo beneficio amicus amicum donare dignaretur. Quod muneris vir opt. in se suscepit lubens, mortuo gratiam istam tribuens, ne opus Rom. Historiæ longè vtilissimum, & Commentarij vice futurum, perpetuò iaceret, in tenebrisque delitesceret.

OPERA

STEPHANI VINANDI PIGHII

IN OFFICINA PLANTINIANA LVCE DONATA.

FASTI ROMANORVM *Tabula ingenti olim expressi; Tomis Annalium iam inserti, cum Græcis è Sicilia Fastis.*

NOTAE *in Valerium Maximum.*

DE DEA THEMIDE *libellus.*

HERCVLES PRODICIVS, *seu Principis Iuuentutis vita & peregrinatio.*

ANNALES ROMANORVM, *Tomis tribus distincti.*

FASTI

i

FASTI
MAGISTRATVVM
ROMANORVM
AB VRBE CONDITA AD TEMPORA
DIVI VESPASIANI AVGVSTI

A

STEPHANO VINANDO PIGHIO

SVPPLETIS

CAPITOLINIS FRAGMENTIS

RESTITVTI.

de Granada

ROMVLVS. REX. VRBEM. CONDIDIT. ANNO. PRIMO 1.

OLYMPIADIS. VII. QVA. VICIT. IN. STADIO. DACLES. MESSENIVS. REGNANTE. ATHENIS. CHAROPE
A. D. XI. KAL. MAIAS. IDEMQ. POPVLVM. DISTRIBVIT. SENATVS. EQVITVM. AC. PLEBIS. ORDINES. LE-
GIT. TRIBVS. ET. CVRIAS. CONSTITVIT. ATQ. CIVITATI. SACRA. LEGESQ. DEDIT

ROMVLVS. REX. E. MEDIO. SVBLATVS. DIVORVM. NVMERO. ADSCRIPTVS. ET. QVIRINVS. APPELLATVS. EST XXXVII.

INTERREGNV. HOC. ANNO. VICISSIM. APVD. PATRES. FVIT XXXIIX.

NVMA. POMPILIVS. POMP. F. SABINVS. REX. POPVLI. IVSSV. ET. PATRV. AVCTORITATE. IDEMQ. PACE. PO- XXXIX.

PVLO. ROMANO. PARTA. IANVM. PREIMVS. CLVSIT. SACRA. INSTITVIT. CÆRIMONIAS. ATQVE. OMNEM
DIVINVM. CVLTVM. DOCVIT. ANNV. IN. MENSES. XII. DIVISIT. DIES. QVOSDAM. FASTOS. ALIOS. NE-
FASTOS. ESSE. IVSSIT. PONTIFICES. AVGVRES. FLAMINES. SALIOS. VESTALES. ALIOSQ. SACROS. ORDINES

OMNEMQ. PLEBEM. VRBANAM. PER. CONLEGIA. DISTRIBVIT. LEGES. PLVRIMAS. TVLIT

NVMA. POMPILIVS. POMP. F. SABINVS. REX. MORTVVS. EST

TVLLVS. HOSTILIVS. HOSTI. F. HOSTI. N. REX. POPVLI. IVSSV. ET. PATRV. AVCTORITATE. IDEMQ. LXXXI.

DISCIPLINAM. MILITAREM. FORMAVIT. IANVM. A. NVMA. REGE. CLVSV. APERVIT. ET. PROLATIS
IMPERII. ROMANI. FINIBVS. EX. AVCTORITATE. COLLEGII. PONTIFICVM. VRBIS. POMOERIVM

PRODVXIT

TVLL. HOSTILIVS. HOSTI. F. HOSTI. N. REX. ANN. CXIII. INCENDIO. ABSVMPTVS. EST

ANCVS. MARCVS. NVMAE. F. NVMAE. N. REX. POPVLI. IVSSV. ET. PATRV. AVCTORITATE. VRBEM. LEGIBVS CXIII.

ÆDIFICIISQ. ADORNAVIT. ET. PROLATIS. IMPERII. FINIBVS. EX. PONTIFICVM. AVCTORITATE. PO- CXIV.

MOERIVM. AMPLIATIVIT

ANCVS. MARCVS. NVMAE. F. NVMAE. N. REX. HOC. ANNO. MORTVVS. EST.

L. TARQVINIVS. DAMARATI. F. PRISCVS. REX. POPVLI. IVSSV. ET. PATRV. AVCTORITATE. IDEMQ. CXXXVII.

SENATVS. ET. EQVESTRIS. ORDINIS. NVMERVM. AVXIT. IMPERII. INSIGNIA. ET. ORNAMENTA. TRIVM- CXXXVIII.

PHALIA. AB. ETRVSCIS. RETVLIT

L. TARQVINIVS. DAMARATI. F. REX. HOC. ANNO. OCCISVS. EST.

SER. TVLLIVS. SER. F. REX. PREIMVS. INIVSSV. POPVLI. ET. SINE. PATRV. AVCTORITATE. IDEMQ. CLXXIV.

PREIMVS. INSTITVIT. LVSTRVM. QVATER. CONDIDIT. POPVLVM. AGRVMQ. ROMANVM. PER. TRIBVS

DIVISIT. ET. PROLATIS. VRBIS. IMPERIIQ. FINIBVS. EX. PONTIFICVM. SENTENTIA. POMOERIVM

AMPLIATIVIT

SER. TVLLIVS. SER. F. REX. HOC. ANNO. OCCISVS. EST

L. TARQVINIVS. L. F. DAMARATI. N. SVPERBVS. REX. POPVLI. INIVSSV. ET. SINE. PATRV. AVCTO- CCXIX.

RITATE. ISQ. VRBEM. CAPITOLINO. TEMPIO. AVGVSTIOREM. REDDIDIT. FERIAS. LATINAS. INSTITVIT

a

LIBROS

LIBROS. SIBVLLINOS. REIPVBLICÆ. COMPARATOS. II. VIRIS. INSPICIENDOS. SERVANDOSQ. DEDIT
CCXLIV. L. TARQVINIVS. L. F. DAMARATI. N. REX. HOC. ANNO. VRBE. ET. REGNO. EXACTVS. EST. POPVLIQ. ROMANI
LIBERTAS. ASSERTA. A. D. IX. KAL. IVN.

ATQ. INDE. CONSVLES. CREATI. SVNT. PRIMI

L. IVNIUS. M. F.	BRVTVS	L. TARQVINIVS.	EGERI. N. COLLATIIVS
IN. MAG. POSTEAQVAM. SIBI. CONLEGAM		COACTVS. A. CONLEGA. ABDICAVIT	
SVBROGASSET. OCCLS. EST. IN. EIVS. LOCVM		IN. EIVS. LOCVM. FACTVS. EST	
FACTVS. EST.		P. VALERIVS. VOLVSI. F.	QVI
SP. LVCRETIVS.	TRICIPITIVS	IN. HOC. HONORE. POPLICOLA. APPELLA-	TVS. EST
IN. MAG. MORT. EST. IN. E. LOC. F. E			
M. HORATIVS.	PVLVILLVS		
CCXLV. P. VALERIVS. VOLVSI. F.	POPPLICOLA. II	T. LVCRETIVS. T. F.	TRICIPITIVS. LVST. F. V
P. VALERIVS. VOLVSI. F.	POPPLICOLA. III	M. HORATIVS.	PVLVILLVS. II
SP. LARTIVS.	FLAVVS	T. HERMINIVS.	AQVILIVS
M. VALERIVS. VOLVSI. F.		P. POSTVMIVS. Q. F.	TVBERTVS
P. VALERIVS. VOLVSI. F.	POPPLICOLA. IV	T. LVCRETIVS. T. F.	TRICIPITIVS. II
CCL. P. POSTVMIVS. Q. F.	TVBERTVS. II	AGRIPPA. MENENIVS. C. F.	LANATVS
OPITER. VIRGINIVS.	TRICOSTVS	SP. CASSIVS.	VISCILLIVS
POSTVMVS COMINIVS.	AVRVNCVS	T. LARTIVS.	FLAVVS
T. LARTIVS	FLAVVS.	PRIMVS. DICT	REL. GERVND. CAVSSA. L. F. VI
SP. CASSIVS.	VISCCELLINVS. PRIMVS.	MAG. EQ	
SER. SVLPICIYS. P. F.	CAMERINVS	M/. TVLLIVS. LONGVS.	IN. MAG. MORT. EST
P. VETVRIVS.	GEMINVS	T. ÆVTIVS. T. F.	ELVA
T. LARTIVS.	FLAVVS. II	Q. CLOELIVS.	SICVLVS
A. SEMPRONIVS.	ATRATINVS	M. MINVCIVS.	AVGVRINVS
A. POSTVMIVS. P. F.	ALBVS. REGILLENIS	T. VIRGINIVS.	TRICOSTVS
A. POSTVMIVS. P. F.	ALBVS. REGILLENIS.	DICT	REL. GERVNDÆ. CAVSSA
T. ÆVTIVS. T. F.	ELVA.	MAG. EQ	
AP. CLAVDIVS.	SABINVS. REGILLENIS	P. SERVILIVS. P. F.	PRISCVS
A. VIRGINIVS. A. F.	TRICOSTVS. CAELIMONTANVS	T. VETVRIVS.	GEMINVS. CLCVRINVS
M/. VALERIVS. VOLVSI. F. QVI.	IN HOC. DICT		
HONORE. MAXIMVS. APPELLATVS. EST		SEDITIONIS. SEDANDÆ. ET. REL. GERVND. CAVSS	
Q. SERVILIVS. P. F.	PRISCVS.	MAG. EQ	
CCLX. SP. CASSIVS.	VISCCELLINVS. II	POSTVMVS. COMINIVS. AVRVNCVS. II.	L. F. VII
T. GEGANIVS.	MACERINVS	P. MINVCIVS.	AVGVRINVS
M. MINVCIVS.	AVGVRINVS. II	A. SEMPRONIVS.	ATRATINVS. II
Q. SVLPICIYS.	CAMERINVS	SP. LARTIVS.	FLAVVS. II
C. IVLIVS.	IVLVS	P. PINARIYS.	RVFVS. MAMERCINVS
SP. NAVTIYS. SP. F. SP. N.	RVTILVS	SEX. FVRIVS.	FVSVS
C. AQVILLIVS.	TVSCVS	T. SICINIVS.	SABINVS
SP. CASSIVS.	VISCCELLINVS. III	PROCVLVS. VIRGINIVS.	TRICOSTVS. RVTILVS
Q. FABIYS. K. F.	VIBVLANVS	SER. CORNELIVS. L. F.	MALVGINENSIS. COSSVS
L. ÆMILIVS. MAM. F.	MAMERCINVS	K. FABIYS. K. F.	VIBVLANVS
CCLXX. M. FABIYS. K. F.	VIBVLANVS	L. VALERIVS. M. F. P. N.	POPPLICOLA. POTITVS
C. IVLIVS. C. F. L. N.	IVLVS	Q. FABIYS. K. F.	VIBVLANVS. II
K. FABIYS. K. F.	VIBVLANVS. II	SP. FVRIVS.	N. FVSVS
CN. MANLIVS. P. F.	CINCINNATVS	M. FABIYS. K. F.	VIBVLANVS. II
IN PROELIO. OCCLSVS. EST.			
K. FABIYS. K. F.	VIBVLANVS. III	T. VIRGINIVS. T. F. T. N.	TRICOST. RVTILVS
L. ÆMILIVS. MAM. F.	MAMERCINVS. II	C. SERVILIVS.	STRVCTVS. AHALA
		IN. MAG. MORT. EST. IN. EIVS. LOC. F. E	
		C. CORNELIVS.	IENTVL. ESQVILINVS
C. HORATIVS. M. F.	PVLVILLVS	T. MENENIVS. AGRIPPÆ. F. C. N.	LANATVS
A. VIRGINIVS. T. F. T. N.	TRICOSTVS. RVTILVS	SP. SERVILIVS.	STRVCTVS
P. VALERIVS. P. F. VOLVSI. N.	POPPLICOLA	C. NAVTIYS. SP. F. SP. N.	RVTILVS
L. FVRIVS.	MEDVLLINVS. FVSVS	A. MANLIVS. CN. F. P. N. VVLSO.	LVSTRVM. F. VIII
CCXXC. L. ÆMILIVS. MAM. F.	MAMERCINVS. III	VOPLSCVS. IVLIVS.	IVLVS
L. PINARIYS.	RVFVS. MAMERCINVS	P. FVRIVS.	FVSVS
AP. CLAVDIVS. M. F.	SABIN. REGILLENIS	T. QVINCTIVS.	BARBATVS. CAPITOLINVS
L. VALERIVS. M. F. P. N.	POPPLICOLA. POTITVS. II	TI. ÆMILIVS. L. F. M. N.	MAMERCINVS
A. VIRGINIVS. A. F. A. N. TRICOSTVS. CAELIMONTANVS		T. NVMICIVS.	PRISCVS
T. QVINCTIVS.	BARBATVS. CAPITOLINVS. II	Q. SERVILIVS. Q. F. P. N.	PRISCVS
TI. ÆMILIVS. L. F. MAM. N.	MAMERCINVS. II	Q. FABIYS. M. F. K. N.	VIBVLANVS
SP. POSTVMIVS. A. F. P. N.	ALBVS. REGILLENIS	Q. SERVILIVS. Q. F. P. N.	PRISCVS. II
Q. FABIYS. M. F. K. N.	VIBVLANVS. II	T. QVINCTIVS. BARB. CAPITOLINVS. III.	L. F. IX
A. POSTVMIVS. A. F. P. N.	ALBVS. REGILLENIS	SP. FVRIVS.	MEDVLLINVS. FVSVS
			P. SER-

P. SERVILIUS. SP. F. P. N. IN. MAG. MORT. EST.	PRISCVS	L. ÆBVTIVS. T. F. T. N. IN. MAGISTRATV. MORTVVS. EST	ELVA CCXC.
L. LVCRETIVS. T. F. T. N.	TRICIPITINVS	T. VETVRIVS. T. F. P. N.	GEMINVS. C. ICVRINVS
P. VOLVMIIVS. M. F. M. N. AMINTINVS. GALLVS		SER. SVLPICIVS. SER. F. P. N.	CAMERINVS
P. VALERIVS. P. F. VOLVSI. N.	POPPLICVLA. II	C. CLAVDIVS. M. F.	SABINVS. REGILLENIS
IN. MAG. MORTVVS. EST.	IN. EIVS. L. F. E		
L. QVINCTIVS. L. F. L. N.	CINCINNATVS	L. CORNELIVS. SER. F. L. N. MALVGINENS. COSSVS. L. F. X	
Q. FABIVS. M. F. K. N.	VIBVLANVS. III	L. MINVCIVS.	AVGVRINVS
C. NAVTIVS. SP. F. SP. N.	RVTILVS. II	OB. RES. IN. ALGIDO. MALE. GESTAS. COACTVS	
		ABDICAVIT	

L. QVINCTIVS. L. F. L. N. CINCINNATVS.		DICT	
L. TARQVITIIVS. L. F. FLACCVS.		MAG. EQ	REL. GERVNDÆ. CAVSSA
C. HORATIIVS. M. F. M. N.	PVLVILLVS	Q. MINVCIVS.	AVGVRINVS
M. VALERIVS. M. F. VOLVSI. N.	MAXVMVS	SP. VIRGINIVS. A. F. A. N. TRICOSTVS. CÆLIMONTANVS	
	LVDI. SÆCVLARES. PRIMVM		
	M. GEGANIO. T. F. T. N. MACERINO	II. VIRIS	
	C. NAVTIO. SP. F. SP. N. RVTILO		
	ANNO. P. R. C. CCXCVII		
	EX. S. C. FACTI. SVNT		

T. ROMILIIVS. T. F. T. N.	ROCVS. VATICANVS	C. VETVRIVS.	ICVRINVS
SP. TARPEIIVS. M. F. M. N.	MONTAN. CAPITOLINVS	A. ÆTERNIVS.	FONTALIS
SEX. QVINCTILIVS. SEX. F. P. NEPOS		P. HORATIIVS. P. F. P. N.	TERGEMINVS CCC.
IN. MAGISTRATV. MORTVVS. EST			
P. SESTIVS. Q. F. VIBI. N.	CAPITOLINVS	T. MENENIVS. T. F. AGRIP. N.	LANATVS

AP. CLAVDIVS. AP. F. M. N.	CRASSINVS	T. GENVCIVS. L. F. L. N.	AVGVRINVS
ABDICARVNT. VT. DESIGNARENTVR. EX. PATRV. ORDINE			
DECEMVIRI. CONSVLARI. POTESTATE. LEGVM. FERENDARVM. CAVSSA			
AP. CLAVDIVS. AP. F. M. N.	CRASSINVS	SP. POSTVMIVS. A. F. P. N.	ALBVS. REGILLENIS
T. GENVCIVS. L. F. L. N.	AVGVRINVS	P. SESTIVS. Q. F. VIBI. N.	CAPITOLINVS
SP. VETVRIVS. SP. F. P. N.	CRASS. ICVRINVS	SER. SVLPICIVS. SER. F. P. N.	CAMERINVS
C. IVLIVS. C. F. L. N.	IVLVS	T. ROMILIIVS. T. F. T. N.	ROCVS. VATICANVS
A. MANLIVS. CN. F. P. N.	VVLISO	P. HORATIIVS. P. F. P. N.	TERGEMINVS

AP. CLAVDIVS. AP. F. M. N.	CRASSINVS. II	Q. FABIVS. M. F. K. N.	VIBVLANVS
M. CORNELIVS. SER. F. L. N.	MALVGINENSIS	L. MINVCIVS.	AVGVRINVS
T. ANTONIVS.	MERENDA	M. RABVLEIVS	
M. SERGIIVS.		K. DVILIVS	
Q. POETELIVS.	LIBO. VISOLVS	SP. OPIIVS.	CORNICEN
AP. CLAVDIVS. AP. F. M. N.	CRASSINVS. II	Q. FABIVS. M. F. K. N.	VIBVLANVS
M. CORNELIVS. SER. F. L. N.	MALVGINENSIS	L. MINVCIVS.	AVGVRINVS
T. ANTONIVS.	MERENDA	M. RABVLEIVS.	
M. SERGIIVS.		K. DVILIVS.	
Q. POETELIVS.	LIBO. VISOLVS	SP. OPIIVS.	CORNICEN

COACTI. ABDICARVNT. OB. FACINVS. AP. CLAVDI			
IN. EORVM. LOCVM. FACTI. SVNT. COSS			
L. VALERIVS. P. F. P. N.	POPPLICOLA. POITIVS	M. HORATIIVS. M. F. M. N.	BARBATVS
LAR. HERMINIVS. T. F.	AQVILINVS	T. VIRGINIVS. T. F.	TRICOSTVS. CÆLIMONTANVS
M. GEGANIVS. M. F.	MACERINVS	C. IVLIVS. C. F. C. N.	IVLVS
T. QVINCTIVS.	BARB. CAPITOLINVS. III	AGRIPPA. FVRIVS.	FVSVS
M. GENVCIVS. L. F. L. N.	AVGVRINVS	C. CVRTIVS.	PHILO

A. SEMPRONIVS. A. F.	ATRATINVS		
T. CLOELIVS.	SICVLVS	PRIMI. TRIBVNI. MILIT. CONSVLARI. POTEST	
L. ATILIVS.	LONGVS		
VITIO. FACTI. ABDICARVNT. IN. EORVM. LOC. FACTI. SVNT. COSS			
L. PAPIRIVS.	MVGILLANVS	L. SEMPRONIVS. A. F.	ATRATINVS

M. GEGANIVS. M. F.	MACERINVS. II	T. QVINCTIVS.	BARB. CAPITOLINVS. V	CCCX.
CENSORES. PRIMI. L. PAPIRIVS.	MVGILLANVS.	L. SEMPRONIVS. A. F.	ATRATINVS.	L. F. XI
M. FABIVS. Q. F. M. N.	VIBVLANVS	POSTVMVS. ÆBVTIVS.	ELVA. CORNICEN	
C. FVRIVS.	PACILVS. FVSVS	M. PAPIRIVS.	CRASSVS	
PROCVLVS. GEGANIVS.	MACERINVS	L. MENENIVS. T. F. AGRIP. N.	LANATVS	
T. QVINCTIVS.	CAPITOLINVS. VI	AGRIPPA. MENENIVS. T. F. AGRIP. N.	LANATVS	
L. QVINCTIVS. L. F. L. N. CINCINNATVS. II. DICT		REGNI. OPPRIMENDI. ET. SEDITIONIS. SEDANDÆ. CAVSSA		
C. SERVILIIVS. STRVCTIVS. AHALA.	MAG. EQ			

MAM. ÆMILIVS. M. F. MAMERCINVS
L. QVINCTIVS. L. F. L. N. CINCINNATVS TRIB. MILIT. CONSVLARI. POTEST
L. IVLIVS. VOPISCI. F. IVLVS

M. GEGANIVS. M. F. MACERINVS. III L. SERGIVS. C. F. C. N. QVI. IN. HOC. HONORE
FIDENAS. APPELLATVS. EST
MAM. ÆMILIVS. M. F. MAMERCINVS. DICT
L. QVINCTIVS. L. F. L. N. CINCINNATVS. MAG. EQ REI. GERVNDÆ. CAVSSA
M. CORNELIVS. L. F. L. N. MALVGINENSIS L. PAPIRIVS. CRASSVS
C. IVLIVS. C. F. C. N. IVLVS. II L. VIRGINIVS. TRICOSTIVS. IA
Q. SERVILIIVS. P. F. SP. N. PRISCVS. DICT
QVI. IN. HOC. HONORE. FIDENAS. APPELL. EST REI. GERVNDÆ. CAVSSA
POSTVMIVS. ÆBVTIVS. ELVA. CORNICEN. MAG. EQ
CENS. C. FVRIVS. PACILVS. FVSVS. M. GEGANIVS. M. F. MACERINVS. L. F. XII
C. IVLIVS. C. F. C. N. IVLVS. III L. VIRGINIVS. TRICOSTIVS. IA
MAM. ÆMILIVS. M. F. MAMERCINVS. II. DICT REI. GERVNDÆ. CAVSSA
A. POSTVMIVS. TVBERTVS. MAG. EQ

M. FABIVS. Q. F. M. N. VIBLANVS.
CCCXX. M. FOSLIVS. FLACCINATOR TRIB. MIL. CONS. POT
L. SERGIVS. C. F. C. N. FIDENAS

L. PINARIIVS. L. F. RVFVS. MAMERCINVS
L. FVRIVS. SP. F. MEDVLLINVS TRIB. MIL. CONS. POT
SP. POSTVMIVS. SP. F. A. N. ALBVS. REGILLENIS

T. QVINCTIVS. L. F. L. N. PENNVS. CINCINNATVS C. IVLIVS. MENTO
A. POSTVMIVS. TVBERTVS. DICT
L. IVLIVS. VOPISCI. F. IVLVS. MAG. EQ REI. GERVNDÆ. CAVSSA
C. PAPIRIVS. CRASSVS L. IVLIVS. VOPISCI. F. IVLVS
L. SERGIVS. C. F. C. N. FIDENAS. II HOSTVS. LVCRETIVS. L. F. T. N. TRICIPITINVS
T. QVINCTIVS. L. F. L. N. PENNVS. CINCINNATVS. II A. CORNELIVS. M. F. SER. N. COSSVS
L. PAPIRIVS. MVGILLANVS. II C. SERVILIIVS. STRVCTVS. AHALA

T. QVINCTIVS. L. F. L. N. PENNVS. CINCINNATVS. III C. FVRIVS. PACILVS TR. MIL
M. POSTVMIVS. A. F. A. N. ALBVS. REGILLENIS A. CORNELIVS. M. F. SER. N. COSSVS
MAM. ÆMILIVS. M. F. MAMERCINVS. III DICT REI. GERVNDÆ. CAVSSA
A. CORNELIVS. M. F. SER. N. COSSVS. MAG. EQ

A. SEMPRONIVS. L. F. A. N. ATRATINVS L. FVRIVS. SP. F. MEDVLLINVS. II TRIB. MIL
L. QVINCTIVS. L. F. L. N. CINCINNATVS. II L. HORATIVS. BARBATVS

AP. CLAVDIVS. AP. F. AP. N. CRASS. REGILLENIS SP. NAVTIIVS. SP. F. SP. N. RVTILVS TRIB. MIL
L. SERGIVS. C. F. C. N. FIDENAS. II SEX. IVLIVS. IVLVS
CENS. L. IVLIVS. VOPISCI. F. IVLVS. L. PAPIRIVS. CRASSVS. LVSTR. F. XIII

CCCXXX. C. SEMPRONIVS. A. F. A. N. ATRATINVS Q. FABIVS. Q. F. M. N. VIBLANVS

L. MANLIVS. VVLSO. CAPITOLINVS Q. ANTONIVS. T. F. MERENDA TRIB. MIL
L. PAPIRIVS. L. F. MVGILLANVS L. SERVILIIVS. STRVCTVS

T. QVINCTIVS. T. F. CAPITOLIN. BARBATVS N. FABIVS. Q. F. M. N. VIBLANVS

T. QVINCTIVS. L. F. L. N. PENN. CINCINNATVS. IV M. MANLIVS. A. F. GN. N. VVLSO. CAPITOLINVS TR. MIL
L. FVRIVS. SP. F. MEDVLLINVS. III A. SEMPRONIVS. L. F. A. N. ATRATINVS. II

AGRIPPA. MENENIVS. T. F. AGRIP. N. LANATVS SP. NAVTIIVS. SP. F. SP. N. RVTILVS TRIB. MIL
P. LVCRETIVS. HOSTI. F. TRICIPITINVS C. SERVILIIVS. Q. F. C. N. AXILLA

M. PAPIRIVS. L. F. MVGILLANVS
C. SERVILIIVS. Q. F. C. N. AXILLA. II TRIB. MIL
L. SERGIVS. C. F. C. N. FIDENAS. III
Q. SERVILIIVS. P. F. SP. N. PRISCVS. FIDENAS. II. DICT REI. GERVNDÆ. CAVSSA
C. SERVILIIVS. Q. F. C. N. AXILLA. MAG. EQ
CENS. L. PAPIRIVS. L. F. MVGILLANVS. MAM. ÆMILIVS. M. F. MAMERCINVS. LVSTR. FEC. XIV

P. LVCRETIVS. HOSTI. F. TRICIPITINVS. II L. SERVILIIVS. STRVCTVS TR. MIL
AGRIPP. MENENIVS. T. F. AGRIPP. N. LANATVS. II SP. VETRVIVS. SP. F. SP. N. CRASSVS. CICVRIN

A. SEM-

A. SEMPRONIUS. L. F. A. N. ATRATINVS. III M. PAPIRIUS. L. F. MYGILLANVS. II TRIB. MIL
 Q. FABIVS. Q. F. M. N. VIBVLANVS SP. NAVTIVS. SP. F. SP. N. RVTILVS. II

P. CORNELIVS. P. N. COSSVS QVINCTIVS. L. F. L. N. CINCINNATVS TRIB. MIL
 C. VALERIVS. L. F. VOLVSI. N. POTIT. VOLVSVS N. FABIVS. Q. F. M. N. VIBVLANVS

Q. FABIVS. Q. F. M. N. VIBVLANVS. II CN. CORNELIVS. M. F. M. N. COSSVS TRIB. MIL
 P. POSTVMIVS. A. F. A. N. ALBVS. REGILLENIS L. VALERIVS. L. F. P. N. POTITVS

IN. MAG. SEDITIONE. MILIT. OCCISVS. EST

M. CORNELIVS. COSSVS L. FVRIVS. L. F. SP. N. MEDVLLINVS CCCXL
 Q. FABIVS. M. F. Q. N. AMBVSTVS C. FVRIVS. C. F. PACILVS
 CENS. L. SERGIVS. C. F. C. N. FIDENAS. Q. SERVILIUS. P. F. SP. N. PRISCVS. FIDENAS. LVSTR. FEC. XV
 M. PAPIRIUS. L. F. MYGILLANVS C. NAVTIVS. RVTILVS
 M. EMILIVS. MAM. F. M. N. MAMERCINVS C. VALERIVS. L. F. VOLVSI. N. POTITVS. VOLVSVS
 CN. CORNELIVS. A. F. M. N. COSSVS L. FVRIVS. L. F. SP. N. MEDVLLIN. II

C. IVLIVS. L. F. VOPISCI. N. IVLVS
 P. CORNELIVS. A. F. M. N. COSSVS TR. MIL
 C. SERVILIUS. P. F. Q. N. AHALA
 P. CORNELIVS. M. F. L. N. RVTILVS. COSSVS. DICT REL. GERVNDAE. CAVSSA
 C. SERVILIUS. P. F. Q. N. AHALA. MAG. EQ

C. VALERIVS. L. F. VOLVSI. N. POTITVS. VOLVSVS. II C. SERVILIUS. P. F. Q. N. AHALA. II TR. MIL
 L. FVRIVS. L. F. SP. N. MEDVLLINVS N. FABIVS. Q. F. M. N. VIBVLANVS. II

P. CORNELIVS. M. F. L. N. RVTILVS. COSSVS L. VALERIVS. L. F. P. N. POTITVS. II TR. MIL
 CN. CORNELIVS. A. F. M. N. COSSVS N. FABIVS. M. F. Q. N. AMBVSTVS

C. IVLIVS. L. F. VOPISCI. N. IVLVS. II M. AEMILIVS. MAM. F. M. N. MAMERCINVS
 T. QVINCTIVS. T. F. CAPITOLIN. BAR L. FVRIVS. L. F. SP. N. MEDVLLINVS. II TR. MIL
 Q. QVINCTIVS. L. F. L. N. CINCINNATVS A. MANLIVS. A. F. CN. N. VVLISO. CAPITOLIN

P. CORNELIVS. M. F. M. N. MALVGINENSIS SP. NAVTIVS. SP. F. SP. N. RVTILVS. III
 CN. CORNELIVS. COSSVS. II C. VALERIVS. L. F. VOL. N. POTITVS. VOLVSVS. III TR. MIL
 K. FABIVS. M. F. Q. N. AMBVSTVS M. SERGIUS. L. F. L. N. FIDENAS

M. AEMILIVS. MAM. F. M. N. MAMERCIN. II M. FVRIVS. FVSVS
 AP. CLAVDIVS. AP. F. AP. N. CRASSVS L. IVLIVS. IVLVS TR. MIL
 M. QVINCTILIVS. VARVS L. VALERIVS. L. F. P. N. POTITVS. III
 CENS. M. FVRIVS. CAMILLVS. M. POSTVMIVS. L. F. A. N. ALBINVS. REGILLENIS. L. F. XVI

C. SERVILIUS. P. F. Q. N. AHALA. III Q. SVLPICIUS. SER. F. SER. N. CAMERIN. CORNVTVS
 Q. SERVILIUS. Q. F. P. N. PRISCVS. FIDENAS A. MANLIVS. A. F. CN. N. VVLISO. CAPITOLIN. II TR. MIL
 I. VIRGINIVS. TRICOSTVS. CAELIMONTANVS M. SERGIUS. L. F. L. N. FIDENAS. II
 HL. DVO. COACTI. ABDICARVNT

L. VALERIVS. L. F. P. N. POTITVS. III L. IVLIVS. L. F. VOPISCI. N. IVLVS
 M. FVRIVS. CAMILLVS M. AEMILIVS. MAM. F. M. N. MAMERCIN. III TR. MIL
 CN. CORNELIVS. A. F. M. N. COSSVS. II K. FABIVS. M. F. Q. N. AMBVSTVS. II

P. LICINIUS. CALVVS. PRIMVS. E. PLEBE P. MAELIVS. SP. F. C. N. CAPITOLINVS
 P. MAENIVS. SP. FVRIVS. L. F. SP. N. MEDVLLINVS TR. MIL
 E. TITINIUS. L. PVBLIVS. L. F. VOLER. N. PHILO. VVLSCVS

C. DYLIVS. L. ATINIVS. K. F. K. N. LONGVS
 CN. GENVCIVS. CN. F. AVENTINENSIS M. VETVRIVS. TI. F. SP. N. CRASS. CICVRIN TR. MIL
 M. POMPONIVS. M. F. VOLERO. POBLIVS. P. F. VOLER. N. PHILO

L. VALERIVS. L. F. P. N. POTITVS. V L. FVRIVS. L. F. SP. N. MEDVLLINVS. III
 M. VALERIVS. M. F. M. N. MAXIMVS M. FVRIVS. CAMILLVS. II TR. MIL
 Q. SERVILIUS. Q. F. P. N. PRISCVS. FIDENAS. II Q. SVLPICIUS. SER. F. SER. N. CAMERINVS CORNVTVS. II
 CENS. C. VALERIVS. L. F. VOLVSI. N. POTIT. VOLVSVS. M. AEMILIVS. MAM. F. M. N. MAMERCIN. L. F. XVII

I. IVLIVS. L. F. VOPISCI. N. IVLVS. II L. FVRIVS. L. F. SP. N. MEDVLLINVS. III
 L. SERGIUS. L. F. C. N. FIDENAS A. POSTVMIVS. M. F. A. N. ALBIN. REGILLEN TR. MIL
 A. MANLIVS. A. F. CN. N. VVLISO. CAPITOLINVS. III P. CORNELIVS. M. F. M. N. MALVGINENSIS. II
 VTIO. FACTI. ABDICARVNT



vj

P. LICINIUS. P. F.	CALVVS	L. TITINIUS.	II
L. ATINIUS. K. F. K. N.	LONGVS. II	P. MÆNIUS.	II TRIB. MIL
P. MÆLIUS. SP. F. C. N.	CAPITOLINVS. II	CN. GENVCIVS. AVENTINENSIS. II. IN. PROEL. OCCIS. E	
M. FVRIVS.	CAMILLVS.	DICT	
P. CORNELIVS.	SCÏPIO.	MAG. EQ	REL. GERVNDÆ. CAVSSA
<hr/>			
P. CORNELIVS.	COSSVS	P. CORNELIVS.	SCÏPIO
M. VALERIVS. M. F. M. N.	MAXIMVS. II	K. FABIVS. M. F. Q. N.	AMBVSTVS. III TRIB. MIL
L. FVRIVS. L. F. SP. N.	MEDVLLINVS. V	Q. SERVILIVS. Q. F. P. N. PRISCVS. FIDENAS. III	
<hr/>			
M. FVRIVS.	CAMILLVS. III	L. FVRIVS. L. F. SP. N.	MEDVLLINVS. VI
C. ÆMILIVS.	MAMERCINVS	SP. POSTVMIVS. M. F. A. N. ALBINVS. REGILLEN	TR. MIL
P. CORNELIVS.	SCÏPIO. II	L. VALERIVS. L. F. L. N.	POPLICOLA
<hr/>			
CCCLX. L. LVCRETIVS.	FLAVVS	SER. SVLPICIVS.	CAMERINVS
L. VALERIVS. L. F. L. N.	POTITVS	M. MANLIVS. A. F. A. N.	CAPITOLINVS
	ABDICARVNT		
CENSS. C. IVLIVS. L. F. VOPISCI. N. IVLVS.	L. PAPIRIVS.	CVRSOR.	LVST. F. XVIII
IN. MAG. MORT. EST. IN. EIVS. LOC. F. EST			
M. CORNELIVS.	MALVGINENSIS		
<hr/>			
L. LVCRETIVS.	FLAVVS	SER. SVLPICIVS.	CAMERINVS
M. ÆMILIVS. M. F. MAM. N.	MAMERCINVS	L. FVRIVS. L. F. SP. N.	MEDVLLINVS VII TRIB. MIL
AGRIP. FVRIVS. AGRIP. F. AGRIP. N.	FVSVS	C. ÆMILIVS.	MAMERCINVS. II
<hr/>			
Q. FABIVS. M. F. M. N.	AMBVSTVS	K. FABIVS. M. F. M. N.	AMBVSTVS
C. FABIVS. M. F. M. N.	AMBVSTVS	Q. SVLPICIVS.	LONGVS TRIB. MIL
Q. SERVILIVS. Q. F. P. N.	PRISCVS. FIDENAS. III	SER. CORNELIVS. M. F.	MALVGINENSIS
M. FVRIVS.	CAMILLVS. II.	DICT	
L. VALERIVS. L. F. L. N.	POTITVS.	MAG. EQ	REL. GERVNDÆ. CAVSSA
<hr/>			
IDEM QVE. IN. ANNUM. SEQVENTEM. MAG. EX. S. C. CONTINVARVNT. REIP. CONSTIT. CAVSSA			
<hr/>			
L. VALERIVS. L. F. L. N.	POPLICOLA. II	L. VIRGINIVS. L. F. L. N.	TRICOSTVS
P. CORNELIVS. P. F. P. N.	COSSVS	A. MANLIVS. A. F. A. N.	CAPITOLINVS TRIB. MIL
L. ÆMILIVS. L. F.	MAMERCINVS	L. POSTVMIVS. P. F. A. N. ALBINVS. REGILLEN	SIS
M. FVRIVS.	CAMILLVS. III.	DICT	
C. SERVILIVS.	P. N. AHALA.	MAG. EQ	REL. GERVNDÆ. CAVSSA
<hr/>			
T. QVINCTIVS. T. F. L. N.	CINCINNATVS	Q. SERVILIVS. Q. F. P. N. PRISCVS. FIDENAS. V	
E. IVLIVS. C. F. L. N.	IVLVS	L. AQVILLIVS.	CORVVS TRIB. MIL
L. LVCRETIVS. P. F.	HOSTIEN. TRICIPITINVS	SER. SVLPICIVS.	RVFVS
<hr/>			
L. PAPIRIVS.	CVRSOR	C. SERGIVS. C. F. C. N.	FIDENAS
L. ÆMILIVS. L. F.	MAMERCINVS. II	L. MENENIVS. L. F. L. N.	LANATVS TRIB. MIL
L. VALERIVS. L. F. L. N.	POPLICOLA	C. CORNELIVS. CN. F.	COSSVS
<hr/>			
M. FVRIVS.	CAMILLVS. IV	SER. CORNELIVS. M. F. MALVGINENSIS. II	
Q. SERVILIVS. Q. F. P. N.	PRISCVS. FIDENAS. VI	L. QVINCTIVS. T. F. L. N. CINCINNATVS	TRIB. MIL
L. HORATIVS.	PVLVILLVS	P. VALERIVS. L. F. L. N. POTITVS. POPLICOLA	
<hr/>			
A. MANLIVS. A. F. A. N.	CAPITOLINVS. II	P. CORNELIVS. P. F. P. N.	COSSVS.
T. QVINCTIVS. T. F. T. N.	CAPITOLINVS	L. QVINCTIVS.	CAPITOLINVS TRIB. MIL
L. PAPIRIVS.	CVRSOR. II	C. SERGIVS. C. F. C. N.	FIDENAS. II
A. CORNELIVS. A. F. M. N.	COSSVS.	DICT	
T. QVINCTIVS. T. F. T. N.	CAPITOLINVS.	MAG. EQ	REL. GERVNDÆ. CAVSSA
<hr/>			
CCCLXX. SER. CORNELIVS. M. F.	MALVGINENSIS. III	P. VALERIVS. L. F. L. N. POTITVS. POPLICOLA. II	
M. FVRIVS.	CAMILLVS. V	SER. SVLPICIVS.	RVFVS. II TRIB. MIL
C. PAPIRIVS.	CRASSVS	T. QVINCTIVS. T. F. L. N. CINCINNATVS. II	
<hr/>			
L. VALERIVS. L. F. L. N.	POPLICOLA. III	A. MANLIVS. A. F. A. N.	CAPITOLINVS. III
SER. SVLPICIVS.	RVFVS. III	L. LVCRETIVS. P. F. HOSTIEN. TRICIPITINVS. II	TR. MIL
L. ÆMILIVS. L. F.	MAMERCINVS. III	M. TREBONIVS.	FLAVVS
<hr/>			
SP. PAPIRIVS.	CRASSVS	L. PAPIRIVS. L. F. L. N.	CRASSVS
SER. CORNELIVS. M. F.	MALVGINENSIS. IV	Q. SERVILIVS. Q. F. Q. N. PRISCVS. FIDENAS	TR. MIL
SER. SVLPICIVS. M. F.	PRÆTEXTATVS	L. ÆMILIVS. L. F.	MAMERCINVS. IV

M. FVRIVS

M. FVRIVS. CAMILLVS. VI A. POSTVMIVS. ALBINVS. REGILLENSIS
 L. POSTVMIVS. P. F. A. N. ALBINVS. REGILLENSIS L. FVRIVS. SP. F. L. N. MEDVLLINVS TR. MIL
 L. LVCRETIVS. P. F. HOSTI. N. TRICIPITINVS. III M. FABIVS. K. F. M. N. AMBVSTVS

L. VALERIVS. L. F. L. N. POPLICOLA. V P. VALERIVS. L. F. L. N. POTITVS. POPLICOLA. III
 L. MENENIVS. L. F. L. N. LANATVS. II C. SERGIVS. C. F. C. N. FIDENAS. III TR. MIL
 SP. PAPIRIVS. CVRSOR SER. CORNELIVS. M. F. MALVGINENSIS. V

T. QVINCTIVS. T. F. L. N. CINCINNATVS. DICT REI. GERVNDÆ. CAVSSA
 A. SEMPRONIUS. ATRATINVS. MAG. EQ

CENSS. C. SVLPICIUS. P. F. P. N. CAMERINVS. SP. POSTVMIVS. M. F. A. N. ALBINVS. REGILLENSIS.
 ABDICAVIT. OB. MORTEM. COLLEGÆ IN. MAG. MORTVVS. EST
 CENSS. SER. SVLPICIUS. RVFVS. L. FVRIVS. L. F. SP. N. MEDVLLINVS. VITIO. FACTI. ABDICARVNT

P. MANLIUS. A. F. A. N. CAPITOLINVS C. MANLIUS. A. F. A. N. CAPITOLINVS.
 L. IVLIUS. C. F. L. N. IVLVS. II C. SEXTILIVS. TRIB. MIL
 M. ALBINVS. L. ANTISTIVS. L. F.

SP. FVRIVS. SP. F. L. N. MEDVLLINVS Q. SERVILIUS. Q. F. Q. N. PRISCVS. FIDENAS. II
 C. LICINIUS. P. F. CALVVS P. CLOELIVS. SICVLVS TR. MIL
 M. HORATIVS. PVLVILLVS L. GEGANIVS. MACERINVS
 CENSS. SP. SERVILIUS. PRISCVS. Q. CLOELIVS. SICVLVS. LVSTR. F. XIX

L. ÆMILIVS. L. F. MAMERCINVS. V SER. SVLPICIUS. M. F. PRÆTEXTATVS. II
 P. VALERIVS. L. F. L. N. POTITVS. POPLICOLA. III L. QVINCTIVS. T. F. L. N. CINCINNATVS. II TR. MIL
 C. VETVRIVS. C. F. C. N. CRASSVS. CICVRINVS C. QVINCTIVS. T. F. L. N. CINCINNATVS

L. SEXTIO. SEX. F. N. N. SEXTINO. LATERANO. C. LICINIO. C. F. P. N. STOLONE. CALVO. TRIBVNIS. PLEB
 COMITIA. PER. INTERCESSION. TOLLENTIB. QVADRIENNO. MAGISTRATVVM. CVRVL
 SOLITVDO. FVIT. IN. VRBE. NEC. ANTE. INTER. NOBILITATEM. ET. PLEBEM. DISSENSIONES
 SVBLATÆ. SVNT. QVAM. IX. INDE. ANNO. QVO. M. FVRIVS. CAMILLVS. DICT. V. FACTVS. EST
 QVI. RECONCILIATIS. DEMVM. ORDINIB. CONCORDIÆ. ÆDEM. EX. S. C. POSVIT. ET. DEDICAVIT
 CCCXXC.

L. FVRIVS. SP. F. L. N. MEDVLLINVS. II P. VALERIVS. L. F. L. N. POTITVS. POPLICOLA. V
 A. MANLIUS. A. F. A. N. CAPITOLINVS. IV SER. SVLPICIUS. M. F. PRÆTEXT. III TR. MIL
 C. VALERIVS. C. F. L. N. POTITVS SER. CORNELIVS. M. F. MALVGINENS. VI

Q. SERVILIUS. Q. F. Q. N. PRISCVS. FIDENAS. III M. CORNELIVS. P. F. M. N. MALVGINENSIS
 C. VETVRIVS. C. F. C. N. CRASSVS. CICVRINVS. II Q. QVINCTIVS. Q. F. CINCINNATVS TR. MIL
 A. CORNELIVS. P. F. A. N. COSSVS M. FABIVS. K. F. M. N. AMBVSTVS. II

L. QVINCTIVS. CAPITOLINVS SP. SERVILIUS. C. F. C. N. STRVCTVS
 SER. CORNELIVS. M. F. MALVGINENS. VII L. PAPIRIVS. SP. F. C. N. CRASSVS TR. MIL
 SER. SVLPICIUS. M. F. PRÆTEXTATVS. III L. VETVRIVS. L. F. SP. N. CRASSVS. CICVRINVS

M. FVRIVS. CAMILLVS. III. DICT REI. GERVNDÆ. CAVSSA
 L. ÆMILIVS. L. F. MAMERCINVS. MAG. EQ
 POST. EDICTVM. IN. MILITES. EX. S. C. ABDICARVNT. IN. EORVM. LOCVM. FACTI. SVNT
 P. MANLIUS. A. F. A. N. CAPITOLINVS. DICT SEDITIONIS. SEDANDÆ. ET. R. G. C
 C. LICINIUS. P. F. CALVVS. PRIMVS. E. PLEBE. MAG. EQ

A. CORNELIVS. P. F. A. N. COSSVS. II L. VETVRIVS. L. F. SP. N. CRASSVS. CICVRINVS. II
 M. CORNELIVS. P. F. M. N. MALVGINENSIS. II P. VALERIVS. L. F. L. N. POTITVS. POPLICOLA. VI TR. MIL
 M. GEGANIVS. MACERINVS P. MANLIUS. A. F. A. N. CAPITOLINVS. II

M. FVRIVS. CAMILLVS. V. DICT REI. GERVNDÆ. CAVSSA
 T. QVINCTIVS. T. F. T. N. CINCINNATVS. CAPITOLINVS. MAG. EQ
 CONSVLES. E. PLEBE. PRIMVM. CREARI COEPTI

L. ÆMILIVS. L. F. MAMERCINVS L. SEXTIVS. SEX. F. N. N. SEXTINVS. LATERANVS
 PRIMVS. E. PLEBE

CENSS. A. POSTVMIVS. M. F. A. N. REGILLENSIS. ALBINVS. C. SVLPICIUS. M. F. Q. N. PETICVS
 L. GENVCIVS. M. F. CN. N. AVENTINENSIS Q. SERVILIUS. Q. F. Q. N. AHALA
 C. SVLPICIUS. M. F. Q. N. PETICVS C. LICINIUS. C. F. P. N. CALVVS
 L. ÆMILIVS. L. F. MAMERCINVS. II CN. GENVCIVS. M. F. M. N. AVENTINENSIS CCCXXC.

L. MANLIUS. A. F. A. N. CAPITOLINVS. IMPERIOSSVS. DICT CLAVI. FIG. CAVSSA
 L. PINARIUS. NATTA. MAG. EQ

CENSS. M. FABIVS. K. F. M. N. AMBVSTVS. L. FVRIVS. SP. F. L. NEPOS. MEDVLLINVS. L. F. XX
 Q. SERVILIUS. Q. F. Q. N. AHALA. II L. GENVCIVS. M. F. CN. N. AVENTINENSIS. II
 AP. CLAVDIVS. P. F. AP. N. CRASSVS. SABINVS. REGILLENSIS. DICT REI. GERVNDÆ. CAVSSA
 P. CORNELIVS. SCAPVLA. MAG. EQ

C. LICINIUS. C. F. P. N. CALVVS. II C. SVLPICIUS. M. F. Q. N. PETICVS. II
 T. QVIN-

	T. QVINCTIVS. PENNVS. CAPITOLINVS. CRISPINVS.	DICT	REI. GERVNDÆ. CAVSSA
	SER. CORNELIVS. SER. F. M. N. MALVGINENSIS.	MAG. EQ	
M. FABIVS. N. F. M. N.	AMBVSTVS	C. POETELIVS. C. F. Q. N.	LIBO. VISOLVS
	Q. SERVILIVS. Q. F. Q. N. AHALA.	DICT	
	T. QVINCTIVS. PENNVS. CAPITOLINVS. CRISPINVS.	MAG. EQ	REI. GERVNDÆ. CAVSSA
M. POPILLIVS. M. F. C. N.	LAENAS	CN. MANLIVS. L. F. A. N. CAPITOLINVS. IMPERIOSS.	
C. FABIVS. C. F. M. N.	AMBVSTVS	C. PLAVTIVS. P. F. P. N.	PROCVLVS
	C. SVLPICIVS. M. F. Q. N. PETICVS.	DICT	
	M. VALERIVS. P. F. L. N. POPLICOLA.	MAG. EQ	REI. GERVNDÆ. CAVSSA
C. MARCIVS. L. F. C. N.	RVTILVS	CN. MANLIVS. L. F. A. N. CAPITOLINVS. IMPERIOSSVS. II	
M. FABIVS. N. F. M. N.	AMBVSTVS. II	M. POPILLIVS. M. F. C. N.	LÆNAS. II
	C. MARCIVS. L. F. C. N. RVTILVS. PRIMVS. DE. PLEBE.	DICT	
	C. PLAVTIVS. P. F. P. N. PROCVLVS.	MAG. EQ	REI. GERVNDÆ. CAVSSA
C. SVLPICIVS. M. F. Q. N.	PETICVS. III	M. VALERIVS. P. F. L. N.	POPLICOLA
M. FABIVS. N. F. M. N.	AMBVSTVS. III	T. QVINCTIVS. PENNVS. CAPITOLINVS. CRISPINVS	
CD. C. SVLPICIVS. M. F. Q. N.	PETICVS. IV	M. VALERIVS. P. F. L. N.	POPLICOLA. II
	T. MANLIVS. L. F. A. N. IMPERIOSSVS. TORQVATVS.	DICT	
	A. CORNELIVS. P. F. A. N. COSSVS. ARVINA.	MAG. EQ	REI. GERVNDÆ. CAVSSA
P. VALERIVS. P. F. L. N.	POPLICOLA	C. MARCIVS. L. F. C. N.	RVTILVS. II
	C. IVLIVS. L. F. C. N. IVLVS.	DICT	
	L. ÆMILIVS. C. F. MAMERCINVS.	MAG. EQ	REI. GERVNDÆ. CAVSSA
C. SVLPICIVS. M. F. Q. N.	PETICVS. V	T. QVINCTIVS. T. F. T. N. CINCINNATVS. CAPITOLINVS	
M. FABIVS. N. F. M. N.	AMBVSTVS.	DICT	
	Q. SERVILIVS. Q. F. Q. N. AHALA.	MAG. EQ	COMITIORVM. HABENDORVM. CAVSSA
	CENSS. CN. MANLIVS. L. F. A. N. CAPITOLINVS. IMPERIOSSVS.	C. MARCIVS. L. F. C. N. RVTILVS.	L. F. XXI
		PRIMVS. E. PLEBE	
M. POPILLIVS. M. F. C. N.	LÆNAS. III	L. CORNELIVS. P. F.	SCIPIO
	L. FVRIVS. M. F.	CAMILLVS.	DICT
	P. CORNELIVS. P. F.	SCIPIO.	MAG. EQ
		COMITIORVM. HABENDORVM. CAVSSA	
L. FVRIVS. M. F.	CAMILLVS	AP. CLAVDIVS. P. F. AP. N. CRASSVS. SABIN. REGILLEN	
		IN. MAG. OBII	
	T. MANLIVS. L. F. A. N. IMPERIOSSVS. TORQVATVS. II	DICT	
	A. CORNELIVS. P. F. A. N. COSSVS. ARVINA. II	MAG. EQ	COMIT. HABEND. CAVSSA
M. POPILLIVS. M. F. C. N.	LÆNAS. IV	M. VALERIVS. M. F. M. N.	CORVVS
	C. CLAVDIVS. AP. F. AP. N. CRASS. REGILLENENSIS.	DICT	
	C. LIVIVS.	DENTER.	MAG. EQ
		COMITIOR. HABEND. CAVSSA	
C. PLAVTIVS.	HYPÆVS	T. MANLIVS. L. F. A. N. IMPERIOSSVS. TORQVATVS	
M. VALERIVS. M. F. M. N.	CORVVS. II	C. POETELIVS. Q. F. Q. N.	LIBO. VISOLVS
		LVDI. SÆCVLARES. ITERVM	
	M. FABIO. N. F. M. N. AMBVSTO		
	C. IVLIO. L. F. C. N.	IVLO	MAG. X. VIR
		ANNO. P. R. C. CDVII	
		EX. S. C. FACTI. SVNT	
M. FABIVS. C. F.	DORSO	SER. SVLPICIVS.	CAMERINVS
	L. FVRIVS. M. F.	CAMILLVS. II.	DICT
	CN. MANLIVS. L. F. A. N. CAPITOLINVS. IMPERIOSSVS.	MAG. EQ	REI. GERVNDÆ. CAVSSA
C. MARCIVS. L. F. C. N.	RVTILVS. III	T. MANLIVS. L. F. A. N. IMPERIOSSVS. TORQVATVS. II	
	P. VALERIVS. P. F. L. N. POPLICOLA.	DICT	
	Q. FABIVS. Q. F. M. N. AMBVSTVS.	MAG. EQ	FERIARVM. LATINARVM. CAVSSA

BELLVM SAMNITICVM.

CDX. M. VALERIVS. M. F. M. N.	CORVVS. III	A. CORNELIVS. P. F. A. N.	COSSVS. ARVINA
	CENSS. M. FABIVS. N. F. M. N. AMBVSTVS.	M. POPILLIVS. M. F. C. N. LÆNAS.	LVSTR. FEC. XXII
C. MARCIVS. L. F. C. N.	RVTILVS. IV	Q. SERVILIVS. Q. F. Q. N.	AHALA
	M. VALERIVS. M. F. M. N.	CORVVS.	DICT
	L. ÆMILIVS. L. F. L. N. MAMERCINVS. PRIVERNAS.	MAG. EQ	REI. GERVNDÆ. CAVSSA
C. PLAVTIVS.	HYPÆVS. II	L. ÆMILIVS. L. F. L. N. MAMERCINVS. PRIVERNAS	
		ABDICARVNT	
	T. MANLIVS. L. F. A. N. IMPERIOSSVS. TORQVATVS. III	P. DECIVS. Q. F.	MVS. QVI. SE. DEVOVIT
	L. PAPIRIVS. L. F. M. N. CRASSVS. QVI. IDEM. PRÆTOR. ERAT.	DICT	
	L. PAPIRIVS. SP. F. L. N. CVRSOR.	MAG. EQ	REI. GERVNDÆ. CAVSSA.
TI. ÆMILIVS. TI. F. TI. N.	MAMERCINVS	Q. PVBLILIVS. Q. F. Q. N.	PHILO
	Q. PVBLILIVS. Q. F. Q. N. PHILO.	DICT	
	D. IVNIVS.	BRVIVS. SCÆVA.	MAG. EQ
		REI. GERVNDÆ. CAVSSA	
L. FVRIVS. SP. F. M. N.	CAMILLVS	C. MÆNIVS. P. F. P.	NEPOS
C. SVLPICIVS. SER. F. Q. N.	LONGVS	P. ÆLIVS. P. F. P. N.	PÆTVS
	C. CLAVDIVS. AP. F. AP. N. CRASSVS. REGILLENENSIS. II.	DICT	
	C. CLAVDIVS.	HORTATOR.	MAG. EQ
		REI. GERVNDÆ. CAVSSA	
		VITIO. FACTI. ABDICARVNT	
			L. PAPI-

- L. PAPIRIVS. L. F. M. N.** CRASSVS K. DVILIVS. K. F. K. NEPOS
M. VALERIVS. M. F. M. N. CORVVS. IV M. ATILIVS. M. F. REGVLVS
L. EMILIVS. L. F. L. N. MAMERCINVS. PRIVERNAS. DICT COMIT. HABENDORVM. CAVSSA
Q. PVBLIVS. Q. F. Q. N. PHILO. MAG. EQ
T. VETVRIVS. CALVINVS SP. POSTVMIVS. ALBINVS
P. CORNELIVS. RVFINVS. DICT REL. GERVNDÆ. CAVSSA
M. ANTONIVS. MAG. EQ
VITIO. FACTI. ABDICARVNT
L. PAPIRIVS. SP. F. L. N. CVRSOR C. POETELIVS. C. F. C. N. LIBO. VISOLVS CDXX.
A. CORNELIVS. P. F. A. N. COSSVS. ARVINA. II CN. DOMITIVS. CALVINVS
M. PAPIRIVS. L. F. M. N. CRASSVS. DICT REL. GERVNDÆ. CAVSSA
P. VALERIVS. M. F. P. N. POPLICOLA. MAG. EQ
CENSS. Q. PVBLIVS. Q. F. Q. N. PHILO. SP. POSTVMIVS. ALBINVS. LVSTR. F. XXIII
M. CLAVDIVS. MARCELLVS C. VALERIVS. C. F. C. N. POTIVS. FLACCVS
CN. QVINCTILIVS. VARVS. DICT
L. VALERIVS. L. F. L. N. POTIVS. MAG. EQ CLAVI. FIGENDI. CAVSSA
L. PAPIRIVS. L. F. M. N. CRASSVS. II L. PLAVTIVS. VENNO
L. EMILIVS. L. F. L. N. MAMERCINVS. PRIVERNAS. II C. PLAVTIVS. P. F. P. N. DECIANVS
C. PLAVTIVS. C. F. C. N. PROCVLVS P. CORNELIVS. P. F. SCAPVLA
QVI. POSTEA. VENOX. APPELLATVS. EST
L. CORNELIVS. L. F. LENTVLVS Q. PVBLIVS. Q. F. Q. N. PHILO. II
M. CLAVDIVS. MARCELLVS. DICT
SP. POSTVMIVS. ALBINVS. MAG. EQ COMIT. HABENDORVM. CAVSSA
VITIO. FACTI. ABDICARVNT.
C. POETELIVS. C. F. C. N. LIBO. VISOLVS. II L. PAPIRIVS. MVGILLANVS
L. FVRIVS. SP. F. M. N. CAMILLVS. II D. IVNIVS. BRVTVS. SCÆVA
L. PAPIRIVS. SP. F. L. N. CVRSOR. DICT
Q. FABIVS. M. F. N. N. MAXIM. RVLLIANVS. MAG. EQ REL. GERVNDÆ. CAVSSA
COACTVS. ABDICAVIT. IN. EIVS. LOCVM. FACTVS. EST
L. PAPIRIVS. L. F. M. N. CRASSVS. MAG. EQ

L. PAPIRIVS. SP. F. L. N. CVRSOR. DICT REL. GERVNDÆ. CAVSSA.
L. PAPIRIVS. L. F. M. N. CRASSVS. MAG. EQ
HOC. ANNO. DICTATOR. ET. MAG. EQ. SINE. COSS. MAG. EX. S. C. CONTINVARVNT
CENSS. M. VALERIVS. M. F. M. N. CORVVS. C. POETELIVS. C. F. C. N. LIBO. VISOLVS. LVSTRVM. F. XXIV

C. SVLPICIVS. SER. F. Q. N. LONGVS. II Q. AVLIVS. Q. F. M. N. CERRETANVS CDXXX.
Q. FABIVS. M. F. N. N. MAXIM. RVLLIANVS L. FVLVIVS. L. F. L. N. CVRVVS.
A. CORNELIVS. P. F. A. N. COSSVS. ARVINA. DICT
M. FABIVS. M. F. N. N. AMBVSTVS. MAG. EQ LVDORVM. ROM. CAVSSA
T. VETVRIVS. CALVINVS. II SP. POSTVMIVS. ALBINVS. II
Q. FABIVS. Q. F. Q. N. AMBVSTVS. DICT
P. ÆLIVS. P. F. P. N. PÆTVS. MAG. EQ COMITIORVM. HABENDORVM. CAVSSA
VITIO. FACTI. ABDICARVNT. IN. EORVM. LOC. FACTI. SVNT
M. EMILIVS. PAPVS. DICT
L. VALERIVS. FLACCVS. MAG. EQ COMITIORVM. HABENDORVM. CAVSSA
L. PAPIRIVS. SP. F. L. N. CVRSOR. II Q. PVBLIVS. Q. F. Q. N. PHILO. III
C. MAINIVS. P. F. P. NEPOS. DICT
M. FOSLIVS. C. F. M. N. FLACCINATOR. MAG. EQ QVÆSTIONVM. EXERCENDAR. CAVSSA
ABDICARVNT
L. CORNELIVS. L. F. LENTVLVS. DICT
L. PAPIRIVS. SP. F. L. N. CVRSOR. II. MAG. EQ REL. GERVNDÆ. CAVSSA
T. MANLIVS. L. F. A. N. IMPERIOSS. TORQVAT. III. DICT
L. PAPIRIVS. L. F. L. N. CRASSVS. MAG. EQ COMIT. HABENDORVM. CAVSSA
L. PAPIRIVS. SP. F. L. N. CVRSOR. III Q. AVLIVS. Q. F. M. N. CERRETANVS. II
CENSS. C. SVLPICIVS. SER. F. Q. N. LONGVS. C. PLAVTIVS. P. F. P. N. DECIANVS. ABDICAR.
L. PLAVTIVS. L. F. L. N. VENNO M. FOSLIVS. C. F. M. N. FLACCINATOR
CENSS. L. PAPIRIVS. L. F. M. N. CRASSVS. C. MAINIVS. P. F. P. N. LVSTRVM. FEC. XXV
Q. AEMILIVS. Q. F. L. N. BARBVLA C. IVNIVS. C. F. C. N. BVVLCVS. BRVTVS
SP. NAVTIVS. SP. F. SP. N. RVTILVS M. POPILLIVS. M. F. M. N. LAENAS
L. AEMILIVS. L. F. L. N. MAMERCINVS. PRIVERNAS. II. DICT
L. FVLVIVS. L. F. L. N. CVRVVS. MAG. EQ REL. GERVNDÆ. CAVSSA
L. PAPIRIVS. SP. F. L. N. CVRSOR. IV Q. POBLIVS. Q. F. Q. N. PHILO. IIII
Q. FABIVS. M. F. N. N. MAXIMVS. RVLLIANVS. DICT
Q. AVLIVS. Q. F. M. N. CERRETANVS. MAG. EQ REL. GER. CAVSSA
IN. PROELIO. OCCISVS. EST. IN. EIVS. LOC. FAC. EST
C. FABIVS. M. F. N. N. AMBVSTVS. MAG. EQ
M. POETELIVS. M. F. M. N. LIBO C. SVLPICIVS. SER. F. Q. N. LONGVS. III
C. MAI-

C. MAINIVS. P. F. P. N. II. DICT REI. GERVNDÆ. CAVSSA
 M. FOSLIVS. C. F. M. N. FLACCINATOR. II. MAG. EQ
 CDXL. L. PAPIRIVS. SP. F. L. N. CVRSOR. V C. IVNIVS. C. F. C. N. BVBVLCVS. BRVTVS. II
 C. POETELIVS. C. F. C. N. LIBO. VISOLVS. DICT
 M. POETELIVS. M. F. M. N. LIBO. MAG. EQ REI. GERVNDÆ. CAVSSA
 M. VALERIVS. M. F. M. N. MAXIMVS P. DECIVS. P. F. Q. N. MVS
 C. SVLPICIVS. SER. F. Q. N. LONGVS. DICT
 C. IVNIVS. C. F. C. N. BVBVLCVS. BRVTVS. MAG. EQ REI. GERVNDÆ. CAVSSA
 CENSS. AP. CLAVDIVS. C. F. AP. N. CAECVS. C. PLAVTIVS. C. F. C. N. QVI. IN. HOC. L. F. XXVI
 HONORE. VENOX. APPELLATVS. EST
 C. IVNIVS. C. F. C. N. BVBVLCVS. BRVTVS. III Q. AIMILIVS. Q. F. L. N. BARBVLA. II
 Q. FABIVS. M. F. M. N. MAXIM. RVLLIAN. II C. MARCIVS. C. F. L. N. RVTILVS. QVI. POSTEA
 CENSORIVS. APPELLATVS. EST

 L. PAPIRIVS. SP. F. L. N. CVRSOR. II. DICT REI. GERVNDÆ. CAVSSA
 C. IVNIVS. C. F. C. N. BVBVLCVS. BRVTVS. II. MAG. EQ
 HOC. ANNO. DICTATOR. ET. MAGISTER. EQ. SINE. COS. FVERVNT

 P. DECIVS. P. F. Q. N. MVS. II Q. FABIVS. M. F. N. N. MAXIM. RVLLIAN. III
 AP. CLAVDIVS. C. F. AP. N. CAECVS L. VOLVMNIVS. C. F. C. N. FLAMMA. VIOLENS
 CENSS. M. VALERIVS. M. F. M. N. MAXIMVS. C. IVNIVS. C. F. C. N. BVBVLC. BRVTVS. L. F. XXVII
 Q. MARCIVS. Q. F. Q. N. TREMVIVS P. CORNELIVS. A. F. P. N. ARVINA
 P. CORNELIVS. N. SCIPIO. BARBATVS. DICT
 P. DECIVS. P. F. Q. N. MVS. MAG. EQ COMIT. HABENDOR. CAVSSA
 L. POSTVMIVS. L. F. SP. N. MEGELLVS TI. MINVCIVS. AVGVRIVS
 IN. PROELIO. OCCIVS. EST. IN. E. LOC. F. EST
 M. FVLVIVS. L. F. L. N. CVRVVS. PÆTIVS
 P. SEMPRONIVS. P. F. C. N. SOPHVS P. SVLPICIVS. SER. F. P. N. SAVERRIO
 CENSS. Q. FABIVS. M. F. N. N. MAXIM. RVLLIAN. P. DECIVS. P. F. Q. N. MVS. L. F. XXVIII
 CDL. SER. CORNELIVS. CN. F. CN. N. LENTVLVS. L. GENVCIVS. L. F. L. N. AVENTINENSIS
 M. LIVIVS. C. N. DENTER M. ÆMILIVS. L. F. L. N. PAVLLVS
 C. IVNIVS. C. F. C. N. BVBVLCVS. BRVTVS. DICT
 M. TITIVS. C. F. C. NEPOS. MAG. EQ REI. GERVNDÆ. CAVSSA

 Q. FABIVS. M. F. N. N. MAXIMVS. RVLLIANVS. II. DICT REI. GERVNDÆ. CAVSSA
 M. ÆMILIVS. L. F. L. N. PAVLLVS. MAG. EQ
 HOC. ANNO. DICTAT. ET. MAG. EQ. SINE. COSS. FVERVNT
 M. VALERIVS. M. F. M. N. CORVVS. II. DICT
 P. SEMPRONIVS. P. F. C. N. SOPHVS. MAG. EQ REI. GERVNDÆ. CAVSSA

 Q. APPVLEIVS. CN. F. C. N. PANSA M. VALERIVS. M. F. M. N. CORVVS. V
 M. FVLVIVS. CN. F. CN. N. PÆTIVS T. MANLIVS. T. F. T. N. TORQVATVS
 IN. MAG. MORT. EST. IN. EIVS. LOC. F. EST
 M. VALERIVS. M. F. M. N. CORVVS. VI
 CENSS. P. SEMPRONIVS. P. F. C. N. SOPHVS. P. SVLPICIVS. SER. F. P. N. SAVERRIO. L. F. XXIX
 L. CORNELIVS. P. F. P. N. SCLPIO CN. FVLVIVS. CN. F. CN. N. MAX. CENTVMALVS
 Q. FABIVS. M. F. N. N. MAXIM. RVLLIANVS. IV P. DECIVS. P. F. Q. N. MVS. III
 QVI. POSTEA. SE. DEVOVIT
 AP. CLAVDIVS. C. F. AP. N. CAECVS. II L. VOLVMNIVS. C. F. C. N. FLAMMA. VIOLENS. II
 Q. FABIVS. M. F. N. N. MAXIM. RVLLIANVS. V P. DECIVS. P. F. Q. N. MVS. IV
 QVI. IN. HOC. MAG. SE. DEVOVIT
 L. POSTVMIVS. L. F. SP. N. MEGELLVS. II M. ATILIVS. M. F. M. N. REGVLVS
 CENSS. P. CORNELIVS. A. F. P. N. ARVINA. C. MARCIVS. C. F. L. N. RVTILVS. L. F. XXX
 QVI. POSTEA. CENSORIVS. APPELL. EST
 CDLX. L. PAPIRIVS. L. F. SP. N. CVRSOR SP. CARVILIVS. C. F. C. N. MAXIMVS
 Q. FABIVS. Q. F. M. N. MAX. GVRGES D. IVNIVS. D. F. BRVTVS. SCÆVA
 AP. CLAVDIVS. C. F. A. N. CAECVS. DICT
 C. MARCIVS. C. F. C. N. RVTILVS. MAG. EQ COMITIORVM. HABENDORVM. CAVSSA
 QVI. POSTEA. CENSORIVS. APPELL. EST
 VITIO. FACTI. ABDICARVNT
 E. POSTVMIVS. L. F. SP. N. MEGELLVS. III C. IVNIVS. C. F. C. N. BRVTVS. BVBVLCVS
 P. CORNELIVS. P. F. RVFINVS M. CVRIVS. M. F. M. N. DENTATVS
 M. VALERIVS. M. F. M. N. MAX. CORVINVS Q. CÆDICIVS. Q. F. NOCTVA
 CENSS. M. ÆMILIVS. L. F. L. N. PAVLLVS. L. VOLVMNIVS. C. F. C. N. FLAMMA. VIOLENS. L. F. XXXI
 Q. MARCIVS. Q. F. Q. N. TREMVIVS. II P. CORNELIVS. A. F. P. N. ARVINA. II
 M. CLAVDIVS. MARCELLVS C. NAVTIVS. SP. F. SP. N. RVTILVS
 Q. HORTENSIVS. Q. F. Q. NEPOS. DICT. IN. MAG. M. EST
 M. LIVIVS. M. F. C. N. DENTER. MAG. EQ SEDIT. SEDANDÆ. CAVSSA
 QVI. POSTEA. DRVSVS. AP. EST. ABDIC
 Q. FABIVS

Q. FABIVS. M. F. N. N. MAXIM. RVLLIAN. III. DICT REI. GERVNDAE. CAVSSA
 L. VOLVMNIVS. C. F. C. N. FLAMMA. VIOLENS. MAG. EQ

QVI. SINE. COSS. FVERVNT

M. VALERIVS.		MAX. POTIVS	C. AELIVS. P. F. P. N.	PÆTVS
C. CLAVDIVS.	C. N.	CANINA	M. AEMILIVS.	LEPIDVS
C. SERVILIVS.		TYCCA	L. CAECILIVS. C. F.	METELLVS
P. CORNELIVS.		DOLABELLA. MAX.	CN. DOMITIVS. C. F.	CALVINVS CDLXX.
C. FABRICIVS. C. F. C. N.		LVSCINVS	Q. AEMILIVS. M. F.	PAPVS

BELLVM. TARENTINVM. ET. REGIS. PYRRHI

L. AEMILIVS. Q. F. Q. N.	BARBVLA	Q. MARCIVS. Q. F. Q. N.	PHILIPPVS
P. VALERIVS.	LÆVINVS	TI. CORVNCANIVS. TI. F. TI.	NEPOS
CENSS. Q. FABIVS. Q. F. M. N. MAX. GVRGES.	CN. DOMITIVS. C. F.	CALVINVS.	L. F. XXXII

QVEI. PRIMVS. DE. PLEBE. L. F

P. SVLPICIVS. P. F. SER. N.	SAVERRIO	P. DECIVS. P. F. P. N.	MVS. IN. PROEL. OC. E
C. FABRICIVS. C. F. C. N.	LVSCINVS. II	Q. AEMILIVS. M. F.	PAPVS. II
P. CORNELIVS. P. F.	RVFINVS. II	C. IVNIVS. C. F. C. N.	ERVTVS. EVBVLGVS. II
Q. FABIVS. Q. F. M. N.	MAX. GVRGES. II	C. GENVCIVS.	CLEPSINA

P. CORNELIVS. P. F. RVFINVS. DICT. CLAVI. FIGENDI. CAVSSA
 C. AELIVS. P. F. P. N. PÆTVS. MAG. EQ

M/. CVRIVS. M/. F. M/. N.	DENTATVS. II	L. CORNELIVS. TI. F. SER. N.	LENTVLVS. QVI
		IN. HOC. HON. CAVDIVS. APPELL. EST	

CENSS. C. FABRICIVS. C. F. C. N. LVSCINVS. Q. AEMILIVS. M. F. PAPVS. L. F. XXXIII

M/. CVRIVS. M/. F. M/. N.	DENTATVS. III	SER. CORNELIVS.	MERENDA
C. FABIVS. M. F. M. N.	DORSO. LICINVS	C. CLAVDIVS.	C. N.
L. PAPIRIVS. L. F. SP. N.	CVRSOR. II	SP. CARVILIVS. C. F. C. N.	CANINA. II CDXXC.

CENSS. M/. CVRIVS. M/. F. M/. N. DENTATVS. L. PAPIRIVS. SP. F. L. N. CVRSOR. L. F. XXXIV

C. QVINCTIVS	CLAVDVS	L. GENVCIVS.	CLEPSINA
C. GENVCIVS.	CLEPSINA. II	CN. CORNELIVS. L. F. CN. N.	BLASIO

Q. OGVLNIVS. L. F. A. N.	GALLVS	C. FABIVS. C. F. M. N.	PICTOR
P. SEMPRONIVS. P. F. P. N.	SOPHVS	AP. CLAVDIVS. AP. F. C. N.	CRASSVS

M. ATILIVS. M. F. L. N.	REGVLVS	L. IVLIVS. L. F. L. N.	LIBO
N. FABIVS. C. F. M. N.	PICTOR	D. IVNIVS. D. F. D. N.	PERA

Q. FABIVS. Q. F. M. N.	MAX. GVRGES. III	L. MAMILIVS. Q. F. M. N.	VITVLVS
------------------------	------------------	--------------------------	---------

CENSS. CN. CORNELIVS. L. F. CN. N. BLASIO. C. MARCIVS. C. E. L. N. RVTILVS. II. QVI. L. F. XXXV

IN. HOC. HONORE. CENSORIN. APPEL. EST

BELLVM. PVNICVM. PRIMVM

AP. CLAVDIVS. C. F. AP. N.	CAVDEX	M. FVLVIVS. Q. F. M. N.	FLACCVS
M/. VALERIVS. M. F. M. N.	MAXIMVS	M/. OTACILIVS. C. F. M/. N.	CRASSVS CDXC.

QVI. IN. HOC. HONORE. MESSAL. APPEL. E

CN. FVLVIVS. CN. F. CN. N. MAXIM. CENTVMALVS. DICT MAG. EQ CLAVI. FIGENDI. CAVSSA

Q. MARCIVS. Q. F. Q. N. PHILIPPVS. MAG. EQ

L. POSTVMIVS. L. F. L. N.	MEGELLVS	Q. MAMILIVS. Q. F. M. N.	VITVLVS
L. VALERIVS. M. F. L. N.	FLACCVS	T. OTACILIVS. C. F. M/. N.	CRASSVS

CN. CORNELIVS. L. F. CN. N.	SCIPIO. ASINA	C. DVILIVS. M. F. M. N.	
L. CORNELIVS. L. F. CN. N.	SCIPIO	C. AQVILLIVS. M. F. C. N.	FLORVS

A. ATILIVS. A. F. C. N.	CALATINVS	Q. SVLPICIVS. Q. F. Q. N.	PATERCVLVS
-------------------------	-----------	---------------------------	------------

CENSS. C. DVILIVS. M. F. M. NEPOS. AP. CLAVDIVS. C. F. AP. M. CAVDEX. L. F. XXXVI

C. ATILIVS. M. F. M. N.	REGVLVS. SERRANVS	CN. CORNELIVS. L. F. CN. N.	BLASIO. II
-------------------------	-------------------	-----------------------------	------------

Q. OGVLNIVS. L. F. A. N. GALLVS. DICT LATINAR. FER. CAVSSA

M. LAETORIVS. M. F. M. N. PLANCIANVS. MAG. EQ

L. MANLIVS. A. F. P. N.	VVLISO. LONGVS	Q. CAEDICIVS. Q. F. Q. N.	IN. MAG. MORT. E
-------------------------	----------------	---------------------------	------------------

IN. EIVS. LOCVM. FACTVS. EST

SER. FVLVIVS. M. F. M. N.	PAETIN. NOBILIOR	M. ATILIVS. M. F. L. N.	REGVLVS. II
CN. CORNELIVS. L. F. CN. N.	SCIPIO. ASINA. II	M. AIMILIVS. M. F. L. N.	PAVLVS

CN. SERVILIVS. CN. F. CN. N.	CAEPIO	A. ATILIVS. A. F. C. N.	CALATINVS. II
CENSS. D. IVNIVS. D. F. D. N. PERA. ABD.	L. POSTVMIVS. L. F. L. N. MEGELLVS.	C. SEMPRONIVS. TI. F. TI. N.	BLAESVS D.

PR. ERAT. IN. MAG. MORT. EST

C. AVRELIVS. L. F. C. N.	COTTA	P. SERVILIVS. Q. F. CN. N.	GEMINVS
--------------------------	-------	----------------------------	---------

CENSS. M/. VALERIVS. M. F. M. N. MAXIM. MESSALL. P. SEMPRONIVS. P. F. P. N. SOPHVS. L. F. XXXVII

L. CAECILIVS. L. F. C. N.	METELLVS	C. FVRIVS. C. F. C. N.	PACILVS
C. ATILIVS. M. F. M. N.	REGVLVS. II	L. MANLIVS. A. F. P. N.	VVLISO. II

P. CLAVDIVS. AP. F. C. N.	PVLCHER	L. IVNIVS. C. F. L. N.	PVLLVS
---------------------------	---------	------------------------	--------

M. CLAVDIVS. C. F. GLICIA. QVI. SCRIBA. FVERAT. DICTATOR

SINE. MAG. EQ. COACT. ABDIC. IN. EIVS. LOCVM. FACTVS. EST

A. ATILIVS. A. F. C. N. CALATINVS.	DICT	REI. GERVNDAE. CAVSSA	
L. CAECILIVS. L. F. C. N. METELLVS.	MAG. EQ		

C. AVRE-



C. AVRELIUS. L. F. C. N.	COTTA. II	P. SERVILIUS. Q. F. CN. N.	GEMINVS. II
L. CAECILIUS. L. F. C. N.	METELLVS. II	N. FABIVS. M. F. M. N.	BVTEO
CENSS. A. ATILIVS. A. F. C. N. CALATINVS. A. MANLIVS. T. F. T. N. TORQVAT. ATTICVS.			L. F. XXXVIII
M. OTACILIUS. C. F. M. N.	CRASSVS. II	M. FABIVS. C. F. M. N.	LICINVS
TI. CORVNCANIUS. TI. F. TI. NEPOS.		DICTATOR	
M. FVLVIUS. Q. F. M. N. FLACCVS.		MAG. EQ	COMIT. HABEND. CAVSSA
M. FABIVS. M. F. M. N.	BVTEO	C. ATILIVS. A. F. A. N.	BVLBVS
A. MANLIVS. T. F. T. N.	TORQVAT. ATTICVS	C. SEMPRONIUS. TI. F. TI. N.	BLAESVS. II
C. FVNDANIUS. C. F. Q. N.	FVNDVLVS	C. SVLPICIUS. C. F. SER. N.	GALLVS
C. LVTATIVS. C. F. C. N.	CATVLVS	A. POSTVMIVS. A. F. L. N.	ALBINVS
A. MANLIVS. T. F. T. N. TORQVAT. ATTICVS. II		Q. LVTATIVS. C. F. C. N.	CERCO
CENSS. C. AVRELIUS. L. F. C. N. COTTA.	M. FABIVS. M. F. M. N. BVTEO.		L. F. XXXIX
C. CLAVDIVS. AP. F. C. N.	CENTHO	M. SEMPRONIUS. C. F. M. N.	TVDITANVS
C. MAMILIVS. Q. F. Q. N.	TVRINVS	Q. VALERIVS. Q. F. P. N.	FALTO
TI. SEMPRONIUS. TI. F. C. N.	GRACCH.	P. VALERIVS. Q. F. P. N.	FALTO
L. CORNELIVS. L. F. TI. N. LENTVL. CAVDINVS		Q. FVLVIUS. M. F. Q. N.	FLACCVS
P. CORNELIVS. L. F. TI. N. LENTVL. CAVDINVS		C. LICINIUS. P. F. P. N.	VARVS
	LVDI. SAECVLARES. TERT		
	M. AEMILIO. M. F.	MAG. X. VIR	
	M. LIVIO. M. F. M. N. SALINATORE		
	ANNO. P. R. C. DXVII		
	EX. S. C. FACTI SVNT		
CENSS. L. CORNELIVS. L. F. TI. N. LENTVL. CAVDINVS.	Q. LVTATIVS. C. F. C. N.		CERCO
	IN. MAG. M. EST		
T. MANLIVS. T. F. T. N.	TORQVATVS	C. ATILIVS. A. F. A. N.	BVLBVS. II
L. POSTVMIVS. A. F. A. N.	ALBINVS	SP. CARVILIUS. SP. F. C. N.	MAXIMVS
CENSS. C. ATILIVS. A. F. A. N. BVLBVS.	A. POSTVMIVS. A. F. L. N. ALBINVS.		L. F. XL
Q. FABIVS. Q. F. Q. N.	MAXVM. VERRVCOSS	M. POMPONIVS. M. F. M. N.	MATHO
M. AEMILIVS. M. F. M. N.	LEPIDVS	M. PUBLIIVS. L. F. L. N.	MALLEOLVS
M. POMPONIVS. M. F. M. N.	MATHO	C. PAPIRIVS. C. F. L. N.	MASO
C. DVLLIVS. M. F. M. N.	DICT	COMIT. HABEND. CAVSSA	
C. AVRELIUS. L. F. C. N. COTTA.	MAG. EQ		
CENSS. T. MANLIVS. T. F. T. N. TORQVATVS.	Q. FVLVIUS. M. F. Q. N.		FLACCVS
	VITIO. FACTI. ABD.		
M. AIMILIVS. L. F. Q. N.	BARBVLA	M. IVNIUS. D. F. D. N.	PERA
CENSS. Q. FABIVS. Q. F. N. MAXIM. VERRVCOSS.	M. SEMPRONIUS. C. F. M. N. TVDITAN. L. F. XLII		
L. POSTVMIVS. A. F. A. N.	ALBINVS. II	CN. FVLVIUS. CN. F. CN. N.	CENTVMALVS
SP. CARVILIUS. SP. F. C. N.	MAXIMVS. II	Q. FABIVS. Q. F. Q. N. MAXIMVS. VERRVCOSSVS. II	
P. VALERIVS. L. F. M. N.	FLACCVS	M. ATILIVS. M. F. M. N.	REGVLVS
M. VALERIVS. M. F. M. N.	MESSALLA	L. APVSTIVS. L. F. C. N.	FVLLO

BELLVM. GALLICVM. CISALPINVM

L. AIMILIVS. Q. F. CN. N.	PAPVS	C. ATILIVS. M. F. M. N.	REGVLVS
CENSS. C. CLAVDIVS. AP. F. C. N. CENTHO.	M. IVNIUS. D. F. D. N. PERA.		L. F. XXXXII
T. MANLIVS. T. F. T. N.	TORQVATVS. II	Q. FVLVIUS. M. F. Q. N.	FLACCVS. II
L. CAECILIUS. L. F. C. N. METELLVS.	DICT	COMIT. HABENDOR. CAVSSA	
N. FABIVS. M. F. M. N. BVTEO.	MAG. EQ		
C. FLAMINIUS. C. F. L.	NEPOS	P. FVRIUS. SP. F. M. N.	PHILVS
CN. CORNELIVS. L. F. L. N.	SCIPIO. CALVVS	M. CLAVDIVS. M. F. M. N.	MARCELIVS
P. CORNELIVS. CN. F. L. N.	SCIPIO. ASINA	M. MINVCIUS. P. F. Q. N.	RVEVS
Q. FABIVS. Q. F. Q. N. MAXIM. VERRVCOSSVS.	DICT	COMIT. HABENDOR. CAVSSA	
C. FLAMINIUS. C. F. L. NEPOS.	MAG. EQ		
	VITIO. FACTI. ABDICARVNT. IN. EOR. LOCVM. FACTI. SVNT		
M. AEMILIVS. Q. F. L. N. BARBVLA.	DICT		
Q. AELIVS. P. F. C. N. PAETVS.	MAG. EQ		

L. VETVRIUS. L. F. TI. N.	PHILO	C. LVTATIVS. C. E. C. N.	CATVLVS
	VITIO. FACTI. ABDICARVNT. IN. EOR. LOC. FACTI. SVNT		
M. AEMILIVS. M. F. M. N.	LEPIDVS. II	M. VALERIVS. P. F. P. N.	LAVINVS
CENSS. L. AIMILIVS. Q. F. CN. N. PAPVS.	C. FLAMINIUS. C. F. L. NEPOS.		L. F. XLIII

M. LIVIVS. M. F. M. N.	SALINATOR	L. AEMILIVS. M. F. M. N.	PAVLVS
------------------------	-----------	--------------------------	--------

BELLVM. PVNICVM. SECVNDVM

P. CORNELIVS. L. F. L. N.	SCIPIO	TI. SEMPRONIUS. C. F. TI. N.	LONGVS
C. FLAMINIUS. C. F. L. NEPOS.	II	CN. SERVILIUS. P. F. Q. N.	GEMINVS
	IN. PROELIO. OC. EST. IN. EIVS. LOC. F. EST		
M. ATILIVS. M. F. M. N.	REGVLVS. II		

Q. FABIVS.

Q. FABIVS. Q. F. Q. N. MAX. VERRVCOSSVS. II. DICT REL. GERVND. CAVSSA
 M. MINVCIVS. P. F. Q. N. RVFVS. MAG. EQ
 QVI. IMPERIO. DEIND. SIBI. ÆQVATO. CVM. DICTATORE. SPONTE. ABD
 L. VETVRIVS. L. F. TI. N. PHILO. DICT
 M. POMPONIVS. M. F. M. N. MATHO. MAG. EQ COMIT. HABENDORVM. CAVSSA
 VLTIO. FACTI. ABDICARVNT
 C. TERENTIVS. VARRO L. ÆMILIVS. M. F. M. N. PAVLLVS. II
 IN. PROELIO. OCCLSVS. EST
 M. IVNIVS. D. F. D. N. PERA. DICT
 TI. SEMPRONIVS. TI. F. TI. N. GRACCHVS. MAG. EQ REL. GERVNDÆ. CAVSSA
 QVI. IDEM. ÆDILIS. CVRVLIS. ERAT
 M. FABIVS. M. F. M. N. BVTEO. DICT. SINE. MAG. EQ. SENATVS. LEGENDI. CAVSSA
 L. POSTVMIVS. A. F. A. N. ALBINVS. DESIGN. III TI. SEMPRONIVS. TI. F. TI. N. GRACCHVS
 ANTEQVAM. INIRET. OCCLSVS. EST. IN. EIVS. L. F. E
 M. CLAVDIVS. M. F. M. N. MARCELLVS. II
 VLTIO. FACT. ABD. IN. EIVS. LOC. FACT. EST
 Q. FABIVS. Q. F. Q. N. MAXIM. VERRVCOSSVS. III
 Q. FABIVS. Q. F. Q. N. MAXIM. VERRVCOSSVS. IV M. CLAVDIVS. M. F. M. N. MARCELLVS. III
 CENSS. M. ATLLIVS. M. F. M. N. REGVLVS. P. FVRIVS. SP. F. M. N. PHILVS
 ABDICAVIT. IN. MAG. MORTVVS. EST
 Q. FABIVS. Q. F. Q. N. MAXIMVS TI. SEMPRONIVS. TI. F. TI. N. GRACCHVS. II DXL
 C. CLAVDIVS. AP. F. Q. N. GENTHO. DICT
 Q. FVLVIVS. M. F. Q. N. FLACCVS. MAG. EQ COMITIORVM. HABEND. CAVSSA
 Q. FVLVIVS. M. F. Q. N. FLACCVS. III AP. CLAVDIVS. P. F. AP. N. FVLCHER
 P. SVLPICIVS. SER. F. P. N. GALBA. MAXIMVS CN. FVLVIVS. CN. F. CN. N. CENTVMALVS
 M. VALERIVS. P. F. P. N. LÆVINVS. II M. CLAVDIVS. M. F. M. N. MARCELLVS. IV
 Q. FVLVIVS. M. F. Q. N. FLACCVS. DICT
 P. LICINIVS. P. F. P. N. CRASSVS. DIVES. MAG. EQ COMITIORVM. HABEND. CAVSSA
 CENSS. L. VETVRIVS. L. F. TI. N. PHILO. P. LICINIVS. P. F. P. N. CRASSVS. DIVES
 IN. MAG. MORT. EST ABDICAVIT
 Q. FABIVS. Q. F. Q. N. MAXIMVS. VERRVCOSSVS. V Q. FVLVIVS. M. F. Q. N. FLACCVS. IV
 CENSS. M. CORNELIVS. M. F. M. N. CETHEGVS. P. SEMPRONIVS. C. F. C. N. TVDITANVS. L. F. XLIV
 HORVM. NEVTER. CONSVLARIS. ERAT
 M. CLAVDIVS. M. F. M. N. MARCELLVS. V T. QVINCTIVS. T. F. CRISPINVS
 IN. PROELIO. OCCLSVS. EST IN. MAG. EX. VVLNERE. MORTVVS. EST
 T. MANLIVS. T. F. T. N. TOKQVATVS. DICT
 C. SERVILIVS. C. F. P. N. PVLEX. GEMINVS. MAG. EQ COMIT. HAB. ET. LVD. MAGNOR CAVSSA
 QVI. IDEM. ÆD. CVR. ERAT
 C. CLAVDIVS. TI. F. TI. N. NERO M. LIVIVS. M. F. M. N. SALINATOR. II
 M. LIVIVS. M. F. M. N. SALINATOR. DICT
 Q. CAECILIVS. L. F. M. N. METELLVS. MAG. EQ COMIT. HABENDOR. CAVSSA
 Q. CAECILIVS. L. F. L. N. METELLVS L. VETVRIVS. L. F. L. N. PHILO
 P. CORNELIVS. P. F. L. N. SCIPIO P. LICINIVS. P. F. P. N. CRASSVS. DIVES
 QVI. POSTEA. AFRICANVS. APPEL. EST
 Q. CAECILIVS. L. F. L. N. METELLVS. DICT
 L. VETVRIVS. L. F. L. N. PHILO. MAG. EQ COMIT. HABEND. CAVSSA
 P. CORNELIVS. M. F. M. N. CETHEGVS P. SEMPRONIVS. C. F. C. N. TVDITANVS
 CENSS. M. LIVIVS. M. F. M. N. SALINATOR. C. CLAVDIVS. TI. F. TI. N. NERO. L. F. XLV
 CN. SERVILIVS. CN. F. CN. N. CAEPIO C. SERVILIVS. C. F. P. NEPOS DL
 P. SVLPICIVS. SER. F. P. N. GALBA. MAXIMVS. DICT
 M. SERVILIVS. C. F. P. N. PVLEX. GEMINVS. MAG. EQ COMIT. HABEND. CAVSSA
 TI. CLAVDIVS. P. F. TI. N. NERO M. SERVILIVS. C. F. P. N. PVLEX. GEMINVS
 C. SERVILIVS. C. F. P. NEPOS. DICT
 P. AELIVS. Q. F. P. N. PAITVS. MAG. EQ COMIT. HABEND. CAVSSA
 CN. CORNELIVS. L. F. L. N. LENTVLVS P. AILIVS. Q. F. P. N. PATVS

B E L L V M . P H I L I P P I C V M

P. SVLPICIVS. SER. F. P. N. GALBA. MAXIM. II C. AVRELIVS. C. F. C. N. COTTA
 L. CORNELIVS. L. F. L. N. LENTVLVS P. VILLIVS. TI. F. TI. N. TAPPVLVS
 CENSS. P. CORNELIVS. P. F. L. N. SCIPIO. AFRICAN. P. AELIVS. Q. F. P. N. PAITVS. L. F. XXXXVI
 T. QVINCTIVS. T. F. L. N. FLAMINIVS SEX. AELIVS. Q. F. P. N. PAITVS. CATVS
 C. CORNELIVS. L. F. M. N. CETHEGVS Q. MINVCIVS. C. F. C. N. RVFVS
 L. FVRIVS. SP. F. SP. N. PVRPVREO M. CLAVDIVS. M. F. M. N. MARCELLVS
 M. PORCIVS. M. F. CATO L. VALERIVS. P. F. L. N. FLACCVS
 P. CORNELIVS. P. F. L. N. SCIPIO. AFRICAN. II TI. SEMPRONIVS. TI. F. TI. N. LONGVS
 CENSS. SEX. AILIVS. Q. F. P. N. PAITVS. CATVS. C. CORNELIVS. L. F. M. N. CETHEGVS. L. F. XLVII
 L. CORNELIVS. L. F. MERVLA Q. MINVCIVS. Q. F. L. N. THERMVS. DLX.
 L. QVINCTIVS. T. F. L. N. FLAMINIVS CN. DOMITIVS. L. F. L. N. AHENOBABVS
 BEL-

BELLVM. ANTIQCHINVM

M. ACILIVS. C. F. L. N.	GLABRIO	P. CORNELIVS. CN. F. L. N.	SCIPIO. NASICA
L. CORNELIVS. P. F. L. N.	SCIPIO. QVI	C. LAELIVS. C. F. C. NEPOS	
POSTEA. ASIATICVS. APPELLATVS. EST			
CN. MANLIVS. CN. F. L. N.	VVLSO	M. FVLVIVS. M. F. SER. N.	NOBILIOR
CENSS. T. QVINCTIVS. T. F. L. N. FLAMINIVS.	M. CLAVDIVS. M. F. M. N. MARCELLVS.	L. F. XXXXVIII	
C. LIVIVS. M. F. M. N.	SALINATOR	M. VALERIVS. M. F. M. N.	MESSALLA
M. AIMILIVS. M. F. M. N.	LEPIDVS	C. FLAMINIVS. C. F. C. NEPOS	
SP. POSTVMIVS. L. F. A. N.	ALBINVS	Q. MARCIVS. L. F. Q. N.	PHILIPPVS
AP. CLAVDIVS. AP. F. P. N.	PVLCHER	M. SEMPRONIVS. M. F. C. N.	TVDITANVS
P. CLAVDIVS. AP. F. P. N.	PVLCHER	L. PORCIVS. L. F. M. N.	LICINVS
CENSS. L. VALERIVS. P. F. L. N. FLACCVS. M.	PORCIVS. M. F. CATO.	L. F. XXXXVIII	
DLXX. Q. FABIVS. Q. F. Q. N.	LABEO	M. CLAVDIVS. M. F. M. N.	MARCELLVS
L. AIMILIVS. L. F. M. N.	PAVLLVS	CN. BAEBIVS. Q. F. CN. N.	TAMPFILVS
P. CORNELIVS. L. F. P. N.	CETHEGVS	M. BAEBIVS. Q. F. CN. N.	TAMPFILVS
A. POSTVMIVS. A. F. A. N.	ALBINVS	C. CALPVRNIVS. C. F. C. N. PISO. IN. MAG. M. EST	
		IN. EIVS. LOCVM. FACTVS. EST	
		Q. FVLVIVS. CN. F. M. N.	FLACCVS
		Q. FVLVIVS. Q. F. M. N.	FLACCVS
L. MANLIVS. L. F. L. N.	ACIDINVS. FVLVIAN		
	HEI. FRATRES. GERMANI. FVERVNT		
CENSS. M. AIMILIVS. M. F. M. N. LEPIDVS.	M. FVLVIVS. M. F. SER. N. NOBILIOR.	L. F. L	
M. IVNIVS. M. F. L. N.	BRVTVS	A. MANLIVS. CN. F. L. N.	VVLSO
C. CLAVDIVS. AP. F. P. N.	PVLCHER	TI. SEMPRONIVS. P. F. TI. N.	GRACCHVS
CN. CORNELIVS. L. F. L. N. SCIPIO. HISPALLVS	Q. PETILLIVS. C. F. Q. N.	SPVRINVS	
IN. MAG. MORT. EST. IN. EIVS. L. F. EST	IN. MAG. POSTEA. QVAM. SIBI. CONLEG		
C. VALERIVS. M. F. P. N.	LAEVINVS	SVBROGASSET. OCCIS. E	
P. MCVIVS. Q. F. P. N.	SCAEVVLA	M. AIMILIVS. M. F. M. N.	LEPIDVS. II
SP. POSTVMIVS. A. F. A. N. ALBINVS. PAVLLVLVS	Q. MCVIVS. Q. F. P. N.	SCAEVVLA	
CENSS. Q. FVLVIVS. Q. F. M. N. FLACCVS. A.	POSTVMIVS. A. F. A. N. ALBINVS.	L. F. LI	
DLXC. L. POSTVMIVS. A. F. A. N.	ALBINVS	M. POPILLIVS. P. F. P. N.	LAENAS
C. POPILLIVS. P. F. P. N.	LAENAS	P. AILIVS. P. F. P. N.	LIGVS
	AMBO. PRIMI. DE. PLEBE		

BELLVM. PERSICVM

P. LICINIVS. C. F. P. N.	CRASSVS	C. CASSIVS. C. F. C. N.	LONGINVS
A. HOSTILIVS. L. F. A. N.	MANCINVS	A. ATILIVS. C. F. C. N.	SERRANVS
Q. MARCIVS. L. F. Q. N.	PHILIPPVS. II	CN. SERVILIVS. CN. F. CN. N.	CAEPIO
CENSS. C. CLAVDIVS. AP. F. P. N. PVLCHER.	TI. SEMPRONIVS. P. F. TI. N. GRACCHVS.	L. F. LIII	
L. AIMILIVS. L. F. M. N.	PAVLLVS. II	C. LICINIVS. C. F. P. N.	CRASSVS
Q. AILIVS. P. F. Q. N.	PAETVS	M. IVNIVS. M. F. M. N.	PENNVS
C. SVLPICIVS. C. F. C. N.	GALLVS	M. CLAVDIVS. M. F. M. N.	MARCELLVS
T. MANLIVS. A. F. T. N.	TORQVATVS	CN. OCTAVIVS. CN. F. CN. NEPOS	
A. MANLIVS. A. F. T. N.	TORQVATVS	Q. CASSIVS. L. F. Q. N. LONGINVS. IN. M. M. E	
CENSS. L. AIMILIVS. L. F. M. N. PAVLLVS.	Q. MARCIVS. L. F. Q. N. PHILIPPVS.	L. F. LIII	
DLXC. TI. SEMPRONIVS. P. F. TI. N.	GRACCHVS. II	M. IVVENTIVS. T. F. T. N.	THALNA
P. CORNELIVS. P. F. CN. F.	SCIPIO. NASICA	C. MARCIVS. C. F. Q. N.	FIGVLVS
	VITIO. FACTI. ABDICARVNT.	IN. EOR. LOC. FACTI. SVNT	
P. CORNELIVS. L. F. L. N.	LENTVLVS	CN. DOMITIVS. CN. F. L. N.	AHENOBARBV
M. VALERIVS. M. F. M. N.	MESSALLA	C. FANNIVS. C. F. C. N.	STRABO
L. ANICIVS. L. F. L. N.	GALLVS	M. CORNELIVS. C. F. C. N.	CETHEGVS
CN. CORNELIVS. CN. F. CN. N.	DOLABELLA	M. FVLVIVS. M. F. M. N.	NOBILIOR
CENSS. P. CORNELIVS. P. F. CN. N. SCIPIO. NASICA.	M. POPILLIVS. P. F. P. N. LAENAS.	L. F. LIII	
M. AIMILIVS. M. F. M. N.	LEPIDVS	C. POPILLIVS. P. F. P. N.	LAENAS. II
SEX. IVLIVS. SEX. F. SEX. N.	CAESAR	L. AVRELIVS. L. F. L. N.	ORESTES
L. CORNELIVS. CN. F. L. N.	LENTVLVS. LVPVS	C. MARCIVS. C. F. Q. N.	FIGVLVS. II
P. CORNELIVS. P. F. C. N.	SCIPIO. NASICA. II	M. CLAVDIVS. M. F. M. N.	MARCELLVS. II
Q. OPIMIVS. Q. F. Q. NEPOS.		L. POSTVMIVS. SP. F. L. N. ALBINVS. IN. MAG	
		MORT. EST. IN. EIVS. LOC. F. EST	
CENSS. M. VALERIVS. M. F. M. N. MESSALLA.	C. CASSIVS. M. F. C. N.	GLABRIO	
DLXC. Q. FVLVIVS. M. F. M. N.	NOBILIOR	L. F. LV	
M. CLAVDIVS. M. F. M. N.	MARCELLVS. III	T. ANNIVS. T. F. T. N.	LVSCVS
L. LICINIVS. L. F. N.	LVCVLLVS	L. VALERIVS. L. F. P. N.	FLACCVS. IN. M. M. E
T. QVINCTIVS. T. F. T. N.	FLAMINIVS	A. POSTVMIVS. A. F. SP. N.	ALBINVS
		M. ACILIVS. L. F. K. N.	BALBV

BELLVM. PVNICVM. TERTIVM

L. MARCIVS. C. F. C. N.	CENSORINVS	M. MANLIVS. P. F. P. NEPOS	
SP. POSTVMIVS. A. F. A. N.	ALBINVS. MAG	L. CALPVRNIVS. C. F. C. N. PISO. CAESONINVS	
		P. COR-	

P. CORNELIVS. P. F. P. N. sc̄IPIO. AFRICAN. AIMIL C. LIVIVS. MAMILIAN. F. M. N. DRVSVS
 CENS. L. CORNELIVS. CN. F. L. N. LENTVLVS. LVPVS. L. MARCVS. C. F. C. N. CENSORIN. L. F. LVI
 CN. CORNELIVS. C. F. L. N. LENTVLVS L. MVMMIVS. L. F. L. N.
 Q. FABIVS. Q. F. Q. N. MAX. AIMILIAN L. HOSTILIVS. A. F. L. N. MANCINVS
 SER. SVLPICIVS. SER. F. SER. N. GALBA L. AVRELIVS. L. F. L. N. COTTA
 AP. CLAVDIVS. AP. F. AP. N. PVLCHER Q. CAECILIVS. Q. F. L. N. METELL. MACEDONICVS DCX.
 C. CAECILIVS. Q. F. L. N. METELL. CALVVS Q. FABIVS. Q. F. Q. N. MAX. SERVILIANVS
 CENS. P. CORNELIVS. P. F. P. N. sc̄IPIO. AFRICANVS. AIMILIAN. L. MVMMIVS. L. F. L. N. L. F. LVII
 CN. SERVILIVS. CN. F. CN. N. CAPIO Q. POMPEIVS. A. F
 C. LAELIVS. C. F. C. N. SAPIENS Q. SERVILIVS. CN. F. CN. N. CAPIO
 CN. CALPVRNIVS. L. F. L. N. PISO M. POPILLIVS. M. F. P. N. LAENAS
 P. CORNELIVS. P. F. P. N. sc̄IPIO. NASICA. SERAPIO D. IVNIVS. M. F. M. N. BRVTVS. QVI
 POSTEA. CALLAICVS. APPELL. EST
 M. AMILIVS. M. F. M. N. IEPIDVS. PORCINA C. HOSTILIVS. A. F. L. N. MANCINVS. ABD
 P. FVRIVS. P. F. P. N. PHILVS SEX. ATILIVS. M. F. C. N. SERRANVS
 CENS. AP. CLAVDIVS. AP. F. AP. N. PVLCHER. Q. FVLVIVS. M. F. M. N. NOBILIOR. L. F. LVIII
 SER. FVLVIVS. Q. F. CN. N. FLACCVS Q. CALPVRNIVS. C. F. CN. N. PISO
 P. CORNELIVS. P. F. P. N. sc̄IPIO. AFRICAN. AMILIAN. II C. FVLVIVS. Q. F. Q. N. FLACCVS
 P. MCVIVS. P. F. Q. N. SCEVLLA L. CALPVRNIVS. L. F. C. N. PISO. FRVGDICXX.
 P. POPILLIVS. C. F. P. N. LAENAS P. RVPILIVS. P. F. P. N.
 P. LICINIVS. P. F. P. N. CRASSVS. MCVIAN. P. M L. VALERIVS. C. F. P. N. FLACCVS. FLAM. MART
 CENS. Q. CAECILIVS. Q. F. L. N. METELLVS. MACEDONICVS. Q. POMPEIVS. A. F. L. F. LIX
 AMBO. PRIM. DE. PLEBE
 C. CLAVDIVS. C. F. AP. N. PVLCHER M. M. F. PERPERNA
 C. SEMPRONIVS. C. F. C. N. TVDITANVS M. AQVILLIVS. M. F. M. NEPOS
 CN. OCTAVIVS. CN. F. CN. NEPOS T. ANNIVS. T. F. T. N. LVSCVS. RVFVS
 L. CASSIVS. Q. F. L. N. LONGINVS L. CORNELIVS. L. F. CINNA
 M. AMILIVS. M. F. M. N. LEPIDVS L. AVRELIVS. L. F. L. N. ORESTES
 LVDI. SÆCVLARES. QVARTVM
 A. MANLIO. A. F. T. N. TORQVATO MAG. X. VIRVM
 I. MVMMIO. L. F. L. NEPOTE
 ANNO. P. R. C. DCXXVII
 EX. S. C. FACTI. SVNT
 CENS. Q. FABIVS. Q. F. Q. N. MAX. SERVILIANVS. L. CAECILIVS. Q. F. L. N. METELLVS. CALVVS
 ABDICARVNT
 M. PLAVTIVS. L. F. M. N. HVPSÆVS M. FVLVIVS. M. F. Q. N. FLACCVS
 CENS. CN. SERVILIVS. CN. F. CN. N. CAPIO. L. CASSIVS. Q. F. L. N. LONGINVS. L. F. LX
 C. CASSIVS. C. F. C. N. LONGINVS C. SEXTIVS. C. F. C. N. CALVINVS
 Q. CAECILIVS. Q. F. Q. N. METELLVS T. QVINCTIVS. T. F. T. N. FLAMINIVS DCXXX.
 QVI. POSTEA. BALEARICVS. APPELL. EST
 CN. DOMITIVS. CN. F. CN. N. AHENOBARVVS C. FANNIVS. C. F. C. N. STRABO
 L. OPIMIVS. Q. F. Q. NEPOS Q. FABIVS. Q. AMILIANI. F. Q. N. MAXIM
 QVI. POSTEA. ALLOBROGICVS. APP. EST
 P. MANILIVS. M. F. P. NEPOS C. PAPIRIVS. C. F. CARBO
 CENS. L. CALPVRNIVS. L. F. C. N. PISO. FRVGI. Q. CAECILIVS. Q. F. Q. N. METELLVS. BALEAR. L. F. LXI
 L. CAECILIVS. L. F. Q. N. METELLVS L. AVRELIVS. L. F. L. N. COTTA
 QVI. POSTEA. DELMATICVS. APPELL. EST
 M. PORCIVS. M. F. M. N. CATO. IN. MAG. M. E Q. MARCVS. Q. F. Q. N. REX
 IN. EIVS. LOCVM. FACTVS. EST
 Q. AELIVS. Q. F. Q. N. TVBERO
 L. CAECILIVS. Q. F. Q. N. METELLVS Q. MCVIVS. Q. F. Q. N. SCEVLLA
 C. LICINIVS. P. F. GETA Q. FABIVS. Q. AMILIANI. F. Q. N. MAX. EBVRNVS
 M. AMILIVS. M. F. L. N. SCAVRVS M. CAECILIVS. Q. F. Q. N. METELLVS
 CENS. L. CAECILIVS. L. F. Q. N. METELLVS. DELM. CN. DOMITIVS. CN. F. CN. N. AHENOBARB. L. F. LXII
 M. ACILIVS. M. F. L. N. BALVVS C. PORCIVS. M. F. M. N. CATO
 C. CAECILIVS. Q. F. Q. N. METELLVS. CAPRARIVS CN. PAPIRIVS. C. F. CARBO DCXLI
 M. LIVIVS. C. F. MAMILIANI. N. DRVSVS L. CALPVRNIVS. L. F. C. N. PISO. CAESONIVS

BELLVM. IVGVRTHINVM

P. CORNELIVS. P. F. P. N. sc̄IPIO. NASICA L. CALPVRNIVS. L. F. C. N. PISO. BESTEA
 IN. MAG. MORTVVS. EST
 M. MINCVIVS. Q. F. M. N. RVFVS SP. POSTVMIVS. SP. F. SP. N. ALBINVS
 Q. CAECILIVS. L. F. Q. N. METELLVS. QVI M. IVNIVS. M. F. SILANVS
 POSTEA. NVMIDICVS. APPELL. EST
 CENS. M. AMILIVS. M. F. L. N. SCAVRVS. M. LIVIVS. C. S. MAMILIANI. N. DRVSVS
 COACTVS. ABDICAVIT IN. MAG. M. EST
 SER. SVLPICIVS. SER. F. SER. N. GALBA Q. HORTENSIVS. Q. F. Q. NEPOS
 AGGRESS. M. N. EST. IN. E. L. F. E
 M. AVRELIVS. M. F. C. N. SCAVRVS
 CENS.

CENSS. Q. FABIVS. Q. F. Q. N. MAX. ALLOBROGICVS.	G. LICINIYS. P. F.	GETA.	I. F. LXIII
L. CASSIVS. Q. F. Q. N.	LONGINVS	C. MARIYS. C. F.	
IN. PROELIO. OCCISVS. EST. IN. E. LOC. F. EST			
M. ÆMILIVS. M. F. L. N.	SCAVRVS. II		
C. ATILIVS. M. F. M. N.	SERRANVS	Q. SERVILIVS. Q. F. CN. N.	CÆPIO
P. RUTILIVS. SP. F. SP. N.	RVFVS	CN. MALLIVS. CN. F.	MAXIMVS
C. MARIYS. C. F.	II	C. FLAVIVS. T. F.	FIMBRIA
DCL. C. MARIYS. C. F.	III	L. AVRELIVS. L. F. L. N.	ORESTES. IN. M. M. E
C. MARIYS. C. F.	IV	Q. LVTATIVS. Q. F. Q. N.	CATVLVS
CENSS. Q. CÆCILIVS. L. F. Q. N. METEL. NVMICI.			
C. MARIYS. C. F.	V	C. CÆCILIVS. Q. F. Q. N. METELL. CAPRAR. L. F. LXIV	
C. MARIYS. C. F.	VI	M. AQVILLIVS. M. F. M. NEPOS	
M. ANTONIVS. C. F. M. NEPOS		L. VALERIVS. L. F. L. N.	FLACCVS
Q. CÆCILIVS. Q. F. Q. N.	METELLVS. NEPOS	A. POSTVMIVS SP. F. SP. N.	ALBINVS
CN. CORNELIVS. P. F. CN. N.	LENTVLVS	T. DIDIVS. T. F. SEX. NEPOS	
CENSS. L. VALERIVS. L. F. L. N. FLACCVS. M. ANTONIVS. C. F. M. NEPOS.			
CN. DOMITIVS. CN. F. CN. N.	AHENOBARBV	C. CASSIVS. L. F. Q. N.	LONGINVS
P. LICINIYS. P. F. P. N.	CRASSVS	Q. MUCIYS. P. F. P. N.	SCÆVLLA
C. COELIVS. C. F. C. N.	CALDVS	L. DOMITIVS. CN. F. CN. N.	AHENOBARBV
DCLX. C. VALERIVS. L. F. C. N.	FLACCVS	M. HERENNIYS. C. F.	
C. CLAVDIVS. AP. F. AP. N.	PVLCHER	M. PERPERNA. M. F.	
CENSS. CN. DOMITIVS. CN. F. CN. N. AHENOBARB. L. LICINIYS. P. F. P. N. CRASSVS.			
L. MARCIYS. Q. F. Q. N.	PHILIPPVS	SEX. IVLIVS. C. F. SEX. N.	I. F. LXVI CÆSAR

B E L L V M M A R S I C V M.

L. IVLIVS. L. F. SEX. N.	CAESAR	P. RUTILIVS. L. F. L. N.	LVPVS. IN. PROEL. O. E
CN. POMPEIVS. SEX. F. CN. N.	STRABO	L. PORCIYS. M. F. M. N.	CATO. IN. PROEL. OC. E
CENSS. P. LICINIYS. M. F. P. N. CRASSVS. L. IVLIVS. L. F. SEX. N. CÆSAR.			
L. CORNELIVS. L. F. P. N.	SVLLA. QVI. POSTEA	Q. POMPEIVS. Q. F. A. N.	RVFVS
FELIX. APPELLATVS. EST.		IN. MAG. OCCISVS. EST	
CN. OCTAVIVS. CN. F. CN. N.	occlsvs. E	L. CORNELIVS. L. F. L. N.	CINNA
COACT. ABDIC. IN. EIVS. LOC. FACT. EST			
L. CORNELIVS. L. F. L. N. MERVLA. FLAM. DIALIS			
POSTEA QVAM. ABDIC. OCCISVS. EST			
L. CORNELIVS. L. F. L. N.	CINNA	C. MARIYS. C. F.	VII. IN. MAG. MORT. EST
IN. EIVS. LOCVM. FACTVS. EST			
L. VALERIVS. L. F. L. N. FLACCVS			
M. PERPERNA. M. F. LVSTR. F. LXVII			
CENSS. L. MARCIYS. Q. F. Q. N. PHILIPPVS. M. PERPERNA. M. F.			
L. CORNELIVS. L. F. L. N.	CINNA. III	CN. PAPIRIVS. CN. F. C. N.	CARBO
CN. PAPIRIVS. CN. F. C. N.	CARBO. II. SOLVS	L. CORNELIVS. L. F. L. N.	CINNA. IV
CONSVLATVM. GESSIT			
DCLXX. L. CORNELIVS. L. F. L. N.	SCIPIO. ASIATICVS	C. IVNIYS.	NORBANVS
C. MARIYS. C. F. C. N.	IN. MAG. OCCIS. EST	CN. PAPIRIVS. CN. F. C. N.	CARBO. III. IN. M. OC. EST
L. CORNELIVS. L. F. P. N.	SVLLA. FELIX.	DICT	
L. VALERIVS. L. F. L. N.	FLACCVS.	MAG. EQ	REIP. CONSTITVENDÆ. CAVSSA
M. TVLLIVS. M. F. A. N.	DECVLA	CN. CORNELIVS. CN. F. CN. N.	DOLABELLA
L. CORNELIVS. L. F. P. N.	SVLLA. FELIX	Q. CÆCILIVS. Q. F. L. N.	METELLVS. PIVS
P. SERVILIVS. C. F. M. N.	VATIA. QVI. POSTEA	AP. CLAVDIVS. C. F. C. N.	PVLCHER
ISAVRICVS. APPELLATVS. EST			
M. AIMILIVS. Q. F. M. N.	LEPIDVS	Q. LVTATIVS. Q. F. Q. N.	CATVLVS
D. IVNIYS. D. F. M. N.	BRVTVS	MAM. ÆMILIVS. MAM. F. M. N.	LEPIDVS. LIVIANVS
CN. OCTAVIVS. M. F. CN. N.		C. SCRIBONIYS. C. F. C. N.	CVRIO
L. OCTAVIVS. CN. F. CN. N.		C. AVRELIVS. M. F. L. N.	COTTA
L. LICINIYS. L. F. L. N.	LVCVLLVS	M. AVRELIVS. M. F.	COTTA
DCLXXC. M. TERENTIVS. M. F.	VARRO. LVCVLL	C. CASSIVS. L. F.	VARVS
L. GELLIVS. L. F.	POPLICOLA	CN. CORNELIVS. CN. F.	LENTVLVS. CLODIANVS
CN. AVFIDIYS. CN. F.	ORESTES	P. CORNELIVS. P. F. P. N.	LENTVLVS. SVRA
M. LICINIYS. P. F. M. N.	CRASSVS	CN. POMPEIVS. CN. F. SEX. N.	MAGNVS
CENSS. L. GELLIVS. L. F. POPLICOLA. CN. CORNELIVS. CN. F. LENTVL. CLODIANVS.			
Q. HORTENSIYS. L. F.		Q. CÆCILIVS. L. F. Q. N.	METELLVS. QVI
POSTEA. CRETICVS. APPELLAT. EST			
L. CÆCILIVS. L. F. Q. N.	METELLVS. IN. MAG	Q. MARCIYS. Q. F.	REX. SOLVS
MORTVVS. EST. IN. EIVS. LOC. F. E		CONSVLATVM. GESSIT	
ANTEA QVAM. INIRET. M. E			
C. CALPVRNIYS.	PISO	M. ACILIVS. M. F. M. N.	GLABRIO
M. ÆMILIVS.	LEPIDVS	L. VOLCATIVS.	TVLLVS
P. CORNELIVS. SER. F. P. N. SVLLA. P. AVTRONIYS. L. F.			
AMBIVS. DAMNATI. NON. INIER. IN. FOR. LOC. F. S			
L. AVRE-			

L. AVRELIVS. M. F. CENSS. Q. IVTATIVS. Q. F. Q. N. CATVLVS. COTTA L. MANLIVS. L. F. M. LICINIVS. P. F. M. N. CRASSVS. ABDICAR

L. IVLIVS. L. F. L. N. CENSS. L. AVRELIVS. M. F. COTTA. CÆSAR C. MARCIVS. C. F. C. N. FIGVLVS
M. TVLLIVS. M. F. M. N. CICERO C. ANTONIVS. M. F. C. N. LVSTR. NON. FECER
D. IVNIVS. M. F. L. N. SILANVS L. LICINIVS. L. F. P. N. DCXC.
M. PVPIVS. M. F. PISO. CALPVRNIANVS M. VALERIVS. M. F. M. N. MVRENA

L. AFRANIVS. A. F. CÆSAR Q. CÆCILIVS. Q. F. MESSALLA. NIGER
C. IVLIVS. C. F. C. N. PISO. CÆSONIVS L. CALPVRNIIVS. L. F. IVSTR. FEC. LXVIII
L. CALPVRNIIVS. L. F. L. N. A. GABINIVS. A. F. METELLVS. CELER
P. CORNELIVS. P. F. LENTVLVS. SPINTHER Q. CÆCILIVS. Q. F. Q. N. BIBVLVS
CN. CORNELIVS. P. F. LENTVLVS. MARCELLIVS L. MARCIVS. L. F. Q. N. METELLVS. NEPOS
CN. POMPEIVS. CN. F. SEX. N. MAGNVS. II M. LICINIVS. P. F. M. N. PHILIPPVS
CENSS. M. VALERIVS. M. F. M. N. MESSALLA. NIGER. M. CALPVRNIIVS. L. F. BIBVLVS. CRASSVS. II
L. DOMITIVS. CN. F. CN. N. AHENOBARBVVS AP. CLAVDIVS. AP. F. C. N. L. F. LXX
CN. DOMITIVS. M. F. M. N. CALVINVS M. VALERIVS. C. F. PVLCHER
CN. POMPEIVS. CN. F. SEX. N. MAGNVS. III EX. KAL. SEXT. Q. CÆCILIVS. Q. F. Q. N. MESSALLA DCC.
PRIMVS. SINE. CONLEGA METELLVS

SER. SVLPICIVS. Q. F. RVFVS M. CLAVDIVS. M. F. M. N. PIVS. SCLPIO
L. ÆMILIVS. M. F. M. N. PAVLLVS C. CLAVDIVS. C. F. M. N. MARCELLVS
CENSS. AP. CLAVDIVS. A. F. C. N. PVLCHER. L. CALPVRNIIVS. L. F. L. N. PISO. CÆSONIVS. MARCELLVS
C. CLAVDIVS. M. F. M. N. MARCELLVS L. CORNELIVS. P. F. L. F. LXXI
EODEM. ANNO LENTVLVS. CRVS

C. IVLIVS. C. F. C. N. CAESAR. DICT. SINE. MAG. EQ. COMIT. HAB. ET. FER. LATIN. CAVSSA
C. IVLIVS. C. F. C. N. CAESAR. II P. SERVILIVS. P. F. C. N. VATIA. ISAVRICVS

C. IVLIVS. C. F. C. N. CAESAR. II. DICT REIP. CONSTITVENDÆ. CAVSSA
M. ANTONIVS. M. F. M. N. MAG. EQ. EODEM. ANNO

Q. FVFIIVS. Q. F. C. N. CALENVS P. VATINIVS. P. F.

C. IVLIVS. C. F. C. N. CAESAR. III M. AIMILIVS. M. F. Q. N. LEPIDVS

C. IVLIVS. C. F. C. N. CAESAR. III. DICT REIP. CONSTITVENDÆ. CAVSSA
M. ÆMILIVS. M. F. Q. N. LEPIDVS. MAG. EQ. EODEM. ANNO

C. IVLIVS. C. F. C. N. CAESAR. IIII. SINE. CONLEGA EODEM. ANNO

Q. FABIVS. Q. F. Q. N. MAXIMVS. IN. MAG. C. TREBONIVS. C. F.
MORTVVS. EST. IN. EIVS. LOCVM. FACTVS. EST

C. CANINIVS. C. F. C. N. REBILVS

C. IVLIVS. C. F. C. N. CAESAR. IIII. DICT REIP. REGVNDÆ. CAVSSA
M. ÆMILIVS. M. F. Q. N. LEPIDVS. II. MAG. EQ. MAG. EQ.

C. OCTAVIVS. C. F. C. NEPOS. MAG. EQ. VT. QVM. M. LEPIDVVS. PALVDATVS. EXISSET. INIRET

CN. DOMITIVS. M. F. M. N. CALVINVS IN. INSEQVENTEM. ANNVM. DESIGNATVS

ERAT. NON. INIIT.

C. IVLIVS. C. F. C. N. CAESAR. V M. ANTONIVS. M. F. M. N.

IN. MAGISTRATV. OCCIS. EST. IN. EIVS. L. F. E DOLABELLA

P. CORNELIVS. P. F. PANSA A. HIRTIVS. A. F. IN. MAG. OCCIS. EST DCCX.

C. VIBIVS. C. F. C. N. IN. MAGISTRAT. OCCIS. EST. IN. E. L. F. EST IN. EIVS. LOCVM. FACTVS. EST

C. IVLIVS. C. F. C. N. CÆSAR. QVI Q. PÆDIVS. Q. F. IN. MAG. MORTVVS. EST

POSTEA. IMP. CÆS. AVGVSTVS. APPELL. IN. EIVS. LOCVM. FACTVS. EST

EST. ABD. IN. EIVS. LOC. FACTVS. EST P. VENTIDIVS. P. F. QVI. IDEM. PR. ERAT

C. CARRINAS. C. F. M. ÆMILIVS. M. F. Q. N. LEPIDVS III. VIRI. REIP. CONST. PER. QVINQVENNIVM

M. ANTONIVS. M. F. M. NEPOS

IMP. CÆSAR. C. F. C. NEPOS PLANCVS M. ÆMILIVS. M. F. Q. N. LEPIDVS. II

L. MVNATIVS. L. F. L. N. P. SVLPICIVS. LVSTRVM. NON. FECERVNT

CENSS. L. ANTONIVS. M. F. M. N. P. SERVILIVS. P. F. C. N. VATIA. ISAVRICVS. II

L. ANTONIVS. M. F. M. N. CALVINVS. II C. ASINIVS. CN. F. POLLIO

CN. DOMITIVS. M. F. M. N. ABDICAVIT. IN. E. LOC. FACT. EST

L. CORNELIVS. L. F. BALBVS P. CANIDIIVS. P. F. CRASSVS

L. MAR-

L. MARCVS. L. F. C. N.	CENSORINVS	C. CALVISIVS. C. F.	SABINVS
AP. CLAVDIVS. C. F. AP. N.	PVLCHER	C. NORBANVS. C. F.	FLACCVS
M. AEMILIVS. M. F. Q. N. LEPIDVS. II	II	III. VIRI. REIP. CONST. PER. QVINQVENNIVM	
M. ANTONIVS. M. F. M. N.	II		
IMP. CAESAR. DIVI. F. C. N.	II		
M. AGRIPPA. L. F.		L. CANINIVS. L. F.	GALLVS
		ABD. IN. EIVS. LOCVM. FACTVS. EST	
L. GELLIVS. L. F. L. N.	POPILICOLA	T. STATILIVS. T. F.	TAVRVS
ABD. IN. EIVS. LOC. FACTVS. EST		M. COCCEIVS. M. F.	NERVA
L. MVNATIVS. L. F. L. N.	PLANCVS. II	ABD. IN. EIVS. LOC. FACTVS. EST	
L. CORNIFICIVS. L. F.		P. SVLPICIVS. P. F.	QVIRINVS
L. SCRIBONIVS. L. F.	LIBO	SEX. POMPEIVS. SEX. F	
		M. ANTONIVS. M. F. M. N.	II. ABSENS
		K. IAN. ABDIC. IN. EIVS. LOC. FACT. EST	
		L. SEMPRONIVS. L. F. L. N.	ATRATINVS
	EX. K. IVL	PAVL. AEMILIVS. L. F. M. N.	LEPIDVS
		C. MEMMIVS	
	EX. K. NOV	M. HERENNIVS	
DCCXX. IMP. CAESAR. DIVI. F. C. N.	II	L. VOLCATIVS. L. F.	TVLLVS
K. IAN. ABD. IN. EIVS. LOC. FACT. EST			
P. AVTRONIVS. P. F. L. N.	PÆTVS		
	EX. K. MAI	L. FLAVIVS	
	EX. K. IVL	C. FONTEIVS. C. F.	CAPITO
		M. ACILIVS.	AVIOLA
	EX. K. SEPT	L. VINCVS	
	EX. K. OCT	L. LARONIVS	
CN. DOMITIIVS. CN. F. CN. N.	AHENOBABVVS	C. SOSIVS. C. F. T. NEPOS	
	EX. KAL. IVL	L. CORNELIVS	
	EX. KAL. NOV	N. VALERIVS	
IMP. CAESAR. DIVI. F. C. N.	III	M. VALERIVS. M. F. M. N.	MESSALLA. CORVINVS
	EX. K. MAI	M. TITIVS	
	EX. K. OCT	CN. POMPEIVS	
IMP. CAESAR. DIVI. F. C. N.	IV	M. LICINIVS. M. F. M. N.	CRASSVS
	EX. KAL. IVL	C. ANTISTIIVS.	VEIVS
	EX. EID. SEPT	M. TVLLIVS. M. F. M. N.	CICERO
	EX. KAL. NOV	L. SÆNIVS	
IMP. CAESAR. DIVI. F. C. N.	V	SEX. APPVLEIVS. SEX. F. SEX. NEPOS	
	EX. KAL. IVL	POTIT. VALERIVS.	MESSALLA
IMP. CAESAR. DIVI. F. C. N.	VI	M. AGRIPPA. L. F.	II
IMP. CAESAR. DIVI. F. C. N.	M. AGRIPPA. L. F.		LVSTR. FEC. LXXII
IMP. CAESAR. DIVI. F. C. N.	VII. QVL. IN. HOC	M. AGRIPPA. L. F.	III
HONORE. AVGVSTVS. APPELLATVS. EST			
IMP. CAESAR. DIVI. F. C. N.	AVGVSTVS. VIII	T. STATILIVS. T. F.	TAVRVS. II
IMP. CAESAR. DIVI. F.	AVGVSTVS. VIII	M. IVNIVS.	SILANVS
IMP. CAESAR. DIVI. F. C. N.	AVGVSTVS. X	C. NORBANVS. C. F. C. N.	FLACCVS
DCCXXX. IMP. CAESAR. DIVI. F. C. N.	AVGVSTVS. XI	A. TARENTIVS. A. F.	VARRO. MVRENA
ABD. IN. EIVS. LOC. FACTVS. EST		IN. MAG. MORTVVS. EST. IN. E. L. F. E	
L. SESTIVS. P. F. VIBI. NEPOS		CN. CALPVRNIVS. CN. F. CN. N.	PISO
IMP. CAESAR. DIVI. F. C. N. AVGVSTVS. DICT. PERP. APPELLATVS. E. ABDICAVIT. TRIB. POT. ACCEPTA			
M. CLAVDIVS. M. F. M. N.	MARCELLVS. AERNINVS	L. ARRVTIVS. L. F. L. N.	
CENSS. L. MVNATIVS. L. F. L. N. PLANCVS.	PAVL. AEMILIVS. L. F. M. N. LEPIDVS		
		IN. MAG. MORT. EST	
Q. AEMILIVS. M. F.	LEPIDVS	M. IOLLIVS. M. F	
M. APPVLEIVS. SEX. F. SEX.	NEPOS	P. SILIVS. P. F.	NERVA
C. SENTIVS. C. F. C. N.	SATVRNINVS	Q. LVCRETIVS. Q. F.	VESPILLO
	EX. K. IVL	M. VINCVS. P. F	
		VIPSANIVS.	AGRIPPA
P. CORNELIVS. P. F.	LENTVLVS. MARCELLINVS	CN. CORNELIVS. L. F.	LENTVLVS
C. FVRIVS. C. F.		C. IVNIVS. C. F.	SILANVS
	LVDI. SAECVLARES. QVINCT		
	IMP. CAESARE. DIVI. F. AVGVSTO		
	C. SENTIO. C. F. C. N. SATVRNINO		
	M. CLAVDIO. M. F. M. N. MARCELLO	MAG. XV. VIR	
	M. FVFIO. M. F.	STRIGONE	
	D. LAELIO. D. F. D. N. BALBO		
L. DOMITIIVS. CN. F. L. N.	AHENOBABVVS	P. CORNELIVS. P. F. P. N.	SCIPIO
	EX	L. TARIVS.	RVFVS
			M. LIVIVS

M. LIVIVS. L. F.	DRVSVS. LIBO	L. CALPVRNIVS. L. F. L. N.	XIX
M. LICINIUS. M. F. M. N.	CRASSVS	CN. CORNELIVS. CN. F.	PISO
TI. CLAVDIVS. TI. F. AP. N.	NERO	P. QVINCTILIVS. SEX. F.	LENTIVS
M. VALERIVS. M. F. M. N.	MESSALLA. BARBATVS	P. SVLPICIVS. P. F. P. N.	VARVS DCCXL.
ÆMILIAN. IN. MAG. MORT. EST			QVIRIVS
IN. EIVS. L. F. E			
C. VALGIVS. C. F. RVF. ABDIC. IN. E. L. F. E			
C. CANINIUS. C. F. C. N. REBIL. IN. MAG. M. E			
Q. ÆLIVS. Q. F.	TVBERO	PAVLVS. FABIVS. Q. F.	MAXIMVS
IVLVS. ANTONIVS. M. F. M. N.	AFRICANVS	Q. FABIVS. Q. F.	MAXIMVS
NERO. CLAVDIVS. TI. F. AP. N.	DRVSVS	T. QVINCTIVS. T. F.	CRISPINVS
IN. MAGISTRATV. MORTVVS. EST			
C. MARCVS. L. F. L. N.	CENSORINVS	C. ASINIUS. C. F. CN. N.	GALLVS
TI. CLAVDIVS. TI. F. AP. N.	NERO. II	CN. CALPVRNIVS. CN. F. CN. N.	PISO
D. LÆLIVS. D. F. D. N.	BALBVS	C. ANTIIVS. C. F.	VETVS
IMP. CÆSAR. DIVI. F.	AVGVSTVS. XII	L. CORNELIVS. P. F. P. N.	SVLLA
ABDICAVIT. IN. EIVS. LOC. FACT. EST			
C. CALVISIVS. C. F. C. N.	SABINVS	L. PASSIENVS.	RVFVS
L. CORNELIVS. L. F.	LENTIVS	M. VALERIVS. M. F. M. N.	MESSALLINVS DCCCL.
IMP. CÆSAR. DIVI. F.	AVGVSTVS. XIII	M. PLAIVTIVS. M. F. A. N.	SILVANVS
ABDIC. IN. EIVS. LOCVM. FACTVS. EST		ABDIC. IN. EIVS. LOCVM. FACTVS. EST	
COSSVS. CORNELIVS. CN. F.	LENTIVS	C. CANINIUS.	GALLVS
QVI. POSTEA. GETVLICVS. APPELL. EST		L. CALPVRNIVS. CN. F.	PISO
C. CÆSAR. AVGVSTI. F. DIVI. NEPOS		L. ÆMILIVS. L. F.	PAVLLVS
P. VINCVIVS. M. F. P. NEPOS		P. ALFINIVS. P. F.	VARVS
L. ÆLIVS. L. F.	LAMIA	M. SERVILIVS. M. F.	
SEX. ÆLIVS. Q. F.	CATVS	C. SENTIVS. C. F. C. N.	SATVRNINVS
CN. CORNELIVS. L. F. L. N.	CINNA. MAGNVS	L. VALERIVS. POTITI. F.	MESSALLA. VOLVSVS
M. ÆMILIVS. L. F.	LEPIDVS	L. ARRVNTIVS. L. F. L. NEPOS	
	EX. KAL. IVL	C. ATEIVS. C. F.	CAPITO
		C. VIBIVS. C. F.	CAPITO
A. LICINIUS. A. F.	NERVA. SILIANVS	Q. CÆCILIVS.	METELLVS. CRETICVS. SILANVS
	EX. K. IVL	P. CORNELIVS. CN. F.	LENTIVS. SCLPIO
		T. QVINCTIVS. T. F.	CRISPINVS. VALERIANVS
M. FVRIVS. P. F. P. N.	CAMILLVS	SEX. NONIVS. L. F. L. N.	DCCCLX.
	EX. K. IVL	QVINCTILIAN	
		L. APRONIVS. C. F. C. N.	
		A. VIBIVS. C. F. C. N.	HABITVS
C. POPPAEVS. Q. F. Q. N.	SABINVS	Q. SVLPICIVS. Q. F. Q. N.	
	EX. K. IVL	CAMERINVS	MVTILVS
		M. PAPIVS. M. F. N. N.	SECVNDVS
		Q. POPPAEVS. Q. F. Q. N.	
P. CORNELIVS. P. F. P. N.	DOLABELLA	C. IVNIVS. C. F. M. N.	SILANVS. FLAMEN. MART
	EX. K. IVL	SER. CORNELIVS. CN. F. CN. N.	LENTIVL. MALVGIN. FLAM. DIAL
		T. STATILIVS. T. F. T. N.	TAVRVS
M. ÆMILIVS. Q. F. M. N.	LEPIDVS	L. CASSIVS. L. F. N.	LONGINVS
GERMANICVS. CÆSAR. TI. F.	EX. K. IVL	C. FONTEIVS. C. F. C. N.	CAPITO
AVGVSTI. N.			
	EX. K. IVL		
C. SILIVS. P. F. P. N.	C. VISELLIVS. C. F. C. N. VARRO	L. MVNATIVS. L. F. L. N.	PLANCVS
IMP. CÆSAR. DIVI. F. AVGVSTVS.	TI. CÆSAR. AVGVSTI. F. DIVI. N.		LVSTR. FEC. LXXIII
SEX. POMPEIVS. SEX. F.		SEX. APPVLEIVS. SEX. F.	FLACCVS
DRVSVS. CÆSAR. TI. AVG. F. DIVI. AVG. N.	SISENNA. TAVRVS	C. NORBANVS. C. F. C. N.	LIBO
T. STATILIVS. T. F. T. N.	EX. KAL. IVL	L. SCRIBONIVS. L. F.	GRÆCINVS
		IVL. POMPONIVS. L. F.	FLACCVS
C. CÆCILIVS. C. F.	NEPOS. RVFVS	L. POMPONIVS. L. F.	
TI. CÆSAR. DIVI. AVG. F. DIVI. IVL. N. AVGVSTVS. III		GERMANICVS. CÆSAR. TI. AVG. F.	DCCCLXX.
ABDIC. IN. EIVS. LOC. FACTVS. EST		DIVI. AVG. N.	
L. SEIVS.	TVBERO		
M. IVNIVS. M. F. M. N.	SILANVS	L. NORBANVS. C. F.	FLACCVS. BALBVS
M. VALERIVS. M. F. M. N.	MESSALLA	M. AVRELIVS. M. F.	COTTA
TI. CÆSAR. DIVI. AVG. F. DIVI. IVL. N.		DRVSVS. CÆSAR. TI. AVG. F. DIVI. AVG. N.	II
AVGVSTVS. III. AD. K. APRIL. ABDIC			
IN. EIVS. LOCVM. FACTVS. EST			

D. HATERIVS. Q. F.	AGRIPPA EX. K. IVLIS	C. SVLPICIVS. SER. F. SER. N. M. COCCEIVS. M. F. M. N. C. VIBIVS. C. F.	GALBA NERVA RVFINVS VEIVS VARRO LENTVLVS LENTVLVS GETVLICVS BAREA NVMMIVS. GALLVS PISO NERVA GEMINVS SECVNDVS MAXIMVS LONGINVS SEIANVS REGVLVS TRIO
C. ASINIVS. C. F. C. N. SER. CORNELIVS. SER. F. M. ASINIVS. M. F. C. CALVISIVS. C. F. C. N.	POLLIO CETHEGVS AGRIPPA SABINVS EX. K. IVLIS	C. ANTISTIVS. C. F. C. N. L. VISELLIVS. L. F. COSSVS. CORNELIVS. COSSI. F. CN. N. CN. CORNELIVS. COSSI. F. CN. N.	
M. LICINIVS. M. F. M. N. DCCXXC. AP. IVNIVS. C. RVBELLIVS.	CRASSVS SILANVS GEMINVS EX. KAL. IVL.	Q. MARCIVS. T. RVSTIVS. T. F. L. CALPVRNIVS. CN. F. CN. N. P. SILIVS. P. F. P. N. C. FVFIVS. Q. POMPONIVS. M. SANQVINIVS. Q. F. C. CASSIVS.	
M. VINVCIVS. P. F. M. N. TI. CÆSAR. DIVI. AVG. F. DIVI. N.	AVGVSTVS. V EX IDIB. MALIS	L. ÆLIVS. L. F. C. MEMMIVS. FVLCINIVS.	
CN. DOMITIVS. L. F. CN. N.	AHENOBARBVS	A. VITELLIVS. P. F. IN. EIVS. LOCVM. FACTVS. EST M. FVRIVS. M. F. P. N. L. CORNELIVS. L. F. P. N.	IN. MAG. MORT. EST CAMILLVS. SCRIBONIANVS SVLLA
SER. SVLPICIVS. SER. F. SER. N. POSTEA. IMP. CÆSAR. AVG. APPELL. EST	GALBA. QVI EX. KAL. IVLIIS	L. SALVIVS. M. F. PAVLL. FABIVS. PAVLLI. F. Q. N. M. SERVILIVS. M. F. Q. PLAVTIVS. C. PONTIVS.	OTHO PERSICVS GEMINVS. NONIANVS NIGRINVS
L. VITELLIVS. P. F. C. CESTIVS. GALLVS. SEX. PAPINIVS. Q. F. CN. ACERRONIVS.	CAMERINVS GALLIENVS PROCVLVS EODEM. ANNO. EX. KAL. IVLIS.	CONSVLES. FACTI. SVNT TI. CLAVDIVS. DRVSI. F. TI. N. GERMANICVS. QVI. POSTEA. AVG. APPELL. EST	DRVSVS
C. CÆSAR. GERMANICI. F. TI. AVG. N. EX. IDIB. SEPT	AVGVSTVS GERMANICVS EX. IDIB. SEPT		
DCCXC. M. AQVILLIVS. C. F. C. CÆSAR. GERMANICI. F. TI. AVG. N. GERMANICVS. II. PRID. KAL. FEB. ABDICAVIT IN. EIVS. LOCVM. FACTVS. EST SABINIVS.	IVLIANVS AVGVSTVS MAXIMVS EX. KAL. IVLIS EX. NONIS. SEPT	P. NONIVS. M. F. L. APRONIVS. L. F. C. N.	ASPRENAS CÆSIANVS
C. CÆSAR. GERMANICI. F. TI. AVG. N. GERMANICVS. III. SINE. CONLEGA PRIDIE. IDVS. IVN. ABDIC. IN. EIVS. LOCVM. FACTI. SVNT	AVGVSTVS GERMANICVS. III. SINE. CONLEGA PRIDIE. IDVS. IVN. ABDIC. IN. EIVS. LOCVM. FACTI. SVNT		DESIGNATVS. ERAT. SED. ANTEQVAM. INIRET. M. E
L. GELLIVS. L. F. L. N.	POPILCOLA EX. KAL. IVLIS	M. COCCEIVS. M. F. M. N. SEX. IVNIVS. SEX. NONIVS. SEX. F. L. N. CN. SENTIVS. CN. F.	NERVA GELER QVINCTILIANVS SATVRNINVS
C. CÆSAR. GERMANICI. F. TI. N. AD. VII. IDVS. IAN. ABDICAVIT IN. EIVS. LOC. F. EST Q. POMPONIVS.	AVG. GERM. IV SECVNDVS. II EX. K. IVLIS		VENVSTVS LARGVS
TI. CLAVDIVS. DRVSI. F. CÆSAR. GERMANICVS. II. PRIDIE. KAL. MART. ABDIC IN. EIVS. LOC. FACTVS. EST	AVGVSTVS EX. KAL. IVLIS	C. CÆCINA.	
TI. CLAVDIVS. DRVSI. F. CÆSAR. GERMANICVS. III. PRID. KAL. MART. ABDIC IN. EIVS. LOCVM. FACTVS. EST	AVGVSTVS EX. KAL. IVLIS	L. VITELLIVS. P. F.	II
C. VIBIVS. M. VINVCIVS. P. F. M. N.	CRISPVS. II II EX. KAL. IVLIS	T. STATILIVS. T. F. T. N. M. STATILIVS. M. F. C. CLVVIVS. POMPEIVS. M. IVNIVS. M. F. M. N. P. SVILLIVS. OSTORIVS. L. VITELLIVS. P. F.	TAVRVS CORVINVS RVFVS SILVANVS SILANVS RVFVS SCAPVLA III
VALERIVS.	ASIATICVS. II EX. KAL. IVLIS		
IN. MAG. MORT. EST. IN. EIVS. LOC. FACTVS. EST TI. CLAVDIVS. DRVSI. F. CÆSAR. AVG. GERMANICVS. IV	EX. KAL. MART.	TI. PLAVTIVS. M. F. M. N.	SILANVS. ÆLIANVS LVDI.

LVDI. SÆCULARES. SEXTVM
 TI. CLAVDIO. DRVSI. F. AVG. GERMANICO. IV
 L. VITELLIO. P. F. III COSS
 TI. CLAVDIO. DRVSI. F. AVG. GERMANICO
 L. VITELLIO. P. F. MAG. XV. VIR
 SEX. PAPIRIO. Q. F. GALLIENO
 P. THRÆSEA. PÆTO

ANNO. P. R. C. DCCXCIX
 EX. S. C. FACTI. SVNT

QVI. POSTEA L. VIPSANIVS.

POPULICOLA DCCC.

A. VITELLIVS. L. F. P. N.
 AVGVSTVS. APPELLATVS. EST

EX KAL. IVLIS L. VITELLIVS. L. F. P. N

C. SILIVS. C. F. P. N. NERVA. IN. ANNUM. INSEQVENTEM. DESIGNATVS. ERAT. NON. INIIT
 CENS. TI. CLAVDIVS. DRVSI. F. CÆSAR. AVG. GERMANICVS. L. VITELLIVS. P. F.

L. F. LXXIV

C. POMPEIVS.

LONGINVS. GALLVS Q. VERANNIVS. Q. F

EX. MAI L. MEMMIVS.

POLLIO

C. ANTISTIVS. C. F. C. N.

VETVS M. SVILLIVS.

MAXIMVS

TI. CLAVDIVS. DRVSI. F. CÆSAR. AVGVSTVS

SER. CORNELIVS.

scIPIO. ORFITVS

GERMANICVS. V

EX. KAL. IVL C. MINCIVS.

FVNDANVS

C. VETTENNIVS.

SEVERVS

EX. KAL. NOV

T. FLAVIVS. T. F. T. N.

VESPASIANVS. QVI

POSTEA. CÆSAR. AVGVSTVS. APPELL. EST

FAVSTVS. CORNELIVS.

SVLLA

L. SALVIVS. L. F. M. N.

OTHO. TITIANVS

EX

SERVILIVS.

BAREA. SORANVS

D. IVNIVS.

SILANVS

Q. HATERIVS. D. F. Q. N.

ANTONINVS

M. ASINIVS.

MARCELLVS

M. ACILIVS.

AVIOLA

NERO. CLAVDIVS. CÆSAR. DIVI. CLAVDI. F

L. ANTISTIVS. C. F. C. N.

VETVS

AVGVSTVS. GERMANICVS. PRID. K. MART. ABD

IN. EIVS. LOCVM. FACTVS. EST

Q. VOLVSIVS. L. F.

SATVRNINVS

P. CORNELIVS. P. F.

scIPIO

EX. KAL. IVLIS

NERO. CLAVDIVS. CÆSAR. DIVI. CLAVDI. F. AVG

L. CALPVRNIVS. L. F. L. N.

PISO

GERMANICVS. II

EX. KAL. IVLIS

NERO. CLAVDIVS. CÆSAR. DIVI. CLAVDI. F. AVG

M. VALERIVS. M. F. M. N.

MESSALLA DCCCX.

GERMANICVS. III. PRID. KAL. MAI. ABD

IN. EIVS. LOCVM. FACTVS. EST

C. SVETONIVS

PAVLLINVS

C. VIPSANIVS. C. F.

APRONIANVS

C. FONTEIVS. C. F. C. N.

CAPITO

NERO. CLAVDIVS. CÆSAR. DIVI. CLAVDI. F. AVG

COSSVS. CORNELIVS. COSSI. F. COSSI. N.

LENTIVLVS

GERMANICVS. IV

EX. KAL. IVLIS

C. CÆSONIVS.

PÆTVS

C. PETRONIVS.

TVRPILIANVS

EX. KAL. IVLIS

F. MARIVS.

CELSVS

L. ASINIVS.

GALLVS

EX

IVNIVS.

MARVLLVS

EX. KAL. IVLIS

L. ANNÆVS. L. F.

SENECA

TREBELLIVS.

MAXIMVS

L. MEMMIVS. C. F.

REGVLVS

PAVL. VIRGINIVS.

RVFVS

C. LECANIVS.

BASSVS

M. LICINIVS. M. F. M. N.

CRASSVS. FRVGI

P. SILIVS. P. F. P. N.

NERVA

C. IVLIVS.

ATTICVS. VESTINVS

IN. MAGISTRATV. OCCISVS. EST

EX. KAL. IVLIS

PLAVTIVS. LATERANVS. ANTEQVAM

INIRET. OCCISVS. EST

ANICIVS.

CEREALIS

C. SVETONIVS.

PAVLLINVS

L. PONTIVS

TELESINVS

L. FONTEIVS. C. F. C. N.

CAPITO

C. IVLIVS.

RVFVS

EX

NERO. CLAVDIVS. CÆSAR. AVGVSTVS. GERMANICVS. V

SOLVS. SINE. CONLEGA

C. SILIVS.

ITALICVS

M. GALERIVS. M. F.

TRACHALVS. TVRPILIANVS DCCCXX.

CICONIVS. VARRO. IN. KAL. IVLIAS. SEQVENTES

DESIGNATVS. ERAT. SED. ANTEQVAM. INIRET. OC. E

C. BELLICVS.

NATALIS

EX. KAL. IVLIS

P. CORNELIVS. P. F.

scIPIO. ASIATICVS

SER. SVLPICIVS. SER. F. SER. N.

GALBA. QVI

T. VINIVS.

RVFINVS

POSTEA. IMP. CÆSAR. AVG. APPELL. EST. II

IN. MAGISTRATV. OCCISVS. EST

IN. MAGISTRATV. OCCISVS. EST

EODEM

EODEM. ANNO. CONSVLES. SVFPECTI. SVNT			
EX. A. D. XVI. KAL. FEB	IMP. M. SALVIVS. L. F. M. N.	OTHO. CÆSAR. AVGVSTVS	
	L. SALVIVS. L. F. M. N.	OTHO. TITIANVS. II	
EX. KAL. MART	T. VIRGINIVS.	RVFVS	
	VOPISCVS. POMPEIVS.	SILVANVS	
EODEM. ANNO. CONSVLES. SVFPECTI. SVNT			
EX. KAL. MAI	CÆLIVS.	SABINVS	
	T. FLAVIVS. T. F. T. N.	SABINVS	
EX. KAL. IVLIS	T. ARRIVS.	ANTONINVS	
	P. MARIVS.	CELSVS. II	
EODEM. ANNO. CONSVLES. SVFPECTI. SVNT			
EX. KAL. SEPTEMBR	C. FABIVS.	VALENS	
	A. LICINIVS.	CÆCINA. EX. S. C. PERDVELLIONIS	
	DAMNATVS. EST. IN. EIVS. LOCVM. FACTVS. EST		
EX. PRID. K. NOV	ROSCIVS.	REGVLVS	
EX. KAL. NOVEMBR	CN. CÆCILIVS.	SIMPLEX	
	C. QVINCTIVS.	ATTICVS	

FASTI. TRIVMPHALES

ROMVLVS. REX. TRIVMPHV. EGIT. PREIMVS. ANNO. POST. ROMAM CONDITAM. QVARTO. DE. CENNINENSIB. CRVSTVMERINEIS. ET. AN- TEMNATIBVS. ISQ. PREIMVS. SPOLIA. OPEIMA. IOVI. RETTVLIT DVCE. HOSTIVM. ACRONE. CÆSO			
ROMVLVS. REX. II. ANNO. XVI. DE. CAMERINEIS. KAL. SEXTILIBVS			
ROMVLVS. REX. III. ANNO. XVII. DE. VEIENTIBVS. FIDENATIBVSQ. IDIB. OCT			
TVLL. HOSTILIVS. HOSTI. F. HOSTI. N. REX. ANN. XCVII. DE. ALBANEIS			
TVLL. HOSTILIVS. HOSTI. F. HOSTI. N. REX. II. ANN. XC. DE. FIDENATIBVS			
TVLL. HOSTILIVS. HOSTI. F. HOSTI. N. REX. ANN. XCI. III. DE. SABINEIS			
ANCVS. MARCIVS. NVMÆ. F. NVMÆ. N. REX. ANN. CXV. DE. VEIENTIBVS			
ANCVS. MARCIVS. NVMÆ. F. NVMÆ. N. REX. II. ANN. CXX. DE. SABINEIS			
L. TARQVINIVS. DAMARATI. F.		ANN.	CL
PRISCVS. REX. DE. LATINEIS			
L. TARQVINIVS. DAMARATI. F.		ANN.	CLX
PRISCVS. REX. II. DE. ETRVSCIS			
L. TARQVINIVS. DAMARATI. F.		ANN.	CXXXCI
PRISCVS. III. DE. SABINEIS.		IDIB. SEXT	
SER. TVLLIVS. REX. DE. ETRVSCIS.	VI. K. DEC. A.		CXXCII
SER. TVLLIVS. REX. II. DE. ETRVSC.	VIII. K. IVN. A.		CXXCVI
SER. TVLLIVS. REX. III.	A.		CXXCVI
DE. ETRVSCIS. IIII. NON			
L. TARQVINIVS. L. F.		ANNO.	CCXXVII
DAMARATI. N. SVPERBVS. REX. DE. VOLSCEIS			
L. TARQVINIVS. L. F. DAMARATI. N.		ANNO.	CCXXVII
SVPERBVS. REX. II. DE. SABINEIS			
P. VALERIVS. VOLVSI. F. POPLICOLA.		ANNO.	CCXLIIV
COS. PREIMVS. DE. VEIENTIBVS. TARQVINIENSIBVSQ.			K. MART
M. VALERIVS. VOLVSI. F.		ANNO.	CCXLIIIX
COS. DE. SABINEIS			
P. POSTVMIVS. Q. F. TVBERTVS.		ANN.	CCXLIIIX
COS. DE. SABINEIS			
P. VALERIVS. VOLVSI. F.		ANNO.	CCXLIX
POPLICOLA. II. COS. IV. DE. SABINEIS			
ET. VEIENTIBVS.		II. NONAS. MAI	
P. POSTVMIVS. Q. F. TVBERTVS.		ANN.	CCL
COS. II. OVANS. PRIMVS. DE. SABINEIS.		III. NON. APR	
AGRIPPA. MENENIVS. G. F. LANATVS.		ANN.	CCL
COS. DE. SABINEIS.		PRIDIE. NON. APR	
SP. CASSIVS.	VISCELLIVS.	ANN.	CCLI
COS. DE. SABINEIS			
A. POSTVMIVS. P. F. ALBVS.		ANN.	CCLVII
REGILLENS. DICTAT. PRIMVS. DE. LATINEIS.			
M. VALERIVS. VOLVSI. F. MAXIMVS.		ANN.	CCLIX
DICT. DE. SABINEIS			
C. AQVILLIVS.	TVSCVS.	ANNO	CCLXVI
COS. OVANS. DE. HERNICEIS			
			T. SICI-

T. SICINIUS.	SABINVS.	ANNO.	CCLXVI
COS. DE:	VOLSCEIS		
SP. CASSIVS.	VISCELLINVS. II;	ANN.	CCLXVII
COS. III. DE. VOLSCEIS. ET. HERNICEIS.		IVN	
P. VALERIVS. P. F. VOLVSI. N. POPLICOLA.		ANN.	CCLXXIIX
COS. DE. VEIENTIBVS. SABINEISQVE.		K. MAI	
A. MANLIVS. CN. F. P. N. VVLSO.		ANN.	CCLXXXIX
COS. OVANS. DE. VEIENTIBVS.	IDIBVS. MART		
T. QVINCTIVS.	BARB. CAPITOLINVS.	ANN.	CCXXCV
COS. II. DE. VOLSCEIS. ANTIATIBVS			
L. LVCRETIVS. T. F. T. N. TRICIPITINVS.		ANN.	CCXCI
COS. DE. VOLSCEIS. ET. AEQVEIS			
T. VETVRIVS. T. F. P. N. GEMINVS. CICVRINVS.		ANN.	CCXCI
COS. OVANS. DE. VOLSCEIS. ET. AEQVEIS			
Q. FABIVS. M. F. K. N. VIEVLANVS.		ANN.	CCXCIV
COS. III. DE. AEQVEIS. ET. VOLSCEIS.		MAI	
L. CORNELIVS. SER. F. L. N. MALVGINENSIS.		ANN.	CCXCIV
COSSVS. COS. DE. VOLSCEIS. ANTIATIB.	IV. ID. MAI		
L. QVINCTIVS. L. F. L. N. CINCINNATVS.		ANN.	CCXCV
DICT. DE. AEQVEIS.	IDIBVS. SEPTEMBR.		
L. VALERIVS. P. F. P. N. POPLICOLA. POTIT.		ANN.	CCCIV
COS. DE. AEQVIS.	IDIBVS. SEXTIL		
M. HORATIVS. M. F. M. N. BARBATVS.		ANN.	CCCIV
COS. DE. SABINEIS.	VII. K. SEPTEMBR		
M. GEGANIVS. M. F. MACERINVS.		ANN.	CCCX
COS. II. DE. VOLSCEIS.	NONIS. SEP		
A. POSTVMIVS.	TVBERTVS.	ANNO.	CCCXXII
DICT. DE. AEQVIS. ET. VOLSCEIS.	XIV. KAL. IVL		
A. CORNELIVS. M. F. SER. N. COSSVS.		ANN.	CCCXXV
COS. DE. VEIENTIBVS. ISQVE. SPOLIA. OPIMA. RETVLIT			
DVCE. HOSTIVM. LARTE. TOLVMNIO. AD. FIDENAS. INTERFECTO			
MAM. EMILIVS. M. F. MAMERCINVS.		ANN.	CCCXXVII
DICT. III. DE. VEIENTIBVS. FIDENATIBVSQVE			
N. FABIVS. Q. F. M. N. VIEVLANVS.		ANN.	CCCXXXII
COS. OVANS. DE. AEQVIS			
C. VALERIVS. L. F. VOLVSI. N. POTITVS.		ANN.	CCCXLIII
VOLVSVS. COS. OVANS. DE. AEQVIS			
M. FVRIVS.	CAMILLVS.	ANNO.	CCCLVII
DICTATOR. DE. VEIENTIBVS			
L. VALERIVS. L. F. L. N. POTITVS.		ANN.	CCCLXI
COS. DE. AEQVEIS			
M. MANLIVS. A. F. A. N. CAPITOLINVS.		ANN.	CCCLXI
COS. OVANS. DE. AEQVEIS			
M. FVRIVS.	CAMILLVS. II	ANNO.	CCCLXIII
DICT. II. DE. GALLEIS			
M. FVRIVS.	CAMILLVS. III. DICT. III.	ANN.	CCCLXV
DE. VOLSCEIS. AEQVEIS. ET. ETRVSCAIS			
A. CORNELIVS. A. F. M. N. COSSVS.		ANNO.	CCCLXIX
DICT. DE. VOLSCEIS			
T. QVINCTIVS. T. F. L. N. CINCINNATVS.		ANN.	CCCLXXIV
DICT. DE. PRÆNESTINEIS			
M. FVRIVS.	CAMILLVS. IIII.	ANN.	CCCLXXVI
DICT. V. DE. GALLEIS.	NOV		
C. SVLPICIVS. M. F. Q. N. PETICVS.	A.		CCCLXXII
COS. DE. HERNICEIS. QVIRINALIBVS			
T. QVINCTIVS. PENNVS. CAPITOLIN. CRISPINVS.	AN.		CCCLXXII
DICT. DE. GALLEIS.	MART		
C. POETELIVS. C. F. Q. N. LIBO. VISOLVS.	AN.		CCCLXXIII
COS. DE. GALLEIS. ET. TIBVRTIBVS.	MART		
M. FABIVS. N. F. M. N. AMBVSTVS. COS.	ANN.		CCCLXXIII
OVANS. DE. HERNICEIS.	NONIS. SEPT		
C. SVLPICIVS. M. F. Q. N. PETICVS. II.	AN.		CCCLXXV
DICT. DE. GALLEIS.	NONIS. MAI		
C. PLAVTIVS. P. F. P. N. PROCVLVS. COS.	ANN.		CCCLXXV
DE. HERNICEIS.	IDIBVS. MAI		
C. MARCIVS. L. F. C. N. RVTILVS. COS.	ANN.		CCCLXXVI
DE. PRIVERNATIBVS	K. IVL		
C. MARCIVS. L. F. C. N. RVTILVS. II.	ANN.		CCCLXXVII
DICT. DE. TVSCEIS.	PRIDIE. NON. MAI		
	M. FABIVS		

M. FABIVS. N. F. M. N.	AMBUSTVS. II.	ANN.	CCCXCIX
COS. III. DE. TIBVRTIBVS.		III. NON. IVN	
M. POPILLIVS. M. F. C. N.	LAENAS. COS. III.	AN.	CDIII
DE. GALLEIS. QVIRINALIBVS			
M. VALERIVS. M. F. M. N.	CORVVS. COS. II.	AN.	CDVII
DE. ANTIATIBVS. VOLSCEIS. SATRICANEISQ.		K. FEBR	
M. VALERIVS. M. F. M. N.	CORVVS. II.	ANN.	CDX
COS. III. DE. SAMNITIBVS.		X. K. OCT	
A. CORNELIVS. P. F. A. N.	COSSVS. ARVINA.	ANN.	CDX
COS. DE. SAMNITIBVS.		VIII. K. OCT	
T. MANLIVS. L. F. A. N.	IMPERIOSS. TORQVAT. A.		CDXIII
COS. III. DE. LATINEIS. CAMPANEIS. SIDICINEIS			
AVRVNCEIS.		XV. K. IVNIAS	
Q. PVBLILIVS. Q. F. Q. N.	PHILO. COS.	ANNO.	CDXIV
DE. LATINEIS. IDIBVS. IANVAR			
L. FVRIVS. SP. F. M. N.	CAMILLVS. COS.	ANN.	CDXV
DE. PEDANEIS. ET. TIBVRTIBVS.		IIII. K. OCT	
C. MAENIVS. P. F. P. N.	COS. DE. ANTIATIBVS.	ANN.	CDXV
LAVINEIS. VELITERNEIS.		PRIDIE. K. OCT	
M. VALERIVS. M. F. M. N.	CORVVS. III. COS. IV.	AN.	CDXIIIX
DE. CALENEIS. IDIBVS. MART			
L. AEMILIVS. L. F. L. N.	MAMERCIN.	ANN.	CDXXIV
PRIVERNAS. COS. II. DE. PRIVERNATIB.		K. MART	
C. PLAVTIVS. P. F. P. N.	DECIANVS. COS.	ANN.	CDXXIV
DE. PRIVERNATIBVS.		K. MART	
Q. PVBLILIVS. Q. F. Q. N.	PHILO. II.	ANN.	CDXXVII
PRIMVS. PRO. COS. DE. SAMNITIBVS			
PALAEOPOLITANEIS. K. MAI			
L. PAPIRIVS. SP. F. L. N.	CVRSOR. DICT.	ANN.	CDXXIX
DE. SAMNITIBVS.		III. NON. MART	
L. FVLVIVS. L. F. L. N.	CVRVVS. COS.	ANN.	CDXXXI
DE. SAMNITIBVS. QVIRINALIBVS			
Q. FABIVS. M. F. N. N.	MAXIMVS. RVLLIAN.	AN.	CDXXXI
COS. DE. SAMNITIBVS. ET. APVLEIS.		XII. K. MART	
L. PAPIRIVS. SP. F. L. N.	CVRSOR. II. COS. III.	AN.	CDXXXIV
DE. SAMNITIBVS.		X. KAL. SEPTEMBR	
C. SVLPICIVS. SER. F. Q. N.	LONGVS.	ANNO.	CDXXXIX
COS. III. DE. SAMNITIBVS.		K. QVINT	
M. VALERIVS. M. F. M. N.	MAXIMVS.	ANN.	CDXXXXI
COS. DE. SAMNITIBVS. SORANEISQ.		IDIB. SEXT	
C. IVNIVS. C. F. C. N.	BVBVLCVS. BRVTVS.	ANN.	CDXLII
COS. III. DE. SAMNITIBVS.		NONIS. SEXT	
Q. AIMILIVS. Q. F. Q. N.	BARVLA.	ANN.	CDXLII
COS. II. DE. ETRVSCEIS.		IDIBVS. SEXT	
L. PAPIRIVS. SP. F. L. N.	CVRSOR. III.	ANN.	CDXLIV
DICT. II. DE. SAMNITIBVS.		IDIBVS. OCT	
Q. FABIVS. M. F. N. N.	MAXIM. RVLLIAN.	AN.	CDXLIV
II. PRO. COS. DE. ETRVSCEIS.		IDIBVS. NOV	
Q. MARCIVS. Q. F. Q. N.	TREMLVVS. COS.	AN.	CDXLVII
DE. ANAGNINEIS. HERNICEISQ.		PRID. K. QVINT	
M. FVLVIVS. L. F. L. N.	CVRVVS. PAETIN.	ANN.	CDXLIIX
COS. DE. SAMNITIBVS.		III. NON. OCT	
P. SEMPRONIVS. P. F. C. N.	SOPHVS.	ANN.	CDXLIX
COS. DE. AEQVEIS.		VII. K. OCT	
P. SVLPICIVS. SER. F. P. N.	SAVERRIO.	AN.	CDXLIX
COS. DE. SAMNITIBVS.		IIII. K. NOVEMB	
C. IVNIVS. C. F. C. N.	BVBVLCVS. BRVTVS. II.	AN.	CDLI
DICT. DE. AEQVEIS.		III. K. SEXT	
M. VALERIVS. M. F. M. N.	CORVVS.	ANN.	CDLII
IV. DICT. II. DE. ETRVSCEIS			
X. K. DECEMBRIS			
M. FVLVIVS. CN. F. CN. N.		ANN.	CDLIV
PAETINVS. COS. DE. SAMNITIBVS			
NEQVINATIBVSQVE.		VII. K. OCT	
CN. FVLVIVS. CN. F. CN. N.	MAXIM.	AN.	CDLV
CENTVNALVS. COS. DE. SAMNITIBVS			
ETRVSCEISQVE.		IDIBVS. NOV	
			Q. FABIVS

Q.	FABIUS. M. F. N. N.	MAXIMVS.	AN.	CDLII
	RVLLIANVS. III. COS. V. DE. SAMNITIBVS			
	ET. ETRVSCIS. GALLEIS.	PRID. NON. SEPT		
L.	POSTVMIVS. L. F. SP. N.	MEGELL.	AN.	CDLIX
	COS. II. DE. SAMNITIB. ET. ETRVSCIS.	VI. K. APR		
M.	ATILIVS. M. F. M. N.	REGVLVS. COS.	A.	CDLIX
	DE. VOLSONIBVS. ET. SAMNITIBVS.	V. K. APR		
SP.	CARVILIVS. C. F. C. N.	MAXIMVS.	A.	CDLX
	COS. DE. SAMNITIBVS.	IDIBVS. IAN		
L.	PAPIRIVS. L. F. SP. N.	CVRSOR.	AN.	CDLX
	COS. DE. SAMNITIBVS.	IDIBVS. FEBR		
Q.	FABIVS. Q. F. M. N.	MAXIMVS.	ANN.	CDLXII
	GVRGES. PRO. COS. DE. SAMNITIBVS.	K. SEXT		
M.	CVRIVS. M. F. M. N.	DENTATVS.	ANN.	CDLXIII
	COS. DE. SAMNITIBVS			
M.	CVRIVS. M. F. M. N.	DENTATVS. II.	AN.	CDLXIII
	COS. DE. SABINEIS			
M.	CVRIVS. M. F. M. N.	DENTATVS.	ANNO	CDLXIV
	III. PRO. COS. OVANS. DE. LVCANEIS			
C.	FABRICIVS. G. F. C. N.	LVSCINVS. COS.	AN.	CDLXXI
	DE. SAMNITIBVS. LVCANEIS. BRVTTEISQVE.	III. NONAS. MART		
Q.	MARCIVS. Q. F. Q. N.	PHILIPPVS.	AN.	CDLXXII
	COS. DE. ETRVSCIS.	K. APRIL		
TI.	CORVNCANIVS. TI. F. TI. N.	COS.	AN.	CDLXXIII
	DE. VVLSINIENSIBVS. ET. VVLCIENTIB.	K. FEBR		
L.	ÆMILIVS. Q. F. Q. N.	BARBVLA.	AN.	CDLXXIII
	PRO. COS. DE. TARENTINEIS. SAMNITIBVS			
	ET. SALLENTEIS.	XI. IDVS. QVINT		
C.	FABRICIVS. C. F. C. N.	LVSCINVS. II.	ANN.	CDLXXV
	COS. II. DE. LVCANEIS. BRVTTEIS. TARENTIN			
	SAMNITIBVS.	IDIBVS. DECEMBR		
C.	IVNIVS. C. F. C. N.	BRVTVS. BVVLC.	AN.	CDLXXVI
	COS. II. DE. LVCANEIS. ET. BRVTTEIS.	NON. IAN		
Q.	FABIVS. Q. F. M. N.	MAXIMVS.	AN.	CDLXXVII
	GVRGES. II. COS. II. DE. SAMNITIBVS			
	LVCANEIS. BRVTTEIS.	QVIRINALIBVS		
M.	CVRIVS. M. F. M. N.	DENTAT. IV.	A.	CDLXXIIX
	COS. II. DE. SAMNITIBVS. ET. REGE. PYRRHO			
	FEBR			
L.	CORNELIVS. TI. F. SER. N.	LENTVL.	AN.	CDLXXIIX
	CAVDINVS. COS. DE. SAMNITIBVS. ET			
	LVCANEIS.	K. MART		
C.	CLAVDIVS. F. C. N.	CANINA.	ANN.	CDXXX
	COS. II. DE. LVCANEIS. SAMNITIBVS			
	BRVTTEISQVE.	QVIRINALIBVS		
SP.	CARVILIVS. G. F. C. N.	MAXIMVS. II.	AN.	CDXXXCI
	COS. II. DE. LVCANEIS. BRVTTEIS. SAMNITIBVS. ET			
	TARENTINEIS			
L.	PAPIRIVS. L. F. SP. N.	CVRSOR. II.	AN.	CDXXXCI
	COS. II. DE. TARENTINEIS. SAMNITIBVS. LVCANEIS			
	BRVTTEISQVE			
CN.	CORNELIVS. L. F. CN. N.	BLASIO.	AN.	CDXXXCIII
	COS. DE. SASSINATIBVS			
P.	SEMPRONIVS. P. F. P. N.	SOPHVS. COS.	AN.	CDXXXCV
	DE. PEICENTIBVS			
AP.	CLAVDIVS. AP. F. C. N.	CRASSVS.	AN.	CDXXXCV
	COS. DE. PEICENTIBVS			
M.	ATILIVS. M. F. L. N.	REGVLVS.	ANN.	CDXXXCVI
	COS. DE. SALLENTEIS.	VIII. K. FEBRVAR		
L.	IVLIVS. L. F. L. N.	LIBO. COS.	ANN.	CDXXXCVI
	DE. SALLENTEIS.	VIII. K. FEBR		
D.	IVNIVS. D. F. D. N.	PERA. COS.	AN.	CDXXXCVII
	DE. SASSINATIBVS.	V. K. OCT		
N.	FABIVS. C. F. M. N.	PICTOR. COS.	AN.	CDXXXCVII
	DE. SASSINATIBVS.	III. NONAS. OCT		
N.	FABIVS. C. F. M. N.	PICTOR. II. COS.	AN.	CDXXXCVII
	DE. SALLENTEIS. MESSAPIEISQVE.	K. FEBR		
D.	IVNIVS. D. F. D. N.	PERA. II. COS.	AN.	CDXXXCVII
	DE. SALLENTEIS. MESSAPIEISQVE.	NON. FEBR		

M. FVLVIVS. Q. F. M. N.	FLACCVS.	AN.	CDXXCIX
COS. DE VVLSINIENSIBVS.		K. NOV	
M. VALERIVS. M. F. M. N.	MAXIM.	AN.	CDXG
MESSALLA. COS. DE. POENEIS. ET. REGE. SICVLOR			
HIERONE.		XVI. K. APRIL	
C. DVILIVS. M. F. M. N.	COS. PRIMVS.	AN.	CDXCIII
NAVALEM. DE. SICVL. ET. CLASSE. POENICA. EGIT			
K. INTERKALAR			
L. CORNELIVS. L. F. CN. N.	SCIPIO. CÔS.	AN.	CDXCIV
DE. POENEIS. ET. SARDIN. CORSICA.		V. ID. MART	
C. AQVILLIVS. M. F. C. N.	FLORVS.	AN.	CDXCV
PROCOS. DE. POENEIS.		III. NON. OCT	
C. SVLPICIVS. Q. F. Q. N.	PATERCVLVS.	AN.	CDXCV
COS. DE. POENEIS. ET. SARDEIS.		III. NON. OCT	
A. ATILIVS. A. F. C. N.	CALATINVS. PR.	AN.	CDXCVI
EX. SICILIA. DE. POENEIS.		XIII. K. FEBRVAR	
C. ATILIVS. M. F. M. N.	REGVLVS. COS.	AN.	CDXCVI
DE. POENEIS. NAVALEM. EGIT.		VIII	
L. MANLIVS. A. F. P. N.	VVLSO. LONG.	AN.	CDXCVII
COS. DE. POENEIS. NAVALEM. EGIT.		VII	
SER. FVLVIVS. M. F. M. N.	PAETINVS.	AN.	CDXCIX
NOBILIOR. PRO. COS. DE. COSSVRENSIBVS			
ET. POENEIS. NAVALEM. EGIT.		XIII. KAL. FEBR	
M. AIMILIVS. M. F. L. N.	PAVLLVS.	AN.	CDXCIX
PRO. COS. DE. COSSVRENSIBVS. ET. POENEIS			
NAVALEM. EGIT.		XII. K. FEBR	
CN. CORNELIVS. L. F. CN. N.	SCIPIO. ASINA.	AN.	D
PRO. COS. DE. POENEIS.		X. K. APRIL	
C. SEMPRONIVS. TI. F. TI. N.	BLAESVS. COS.	AN.	D
DE. POENEIS.		K. APRIL	
C. AVRELIVS. L. F. C. N.	COTTA. COS.	AN.	DI
DE. POENEIS. ET. SICVLEIS.		IDIBVS. APRIL	
L. CAECILIVS. L. F. C. N.	METELLVS. PRO. COS.	A.	DIII
DE. POENEIS.		VII. IDVS. SEPTEMB	
C. LVTATIVS. C. F. C. N.	CATVLVS. PRO.	A.	DXII
COS. DE. POENEIS. EX. SICILIA. NAVALEM			
EGIT.		III. NONAS. OCTOBR	
Q. VALERIVS. Q. F. P. N.	FALTO. PRO. PR.	A.	DXII
EX. SICILIA. NAVALEM. EGIT.		PRID. NON. OCT	
Q. LVTATIVS. C. F. C. N.	CERCO. COS.	A.	DXII
DE. FALISCEIS.		K. MART	
A. MANLIVS. T. F. T. N.	TORQVATVS.	AN.	DXII
ATTICVS. COS. II. DE. FALISCEIS.		IV. NON. MART	
L. CORNELIVS. L. F. TI. N.	LENTVLVS.	ANNO	DXVI
CAVDINVS. COS. DE. LIGVRIB.		IBID. INTERKAL	
T. MANLIVS. T. F. T. N.	TORQVATVS.	AN.	DXVIII
COS. DE. SARDEIS.		VI. IDVS. MART	
SP. CARVILIVS. SP. F. C. N.	MAXIMVS.	AN.	DXIX
COS. DE. SARDEIS.		K. APRIL	
Q. FABIVS. Q. F. Q. N.	MAXIMVS.	ANNO	DXX
VERRVCOSSVS. COS. DE. LIGVRIBVS.		K. FEBR	
M. POMPONIVS. M. F. M. N.	MATHO.	ANN.	DXX
COS. DE. SARDEIS.		IDIBVS. MART	
C. PAPIRIVS. C. F. L. N.	MASO. COS.	ANN.	DXXII
DE. CORSEIS. PRIMVS. IN. MONTE. ALBANO			
III. NONAS. MART			
CN. FVLVIVS. CN. F. CN. N.	CENTVMALVS.	A.	DXXV
PRO. COS. EX. ILLVRIEIS. NAVAL. EGIT.		X. K. QVINT	
L. AIMILIVS. Q. F. CN. N.	PAPVS. COS.	AN.	DXXIIX
DE. GALLEIS. III. NONAS. MART			
C. FLAMINIVS. C. F. L. N.	COS.	ANNO	DXXX
DE. GALLEIS.		VI. IDVS. MART	
P. FVRIVS. SP. F. M. N.	PHILVS. COS.	ANNO	DXXX
DE. GALLEIS. ET. LIGVRIBVS.		III. IDVS. MART	
M. CLAVDIVS. M. F. M. N.	MARCELLVS.	AN.	DXXXI
COS. DE. GALLEIS. INSVBRIBVS. ET. GERMANEIS			
K. MART. ISQVE. SPOLIA. OPIMA. RETTVLIT			
DVCE. HOSTIVM. VIRDOMARO. AD. CLASTIDIUM			
INTERFECTO			

P. CORNELIVS. CN. F. L. N. SCIPIO. ASINA.	ANNO.	DXXXII
COS. DE. ISTREIS. EX. ILLVRICO		
M. CLAVDIVS. M. F. M. N. MARCELLVS. II.	ANN.	DXLII
PRO. COS. DE. SVRACVSANEIS. IN. MONTE. ALBANO		
M. CLAVDIVS. M. F. M. N. MARCELLVS. III.	ANN.	DXLII
PRO. COS. OVANS. DE. SVRACVSANEIS		
Q. FABIVS. Q. F. Q. N. MAXIMVS. VERRVCOSVS.	ANN.	DXLIV
COS. V. DE. TARENTINEIS		
M. LIVIVS. M. F. M. N. SALINATOR.	ANN.	DXLVI
II. COS. DE. POENEIS. ET. ASDRVBALE. DVCE		
C. CLAVDIVS. TI. F. TI. N. NERO. COS.	ANN.	DXLVI
DE. POENEIS. ET. ASDRVBALE. DVCE		
P. CORNELIVS. P. F. L. N. SCIPIO. AFRICANVS.	ANN.	DLII
PRO. COS. DE. POENEIS. ET. ANNIBALE. DVCE. REGEQVE		
NVMIDARVM. SVPHACE		
L. CORNELIVS. L. F. L. N. LENTVLVS.	ANNO.	DLIII
PRO. COS. OVANS. EX. HISPANIA. CITERIORE		
L. FVRIVS. SP. F. SP. N. PVRPVREO.	ANN.	DLIII
PR. DE. GALLEIS		
Q. MINVCIVS. C. F. C. N. RVFVS. COS.	ANN.	DLVI
DE. LIGVRIBVS. ET. GALLEIS. BOIEIS. IN. MONTE. ALBANO		
CN. CORNELIVS. L. F. L. N. LENTVLVS. PRO. COS.	ANNO.	DLVII
OVANS. EX. HISPANIA. CITERIORE		
M. CLAVDIVS. M. F. M. N. MARCELLVS.	A.	DLVII
COS. DE. COMENSIB. ET. INSVBRIB. IV. NON. MART		
M. HELVIVS. P. F. N. BLASIO. PRO. PR.	ANN.	DLVIII
OVANS. EX. HISPANIA. CITERIORE		
Q. MINVCIVS. Q. F. L. N. THERMVS.	AN.	DLVIII
PRO. PR. EX. HISPANIA. CITERIORE		
T. QVINCTIVS. T. F. L. N.	ANNO.	DLIX
PRO. COS. EX. MACEDONIA. DE. REGE. PHILIPPO. PER		
TRIDVVM		
M. FVLVIVS. M. F. SER. N. NOBILIOR.	ANN	DLXII
PRO. PR. OVANS. EX. HISPANIA. VLTIORE		
P. CORNELIVS. CN. F. L. N. SCIPIO. NASICA.	ANN.	DLXII
COS. DE. GALLEIS. BOIEIS		
M. ACILIVS. C. F. L. N. GLABRIO. PRO. COS.	ANN.	DLXIII
DE. REGE. ANTIOCHO. ET. ATOLEIS		
L. AMILIVS. M. F. REGILLVS. PRO. PR.	ANN.	DLXIV
NAVALEM. EGIT. DE. REGE. ANTIOCHO. KAL. FEBR		
L. CORNELIVS. P. F. L. N. SCIPIO. ASIATICVS.	ANN.	DLXIV
PRO. COS. EX. ASIA. DE. REGE. ANTIOCHO. PRIDIE. K. MART		
Q. FABIVS. Q. F. Q. N. LABEO. PR.	ANN.	DLXIV
NAVALEM. EGIT. EX. CRETA		
M. FVLVIVS. M. F. SER. N. NOBILIOR.	AN.	DLXVI
PRO. COS. DE. ATOLEIS. ET. CEPHALENIA. X. KAL. IAN		
CN. MANLIVS. CN. F. L. N. VVLSO. PRO. COS.	ANN.	DLXVI
DE. GALLEIS. ASIATICEIS. III. NON. MART		
L. MANLIVS. L. F. L. N. ACIDINVS. FVLVIAN.	AN.	DLXIX
PRO. PR. OVANS. EX. HISPANIA. CITER		
C. CALPVARNIVS. C. F. C. N. PISO. PRO. PR.	ANN.	DLXIX
DE. LVSITANEIS. ET. CELTIBEREIS		
L. QVINCTIVS. T. F. CRISPINVS. PRO. PR.	A.	DLXIX
DE. LVSITANEIS. ET. CELTIBEREIS		
A. TERENTIVS. C. F. VARRO. PRO. PR.	ANN.	DLXXI
OVANS. DE. CELTIBEREIS		
L. AMILIVS. L. F. M. N. PAVLLVS.	ANN.	DLXXII
PRO. COS. DE. LIGVRIBVS. INGAVNEIS		
P. CORNELIVS. L. F. P. N. CETHEGVS.	ANN.	DLXXIII
PRO. COS. DE. LIGVRIBVS		
M. BABIVS. Q. F. CN. N. TAMPHILVS.	ANN.	DLXXIII
PRO. COS. DE. LIGVRIBVS		
Q. FVLVIVS. Q. F. M. N. FLACCVS.	ANN.	DLXXIII
PRO. PR. HISPANIA. CITERIORE		
Q. FVLVIVS. Q. F. M. N. FLACCVS. II.	ANN.	DLXXIV
COS. DE. LIGVRIBVS.		
TI. SEMPRONIVS. P. F. TI. N. GRACCHVS.	ANNO.	DLXXV
PRO. PR. DE. CELTIBEREIS		

L. POSTUMIUS. A. F. A. N.	ALBINUS. PRO. PR.	ANNO.	DLXXV
DE. LVSITANEIS. ET. VACCÆIS			
C. CLAUDIUS. AP. F. P. N.	PVLCHER.	AN.	DLXXVI
COS. DE. LIGVRIBVS. ET. ISTREIS			
C. VALERIUS. M. F. P. N.	LÆVINUS. COS.	AN.	DLXXVII
DE. LIGVRIBVS			
TI. SEMPRONIUS. P. F. TI. N.	GRACCHVS.	ANN.	DLXXIIX
PRO. COS. DE. SARDEIS			
M. ÆMILIUS. M. F. M. N.	LEPIDVS.	ANN.	DLXXIIX
COS. II. DE. LIGVRIBVS. ET. GALLEIS			
P. MCVIUS. Q. F. P. N.	SCÆVVA.	ANNO.	DLXXIIX
COS. DE. LIGVRIBVS. ET. GALLEIS			
AP. CLAUDIUS. C. F. C. N.	CENTHO. PRO.	A.	DLXXIX
PR. OVANS. EX. CELTIBERIA			
C. CICEREIUS. T. F. T. NEPOS.	PRO.	AN.	DXXCI
PR. EX. CORSICA. IN. MONTE. ALBANO. K. OCTOBR			
L. AIMILIUS. L. F. M. N.	PAVLLVS. II. PRO. COS. A.		DXXCVI
EX. MACEDON. ET. REGE. PERSE. PER. TRIDVVM			
III. III. PRIDIE. K. DECEM			
CN. OCTAVIUS. CN. F. CN. N.	PRO. PR.	AN.	DXXCVI
EX. MACEDON. ET. REGE. PERSE. NAVAL. EGIT. K. DEC			
L. ANICIUS. L. F. M. N.	GALLVS. PRO. PR. DE. REGE. AN.		DXXCVI
GENTIO. ET. ILLVRIEIS. QVIRINALIBVS			
M. CLAVDIUS. M. F. M. N.	MARCELLVS. COS. A.		DXXCVII
DE. GALLEIS. CONTRVBIIEIS. ET. LIGVRIBVS			
TIBVSQVE. INTERK			
C. SVLPICIUS. C. F. C. N.	GALLVS. COS.	ANN.	DXXCVII
DE. LIGVRIBVS. TAR. RNEIS. X. K. MART			
M. FVLVIUS. M. F. M. N.	NOBILIOR. PRO. COS. A.		DXXCV
DE. LIGVRIBVS. ELEATIBVS. XII. K. SEPT			
M. CLAVDIUS. M. F. M. N.	MARCELLVS. II. COS. II. A.		DXXCIIX
DE. VS. ET. I			
P. CORNELIUS. P. F. CN. N.	SCIPIO.	ANN.	DXXCIIX
NASICA. COS. DE. DELMATEIS			
L. MVMMIUS. L. F. L. NEPOS.	PRO. PR.	ANNO.	DCI
DE. LVSITANEIS			
L. MVMMIUS. L. F. L. NEPOS.	COS.	ANN.	DCVII
EX. ACHAI. ET. CORINTHIEIS			
Q. CÆCILIVS. Q. F. L. N.	METELLVS. MACEDONIC.	ANN.	DCVII
PRO. PR. EX. MACEDONIA. DE. PSEVDOPHILIPPO			
P. CORNELIUS. P. F. P. N.	SCIPIO. AFRICANVS. ÆMILIAN.	ANN.	DCVII
PRO. COS. EX. AFRICA. DE. POENEIS. ET. ASDRVBALE			
AP. CLAVDIUS. AP. F. AP. N.	PVLCHER.	ANN.	DCX
COS. DE. SALASSEIS. EX. ALPIBVS			
SER. FVLVIUS. Q. F. CN. N.	FLACCVS.	ANN.	DCXIIX
COS. DE. VARDAIEIS. EX. ILLVRICO			
D. IVNIUS. M. F. M. N.	BRVTVS. CALLAICVS. PRO. COS.	ANN.	DCXXI
DE. LVSITANEIS. ET. CALLAICEIS. EX. HISP. VLTIORE			
P. CORNELIUS. P. F. P. N.	SCIPIO. AFRICANVS.	ANN.	DCXXI
ÆMILIANVS. PRO. COS. DE. NVMANTINEIS. EX			
HISPANIA. CITERIORE. KAL. IANVAR			
P. RVPILIUS. P. F. P. NEPOS.	PRO. COS.	ANN.	DCXXII
OVANS. DE. SERVEIS. FVGITIVEIS. EX. SICILIA			
C. SEMPRONIUS. C. F. C. N.	TVDITAN.	A.	DCXXIV
COS. DE. IAPVDIBVS. K. OCT			
M. AQVILLIVS. M. F. M. N.	PRO. COS.	AN.	DCXXVII
EX. ASIA. III. IDVS. NOVEMBER			
M. FVLVIUS. M. F. Q. N.	FLACCVS. PRO.	AN.	DCXXX
COS. DE. LIGVRIBVS. VOCONTIEIS. SALLVVEISQ			
C. SEXTIVS. C. F. C. N.	CALVIN. PRO. COS.	ANN.	DCXXXI
DE. LIGVRIB. VOCONTIEIS. SALLVVEISQ			
L. AVRELIUS. L. F. L. N.	ORESTES. PRO.	AN.	DCXXXI
COS. EX. SARDINIA. VI. IDVS. DEC			
Q. CAECILIVS. Q. F. Q. N.	METELLVS.	A.	DCXXXIIF
BALIARIC. PRO. COS. DE. BALIARIB. PR			
Q. FABIVS. Q. ÆMILIANI. F. Q. N.		AN.	DCXXXIIIF
MAXIMVS. PRO. COS. DE. ALLOBROGIBVS			
ET. REGE. AVERNORVM. BETVITO. X. KAL			

CN. DOMITIVS. CN. F. CN. N. AHENOBARB.	A.	DCXXXIII
PRO. COS. DE. GALLEIS. ARVERNEIS.	XVI. K	
L. CAECILIUS. L. F. Q. N. METELLVS.	AN.	DCXXXV
DELMATIC. PRO. COS. DE. DELMATEIS.	III. NON	
Q. MARCIVS. Q. F. Q. N. REX. PRO. COS.	AN.	DCXXXVI
DE. LIGVRIBVS. STOENEIS.	III. NON. DECEMB	
M. AEMILIVS. M. F. L. N. SCAVRVS. COS.	A.	DCXXXIIX
DE. GALLEIS. CARNEIS. V		
M. CAECILIUS. Q. F. Q. N. METELLVS. PRO.	A.	DCXL
COS. EX. SARDINIA.		
C. CAECILIUS. Q. F. Q. N. METELLVS. CAPRARIVS.	A.	DCXL
COS. DE. THRAECEIS. EX. MACEDONIA		
T. DIDIVS. T. F. SEX. NEPOS. PRO. PR.	AN.	DCXL
DE. SCORDISCEIS. EX. MACEDONIA		
M. LIVIVS. C. F. MAMILIANI. N. DRVSVS.	AN.	DCXLIII
PRO. COS. DE. SCORDISCEIS. EX. MACEDONIA		
Q. SERVILIUS. Q. F. CN. N. CAPIO. PRO. PR.	AN.	DCXLV
DE. LVSITANEIS. EX. HISPANIA. VLTERIORE		
M. MINVCIYS. Q. F. M. N. RVFVS.	ANN.	DCXLV
PRO. COS. DE. SCORDISCEIS. ET. TRIBALLEIS.		
Q. CAECILIUS. L. F. Q. N. METELLVS.	AN.	DCXLVI
NVMIDICVS. PRO. COS. DE. NVMIDEIS		
ET. REGE. IVGVRTA		
C. MARIVS. C. F. COS. II.	ANNO.	DCXLIX
DE. NVMIDEIS. ET. REGE. IVGVRTA. KAL. IANVARIEIS		
M. ANTONIVS. C. F. M. NEPOS. PRO. COS.	AN.	DCLI
DE. PIRATEIS. EX. CILICIA. NAVALEM. EGIT		
C. MARIVS. C. F. COS. V.	ANNO.	DCLII
DE. TEVTONEIS. AMBRONIBVS. ET. CIMBREIS		
Q. LVTATIVS. Q. F. Q. N. CATVLVS. PRO. COS.	AN.	DCLII
DE. CIMBREIS		
M. AQVILLIVS. M. F. M. N. PRO. COS.	ANNO.	DCLIV
OVANS. DE. SERVEIS. FVGITIVEIS. EX. SICILIA		
L. CORNELIVS. L. F. L. N. DOLABELLA. PRO. COS. A.	DCLV	
EX. HISPANIA. VLTERIOR. DE. LVSITAN. V. KAL. FEBR		
T. DIDIVS. T. F. SEX. N. PRO. COS.	AN.	DCLX
EX. HISPANIA. DE. CELTIBEREIS. IIII. IDVS. IVN		
P. LICINIVS. M. F. P. N. CRASSVS. PRO. COS.	AN.	DCLX
DE. LVSITANEIS. PRIDIE. IDVS. IVN		
CN. POMPEIVS. SEX. F. CN. N. STRABO. COS. A.	DCLXIV	
DE. ASCVLANEIS. PICENTIBVS. VI. K. IAN		
C. SERVILIUS. C. F. M. N. VATIA. PRO. PR.	AN.	DCLXV
DE. XII. K. NOVEM.		
L. CORNELIVS. L. F. P. N. SVLLA. FELIX. DICT. A.	DCLXXII	
DE. REGE. MITHRIDATE. EX. ASIA. PER. BIDVVM. IV. III. K. FEB		
L. LICINIVS. P. F. MVRENA. PRO. PR.	ANN.	DCLXXII
DE. REGE. MITHRIDATE. EX. ASIA		
CN. POMPEIVS. CN. F. SEX. N. MAGNVS.	A.	DCLXXIII
PRIMVS. EQVES. ROM. PRO. PR. DE. REGE. HIARBA		
EX. AFRICA		
CN. CORNELIVS. CN. F. CN. N. DOLABELLA.	AN.	DCLXXV
PRO. COS. EX. MACEDONIA.		
P. SERVILIUS. C. F. M. N. VATIA. ISAVRICVS.	AN.	DCLXXIX
II. PRO. COS. DE. ISAVREIS. EX. CILICIA		
C. SCRIBONIVS. C. F. CVRIO. PRO. COS.	ANN.	DCXXCI
DE. THRACIBVS. DARDANEIS. EX. MACEDONIA		
M. TARENTIVS. M. F. VARRO. LVCVLLVS.	ANNO.	DCXXCII
PRO. COS. DE. THRACIBVS. BESSEIS		
M. LICINIVS. P. F. M. N. CRASSVS. PR.	ANNO.	DCXXCII
OVANS. DE. SERVEIS. GLADIATORIBVS. ET. GRANICO		
SPARTACO QVE. DVCIBVS		
Q. CAECILIUS. Q. F. L. N. METELLVS. PIVS.	ANNO.	DCXXCII
PRO. COS. EX. HISPANIA. III. K. IAN		
CN. POMPEIVS. CN. F. SEX. N. MAGNVS. II. ANNO.	DCXXCII	
PRO. COS. EX. HISPANIA. PRIDIE. K. IAN		
M. PVPIVS. M. F. PISO. CALPVARNIANVS. PRO. COS.	ANN.	DCXXCIV
EX. HISPANIA		

L. LICINIUS. L. F. L. N.	LVCVLLVS. PRO. COS	AN.	DCXC
EX. PONTO. CAPPADOCIA. ARMENIA. DE. REGIBVS MITHRIDATE. ET. TIGRANE			
Q. CÆCILIUS. L. F. Q. N.	METELLVS. CRETICVS.	A.	DCXCI
PRO. COS. EX. CRETA. INSVLA. K. IVN			
CN. POMPEIUS. CN. F. SEX. N.	MAGNVS. III. PRO. COS	A.	DCXCII
EX. ASIA. PONTO. CRETA. CILICIA. PAPHLAGONIA. CAPPADOC SVRIA. IBEREIS. IVDÆIS. ALBANEIS. ARMENIA. PIRATEIS ET. REGIBVS. MITHRIDATE. ET. TIGRANE. III. ET. PRID. K. OCTOB			
C. PONTINIUS. A. F.	PROPR. ANN.		DCXCIX
DE. GALLEIS. ALLOBROGIBVS. III. NONAS. NOVEMB			
P. CORNELIUS. P. F.	LENTVLVS. SPINTHER.	ANN.	DCCII
PRO. COS. EX. CILICIA			
M. ÆMILIUS. M. F. Q. N.	LEPIDVS.	ANN.	DCCVI
PROPR. EX. HISPANIA. CITERIORE			
C. IVLIUS. C. F. C. N.	COS. III.	ANN.	DCCVII
EX. GALLIA			
C. IVLIUS. C. F. C. N.	CÆSAR. II. COS. III.	ANN.	DCCVII
EX. ÆGYPTO			
C. IVLIUS. C. F. C. N.	CÆSAR. III. COS. III.	ANN.	DCCVII
EX. PONTO. DE. PHARNACE. REGE			
C. IVLIUS. C. F. C. N.	CÆSAR. IV. COS. III.	ANN.	DCCVII
EX. AFRICA. DE. IVBA. REGE			
C. IVLIUS. C. F. C. N.	CÆSAR. V. COS. IV.	ANN.	DCCVIII
EX. HISPANIA. OCTOB.			
Q. FABIVS. Q. F. Q. N.	MAXIMVS. COS.	AN.	DCCIIIX
EX. HISPANIA. III. IDVS. OCTO			
Q. PEDIUS. M. F.	PRO. COS. EX. HISPANIA.	IDIB. DEC. A.	DCCIIIX
C. IVLIUS. C. F. C. N.	CAESAR. VI. DICT. IV. OVANS.	A.	DCCIX
EX. MONTE. ALBANO. VII. K. FEBR.			
L. MVNATIVS. L. F. L. N.	PLANCVS. PRO. COS.	A.	DCCX
EX. GALLIA. IV. K. IAN			
M. AIMILIUS. M. F. Q. N.	LEPIDVS. II. III. VIR. R. P. C.	ANN.	DCCX
PRO. COS. EX. HISPANIA. PRIDIE. K. IAN.			
P. VATINIUS. P. F.	PRO. COS. DE. ILLVRICO. PRID.	A.	DCCXI
L. ANTONIVS. M. F. M. N.	COS. EX. ALPIBVS. K. IAN.	A.	DCCXII
IMP. CAESAR. DIVI. F. C. N.	III. VIR. R. P. C. OVANS.	A.	DCCXIII
QVOD. PACEM. CVM. M. ANTONIO. FECIT			
M. ANTONIVS. M. F. M. N.	III. VIR. R. P. C. OVANS.	A.	DCCXIII
QVOD. PACEM. CVM. IMP. CAESARE. FECIT			
L. MARCIUS. L. F. C. N.	CENSORIVS. COS.	A.	DCCXIV
EX. MACEDONIA. K. IAN			
C. ASINIUS. CN. F.	POLLIO. PRO. COS.	AN.	DCCXIV
EX. PARTHINEIS. VIII. K. NOV			
P. VENTIDIUS. P. F.	PRO. COS. EX. TAVRO.	AN.	DCCXV
MONTE. ET. PARTHEIS. V. KAL. DECEM			
CN. DOMITIUS. M. F. M. N.	CALVINVS.	AN.	DCCXVII
PRO. COS. EX. HISPANIA. XVI. K. SEXTIL			
IMP. CAESAR. DIVI. F. II.	III. VIR. R. P. C. A.		DCCXVII
OVANS. EX. SICILIA. IDIBVS. NOVEMBR			
T. STATILIUS. T. F.	TAVRVS. PRO. COS.	ANN.	DCCXIX
EX. AFRICA. PRIDIE. K. IVL			
C. SOSIUS. C. F. T. N.	PRO. COS. EX. IVDÆA.	AN.	DCCXIX
III. NONAS. SEPTEMBR			
C. NORBANVS. C. F.	FLACCVS. PRO. COS.	AN.	DCCXIX
EX. HISPANIA. III. IDVS. OCTOBR			
IMP. CÆSAR. DIVI. F. C. N.	III. COS. V.	AN.	DCCXXIV
DE. PANNONIEIS. DELMATIS. IAPVDIBVS; ET GALLEIS. VIII. IDVS. SEXTIL			
C. ALBIUS. C. F. CARRINAS.	PRO. COS. DE. GALLEIS.	AN.	DCCXXIV
MORINEIS. ET. SVEVEIS. VIII. IDVS. SEXTIL			
IMP. CÆSAR. DIVI. F. C. N.	IV. COS. V.	ANN.	DCCXXIV
EX. MACEDONIA. VII. IDVS. SEXTIL			
IMP. CÆSAR. DIVI. F. C. N.	V. COS. V.	AN.	DCCXXIV
EX. ÆGYPTO. VI. IDVS. SEXTIL			
L. AYTRONIUS. P. F. L. N.	PÆTVS. PRO.	A.	DCCXXIV
COS. EX. AFRICA. XVII. K. SEPTEMBR			
M. LICINIUS. M. F. M. N.	CRASSVS. PRO.	A.	DCCXXVI
COS. EX. THRAECIA. ET. GETEIS. IV. NON. IVL			

M.	VALERIVS. M. F. M. N. MESSALLA.	A.	DCCXXVI
	CORVINVS. PRO. COS. EX. GALLIA.	VII. K. OCT	
SEX.	APPVLEIVS. SEX. F. SEX. N. PRO. COS.	A.	DCCXXVII
	EX. HISPANIA.	VII. K. FEBR.	
L.	SEMPRONIUS. L. F. L. N. ATRATINVS.	A.	DCCXXXII
	PRO. COS. EX. AFRICA.	IV. IDVS. OCT	
L.	CORNELIVS. P. F. BALBVS. PRO. COS.	A.	DCCXXXIV
	EX. AFRICA.	VI. K. APRIL	
TI.	CLAVDIVS. TI. F. AP. N. NERO. PRO. COS.	AN.	DCCXLIV
	OVANS. DE. DALMATEIS. ET. PANNONIEIS		
TI.	CLAVDIVS. TI. F. NERO. II. COS. II.	ANN.	DCCXLVI
	DE. GERMANEIS.	KAL. IAN.	
GERMANICVS.	CÆSAR. TI. AVG. F. DIVI. AVG. N.	ANN.	DCCCLXIX
	PRO. COS. DE. CHERVSCIEIS. CATTEIS. ANGRIVARIEISQ		
	EX. GERMANIA.	VII. KAL. IVN	
DRVSVS.	CÆSAR. TI. AVG. F. DIVI. AVG. N.	ANN.	DCCCLXXII
	OVANS. EX. GERMANIA		
C.	CÆSAR. GERMANICI. F. TI. AVG. N. AVGVSTVS.	ANN.	DCCXCIX
	GERMANICVS. PRO. COS. OVANS. EX. GERMANIA.	PRID. KAL. SEPT	
TI.	CLAVDIVS. DRVSI. F. CÆSAR. AVG.	ANN.	DCCXCVI
	GERMANICVS. PROCOS. EX. BRITANNIA		
A.	PLAVTIVS. M. F. A. N. SILVANVS.	ANNO.	DCCXCIX
	PRO. COS. OVANS. EX. BRITANNIA		

PRÆNOMINVM NOTÆ

Quibus familiarum nomina in Fastis limitantur, & ad certam personam restringuntur.

X. VIR.
XII. TABB.
XV. VIR.

Decemviri
Duodecim Tabulæ
Quindecimviri, &c.

FORMVLÆ IN FASTIS

ADHIBITÆ.

A.	<i>id est.</i>	Aulus	A. AN.	Anno
AGRIP.		Agrippa	A. P. R. C.	Anno post Romam conditam
ANC.		Ancus	ABD.	Abdicauit
AP.		Appius	AED.	Aedes, Aedilis
C.		Caius	APP. E.	Appellatus est
CN.		Cnæus	AVG.	Augurinus, Augur, Augustus
D.		Decimus	CAES.	Cæsar
HOST.		Hostus	CENSS.	Censores
IVL.		Iulus	COS. COSS.	Consul, Consules
K.		Kælo	COM. HAB. C.	Comitorium habendorum causa
M.		Marcus	DICT.	Dictator
M. AV.		Manius	DESIG.	Designatus
MAM.		Mamercus	EQ. ROM.	Eques Romanus
N.		Numerius	F.	Filius, <i>post prænomen</i>
OPIT.		Opiter	FLAM. DIAL.	Flamen Dialis
P.		Publius	FLAM. MART.	Flamen Martialis
POMP.		Pomponius	FER. LAT. C.	Feriarum Latinarum causa
POST.		Postumus	IMP.	Imperator
PROC.		Proculus	IN. E. L. F. E.	In eius locum factus est
Q.		Quinctus	IN. H. H.	In hoc honore
SER.		Serius	IN. H. M.	In hoc Magistratu
SEX.		Sextus	IN. M. M. E.	In Magistratu mortuus est
SP.		Spurius	IN. M. O. E.	In Magistratu occisus est
T.		Titus	IN. PR. O. E.	In prælio occisus est
TI.		Tiberius	L. F.	Lustrum fecerunt
TVL.		Tullus	L. N. F.	Lustrum non fecerunt
VOL.		Volusus	MAG. EQ.	Magister equitum
VOLER.		Volero	MAG. X. VIR.	Magister Decemvirum
VOP.		Vopiscus	N.	Nepos, <i>post prænomen</i> <i>aliquando est, Noster</i>
			PONT. MAX.	Pontifex Maximus
			PR.	Pridic, Prator, Prælium
			PROCOS.	Proconsule
			PROPR.	Propratore
			R. G. C.	Rei gerundæ causa
			R. P. C.	Rei publicæ constituendæ
			ROM.	Romanus
			S. C.	Senatusconsultum
			SED. S. C.	Seditionis sedandæ causa
			SEXT.	Sextilis
			TR. MIL.	Tribunus militum
			TR. PL.	Tribunus plebis
			TR. POT.	Tribunitiæ potestatis

NVMERI IN FASTIS

potissimum vtitari.

II.	<i>pro</i>	Iterum, Secundò
III.		Tertium
IIII. IV.		Quartum
IIX.		VIII
VIIII.		IX
XXC.		LXXX
XC.		LXXX
CD.		cccc
D. ID.		ccccc
CIO. M.		Mille
II. VIR.		Duoviri
IIIVIR.		Triumviri, vel Treviri

AND. SCHOTTVS

LECTORI

S.



T similia inuicem componere, ita & dissimilia, quò veritas elucescat magis, perutile semper Philosophis est habitum. Quo consilio, & hisce Magistratum Fastis, quos hodieque magna animi voluptate, simul & vtilitate Romæ in Capitolio spectamus, à *Stephano Vinando Pighio* Belga eruditissimo, post omnem omnium Itatorum, in quibus Car. Sigonius & Onuphrius Panuinius optimè desudarunt, accurationem, diligenter edolatis, visum est faciendum, vt & Græcos Fastos proximè adnecterem: Siculos ideò appellatos, quòd sint primùm in Sicilia reperi, & opera Ant. Augustini V. C. Antiquitatisque peritissimi, & beneficio Hieronymi Suritæ publici iuris facti, editique tandem in lucem à Federico Silburgio Tom. III. Historiæ Augustæ, itemque in Eusebiano Chronico, à Iosepho Scaligero edito: à quo cum discrepât, variantes apposui scripturas. Vt autem commodum sit Lectori *ἄλλως* conferre, anni Urbis conditæ octingenti, & quot excurrunt, additi sunt; ideoque numeri gemini, ne erres, siue ad Capitolinum calculum (quem à M. Verrio Flacco factum opinantur, & cum Sigonio Pighius est noster secutus,) siue ad Varronianos numeros (qui anno vno semper antecedunt) cum Onuphrio aptare placeat. Olympiades quoque in his Siculis Fastis vno ferè anno ab Onuphrij calculo discrepabant. In nominibus verò Consulium corruptis, & à Capitolinis longè discedentibus, hac nota * indicare volui. Vbi verò anni aliquot desiderantur, totidem asteriscos, vt quadrarent omnia, interieci. Ceterùm discedere interdum Græcos à Romanis in Proprijs etiam nominibus sibi peregrinis, nemini puto esse ignotum, nisi fortè ei qui hospes admodum in historia Rom. peregrinatur; cum & in rebus gestis discrepent non rarò, & in Proprijs, vt appellant, nominibus pronior sit errandi ansa, & maximè in prænominibus, in quibus & Latini Historici, & secum ipsi, & ab alijs plurimùm dissentiant. Quamobrem in Indicibus prænominum non esse habendam rationem, sed gentis ac familiarum semper duxi. Videmus autem exteris id etiam hominibus vsu venire, vt peregrina ipsis nomina, horrida præsertim, auribusque inaudita, ægrè pronuntient, etsi in eo ipso

ipso educati solo ac cælo, diuque ac multum negotiando militandoque versati sint. Vt in Belgicis locorum vrbiuque appellationibus, bone Deus, quam ineptè Galli, Hiberi, & Itali nostra proferunt? Græcos alioquin, vt deuictos iam ac Romanorum parentes imperio, diligentiores Romanis ipsis Historicis, in narrandis rebus domi forisque præclarè gestis fuisse est obseruatum: vt T. Liuium Patavinum longè & vbertate & diligentia Dionysius Halicarnasseus (vtinam integer ad nos peruenisset!) superauit: quod nemo qui legerit infitiabitur. Adhæc Polybius, Plutarchus, Appianus Alexandr. Diodorus Siculus, Dion Cassius, Herodianus, Xiphilinus, ceteri quam sunt in minutissimis etiam narrandis diligentes, ac pænè putidi? Sed id longè esse verissimum, vel ex his ipsis disces Pighij nostri Annalibus Rom. assentieturque qui aliquem legendis vtriusque linguæ Historicis vsu est consecutus. Deprehendet etiam, magna cum fruge & commodo cuiusque proprio, Græca cum Latinis vtiliter coniungi atque committi, veluti cum Byto Bacchium gladiatorum par: quò filium vnicum M. Tullius Oratorum facilè Princeps, Athenis licet Atticis iam versantem, & Cratippo Peripatetico Philosopho operam dantem seridè hortatur, vt in vtriusque Orationis facultate Græcè Latinèque loquendi paria facere studeat. Quò te etiam, Lector, hisce Græcis Fastis coniunctis, vt inter se compares, inuito, iuuoque in partem, tametsi conamur, vt ille aiebat, tenues grandia. Vale, & fruire.



FASTI SICVLII.

ΟΛΥΜΠΙΑΣ πε.

Από τούτε ε' χρόνε ηξζαντο οι Ρωμαίων ὕπατοι χρηματίζεν και διοικεῖν τὰ Ρωμαϊκά πράγματα, Ἰππῖτη τῆδ', τῆτέση ἕως δούλερε ἕτοις ἑαυτῆ εργ' Ολυμπιάδος, Ἰσατίας Λεπίδου ἔ Πλάγκου, ἠγοου κ' Ἰππῖτῶ ἄετ' Γαίε Γελίε [Καίσαρ] και ἕκτον Κλεοπάτρας.

OLYMPIAS LXXXV.

Ab hoc tempore cœperunt Romæ Consules capessere & administrare Rempub. Romanam ad annos CCCXCIII. hoc est, vsque ad secundum annum Olympiadis CLXXXIII. Lepido & Plancio Coss. siue ad primum annum C. Iulij Cæsaris, & sextum Cleopatras.

Όνομασίου των εν Ρώμη ἑσάτων.

- A. V. C. CCXLIV. Βράττε και Κολλατίνε Πειβλικόλα και Λεκριτίε Πειβλικόλα τὸ δ' ἄτερον, και * Πειπλίε Πουβλικόλα τὸ γ', και Λεκριτίε τὸ β' *
- ccl. Μενεῖε και * Ποσημμανῆ Τεικόση και Βιτελλίνε Α'ρέγκου και Φλάβου Καμερίνε κ' Λόγγου Ε'λέα κ' Γεμίνε Φλάβου τὸ β', και Σικέλε Α'ξατίνε και Α'υγερίνε Α'λβου κ' Κελεμοντανῆ Σαβίνου και Περίου
- cclx. Κελεμοντανῆ τὸ ε', κ' Γεμίνε τὸ ε'
- cclx. Α'ρέγκου τὸ β', και Βιτελλίνε τὸ β' Μακρίνε και Α'υγερίνε τὸ β' Α'υγερίνε τὸ γ', και Α'ξατίνε τὸ β' Φαῦε, Scal. malé. Καμερίνε κ' Φλάβου * Τέλλου και Ρ'έφε
- Ναυτίε Sc. Ναυτίε και Ρ'έφε τὸ β' * Λέου και Σαβίνου
- Ρ'επλίε Sc. Ρ'επλίε κ' Βιτελλίνου
- Μαλορχησιῶ S Μαλορχησιῶ S
- cclxx. Μαμέριου και Φαβίε τὸ β'
- cclxx. Φαβίε τὸ γ', και * Βολισίε

- * Τερτύλλε και Φαβίε τὸ δ'
- * Σαβίνου και Φέσου Φάβου Sc.
- Κικινιάτου και Φαβίε τὸ ε'
- * Ρ'επλίε κ' Φαβίε τὸ ε'
- Αἰμιλίου κ' Ε'ρκουλίου
- Λανάτου κ' Πειβλικίε
- Αυτίε Sc.
- * Ρ'επλίε τὸ β', κ' Στρεπτε
- Ναυτίε και Πειβλικόλα
- Μαλλίε κ' Φουερίου
- Αἰμιλίου τὸ ε', και Γουλίου
- CCXC.
- CCXC.
- Πιναρίου και Φέσου
- Σαβίνου και Καπετωλίου
- Αἰμιλίου τὸ γ', κ' Βαλερίου
- Κελεμοντανῆ και Περίου
- Κελεμοντανῆ τὸ β', κ' Περίου τὸ ε'
- Αἰμιλίου τὸ δ', κ' Βιβουλαῶ
- * Ρ'εγγλιανῆ ἔ Φέσου
- *
- Πρίσου ἔ * Φλάβου
- CCXC.
- Τελιπιτίνου ἔ Βεῦουείου
- Βιτρεπίε Sc.
- Γάλλου ἔ Καμερίνου
- Πουβλικόλα τὸ β', ἔ Σαβίνου
- Βιβουλαῶ τὸ ε', ἔ Μαλορχησιῶ
- Βιβαλίε Sc.
- Ναυτίου ἔ * Α'ξατίνου
- * Πουβλιλίου ἔ Γλαριανῆ
- Μαξίμου ἔ Βεργνίου
- Ρ'όρου ἔ Βεῦουείου
- Καπετωλίου ἔ * Ουάρου
- CCC.
- CCC.
- *
- * Φήσου ἔ Κικινιάτου
- Λανάτου κ' Καπετωλίου τὸ β'
- Αυτίε Sc.
- *****
- Βαρβάτου ἔ Ποτίτου
- Ε'ρμίδου ἔ Τεικόσου
- Α'ρμάνε Sc.
- Μακρίνου ἔ Γουλίου
- Φουερίου κ' Καπετωλίου τὸ γ'
- Γενουκίου κ' Κουρτίου
- ***
- CCCX.
- CCCX.
- Μακρίνε τὸ β', και Καπετωλίε τὸ δ'
- Βιβελαῶνε κ' Ε'λέα
- * Πακίλλε και Κεάσου
- Μακρίνε τὸ γ', κ' Λανάτου
- Αυτίε Sc.
- * Μαλλίε και Καπετωλίε τὸ ε'
- *
- *
- Μακρίνε τὸ δ', κ' Φιδιλάτε
- Φιδιλάτε Sc.
- Μαλορχησιῶ και Κεάσου
- Γουλίου ἔ Βεργνίου
- Καπετωλίου τὸ ε', ἔ Καμερίνου
- ****
- Ποῖνου ἔ * Μελίτανου
- Κεάσου ἔ * Τουλλίου
- Τελιπιτίνου ἔ Φιδιλάτου τὸ β'
- Φιδιλάτε Sc.
- Κόσου ἔ Ποῖνου τὸ β'
- Α'ξίλλα ἔ Μουγγιλάου

CCCXXX. * * * * *

CCCXXX. Α' τεστίνης κη Βιβελαίνης

*

Καπεταλίνης τὸ ζ', & Βιβελαίνης τὸ β'

* * * * *

* * * * *

Μεγιλάνης τὸ β', & * Ρ'επλίου

Ρ'επλίου Sc. Α'μιλίου & * Ρ'ουσιτίου

Μεγιλάνης Sc. Κόσου κη Μεδουλλίνου

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * * *

CCCLX. Φλάβου & Καμερίνου

Ποτίτου κη Καπεταλίνου

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * * *

*

Α' λβίνης τὸ β' κη Κόσας

Ποτίτου κη Μαρκέλλης

Κεράσας κη Βένωκος

Μαμερτίνης τὸ ε'; κη Δεκίανης

Βένωκ & τὸ γ', κη Σικπιών &

Λεγύλης κη Σίλων &

Λίβων & κη Κέρστωες

Καμίλλης κη Βράβου

*

Λόγγου κη * Κερετανῆς

Κέρστωες τὸ ε', κη Σύλλης

*

Γαλβίνης κη Βαλβίνης

Κέρστωες τὸ γ', κη Σίλων &

Παπείης κη Κερασανῆς

Βένωκος κη * Φλάκκου

* Βαλβέλης κη Βεβάλκου

* Ρ'επλίης κη Λεγάτου

Κέρστωες τὸ δ', κη Λεγάτου τὸ β'

[* Σαμνίτου κη Λόγγου] Absunt à Scal.

Κέρστωες τὸ ε', κη Βεβάλκου τὸ β'

Μαξίμου κη Μέσων &

Βεβάλκου τὸ γ', κη Βαρβέλης

Ρ'έλλης κη * Ρ'επλίης

*

*

Μέσων & τὸ β', κη Ρ'έλλης τὸ β'

Α'πίης κη Βιόλεντος

* Ρ'εμούλης κη Α'ρβίνης

* Μετέλλης κη Μινεκής

Σεμφορονίης κη * Φαβερίης

Λεντέλης κη * Α'βεντησίης

* Δεντανίης κη Α'μιλίας

* * * *

Κορβίνης & Πάνσα

* Πετίτου κη Τορκουάτης

Σικπιών & κη Μαξίμου

Ρ'έλλης τὸ γ', κη Μέσων & τὸ γ'

Κλαυδίας & Βιόλεντος

Ρ'έλλης τὸ δ', κη Μέσων & τὸ δ'

Κλαυδίας & Βιόλεντος τὸ β'

Ρ'έλλης τὸ ε', κη Μέσων & τὸ ε'

* Μετέλλης & Ρ'ηγέλης

Κέρστωες κη Μαξίμου

Μαξίμου τὸ β', & * Βεβάλκου

* Μετέλλης τὸ β', κη Βεβάλκου

Μαξίμου τὸ γ', & Μέσων & τὸ ε'

*

* Κρεμύλου κη Α'λβίνου

Μαρκέλλου κη * Ρ'ουπλίου

Ποτίτου κη * Πετίτου

Λεπίδου & * Κεκίνας

* Τακίου & Δέντων &

Δολαβέλλης & Μαξίμου

* Λουκίου κη Πάππου

Βαρβέλου & Φιλίππου

Λεβίνου & Κουεργκάνου

Σαβερίαν & * Μούερον &

CDXX.

CDXXX.

CDXXX.

Παπινίης Sc.

Βαρβέλης Sc.

CDXL.

CDXL.

Ρ'εμύλης Sc.

CDL.

CDL.

CDLX.

CDLX.

CDLXX.

CDLXX.

* Τακίης κη

Δέντων & Sc.

Λεσκίνης

Ρ'επλίου Sc.

Μεγιλάνης Sc.

CCCLX.

CCCXC.

CCCXC.

Δουκίης Sc.

CD.

CD.

τὸ β' Sc.

CDX.

CDX.

† Ρ'επλίης Sc.

Μουίης Sc.

CDXX.

Λεοκίης καὶ Πάπυ το β'
 Ρ'εφίης καὶ Βεβέλιου
 Γοργίτου καὶ * Κλεψίης
 * Βενάκου καὶ Λεντέλης
 CDXXC. * Βενάκου τὸ β', καὶ Μερένδου
 CDXXC. * Δικίης καὶ Κανίης
 Κέρτωες καὶ Μαξίμου
 * Κλαυδίας καὶ Κλεψίης
 *

Γάλλης καὶ Πίκτωες
 Σεμπαρώνης καὶ * Ρ'έφης
 Λιβίων Sc. Ρ'ηγέλης καὶ Λίβων
 Πέτα Sc. Φαβίης Πίκτωος καὶ Πέεω
 Μαξίμου καὶ Βιτέλης
 CDXXC. * Θαυγάτου καὶ Φλάκκου
 CDXXC. Μαξίμου τὸ β', καὶ Κεράσου
 * Α'λβίης καὶ Βιτέλης
 Φλάκκου τὸ β', καὶ Κεράσου τὸ β'
 Σκιπίωνος καὶ Δεϊλίας
 Σκιπίωνος * τὸ β', καὶ Φλώεω
 Πατερύλης Sc. Καλατίνης καὶ Πατερύλης
 Ρ'ηγέλης καὶ Βλασιάνου
 Βέλτωνος καὶ * Δεκίης
 Παυτίνης καὶ Παύλης
 D. Σκιπίωνος καὶ Καλατίνης
 D. * Κασιπίωνος καὶ Βλέσης τὸ β'
 Κόττα καὶ Γεμίης
 Μετέλλης καὶ * Πάπω
 Ρ'ηγέλης τὸ β', καὶ Βέλτωνος
 Πέλχου καὶ * Πέλλης
 Κόττα τὸ β', καὶ Γεμίης τὸ β'
 Μετέλλης τὸ β', καὶ Βατέωνος
 Κεράσου καὶ Δικίης
 Βατέωνος * τὸ β', καὶ Βέλβης
 DX. Τορκιάτου καὶ Βλέσου
 DX. Φουιδούλης καὶ Γάλλης
 Κατυλῆ καὶ Α'λβίης
 Τορκιάτου καὶ Κέρκωνος
 Κέντωνος καὶ * Τεθιάνης
 * Τουρίνης καὶ Φάλτωνος
 Γεράχου καὶ Φάλτωνος
 *

Ο'υάρις Sc. * Κλαυδίας καὶ Βάεω
 Τορκουάτου τὸ β', καὶ Βέλβης
 DX. Α'λβίης τὸ β', καὶ * Ρ'όρου
 DX. Μαξίμου καὶ * Μάστωνος
 Λεπίδου καὶ Μαλλεόλης
 Μάστωνος καὶ Μάστωνος
 Βαρβέλης καὶ Πέεω
 * β'. Α'λβίης τὸ γ', καὶ Κεντουμάλης
 Γούργα Sc. * Ρ'έφα καὶ Μαξίμου
 Φλάκκου καὶ Ρ'ηγέλης
 * Μαξίμου καὶ Α'πυσιίης
 Πάπω καὶ Ρ'ηγούλης τὸ β'
 DX. Τορκουάτου καὶ * Πάπω τὸ β'
 DX. Φλαμνίης καὶ Φίλης
 Φλαμνίης Sc. Σκιπίωνος καὶ Μαρκέλλης
 Σκιπίωνος * τὸ β', καὶ Ρ'έφης
 Κατουλῆ καὶ Φίλωνος
 Παύλου καὶ Σαλπιάτωος

Σκιπίωνος * τὸ γ', καὶ Λόγγου
 Γεμίης καὶ Φλαμνίης
 Παύλου τὸ β', καὶ Βάεω
 Φαβίου Μαξίμου, καὶ Γεράχου
 *

Φαβίου Μαξίμου τὸ β', καὶ Μαρκέλλου τὸ β' DXI.
 Μαξίμου καὶ Γεράχου τὸ β' DXI.
 Πέλχου καὶ Φλάκκου
 Γάλβη καὶ Κεντουμάλου
 Λεβίης καὶ Μαρκέλλου τὸ γ'
 Φαβίου καὶ Φλάκκου τὸ β'
 Μαρκέλλου τὸ δλ', καὶ Κεσιώνου
 Νέεω καὶ Σαλπιάτωος
 Μετέλλου καὶ Φίλωνος
 Σκιπίωνος καὶ Κεράσου
 Κεθίηου καὶ * Τουθιάνου
 Κασιπίωνος τὸ β', καὶ Σεβιλίου
 Νέεω τὸ β', καὶ Σεβιλίου τὸ β'
 Λεντούλου καὶ Πέτου
 Γάλβη τὸ β', καὶ Κόττα
 Λεντέλου τὸ β', καὶ Ταππέλου
 Φλαμνίου καὶ Πέτου τὸ β'
 Κεθίηου τὸ β', καὶ Ρ'έφου
 Πορφυρίου καὶ Μαρκέλλου
 * Φίσου καὶ Φλάκκου
 Σκιπίωνος τὸ β', καὶ Λόγγου
 Μερέλης καὶ Θεριμῆ
 Φλαμνίου τὸ β', καὶ Α'νοβαρβίης
 Γλαβριάνου καὶ Νασίου
 Σκιπίωνος τὸ δλ', καὶ Λελίης
 Βέλτωνος καὶ Ναβιλιώεω
 Σαλπιάτωος καὶ Μεσάλλης
 Λεπίδου καὶ Φλαμνίου
 Α'λβίης καὶ Φιλίππου
 Πέλχου καὶ Τουθιάνης
 Πέλχου τὸ β', καὶ * Δικίηου
 Λαβιλλίου καὶ Μαρκέλλου
 Ταμφίλου καὶ Παύλου
 Κεθίηου, καὶ Ταμφίλου τὸ β'
 Α'λβίου καὶ Πίστωνος
 Α'κιδιώου καὶ Φλάκκου
 Βεσούτου καὶ Βούλωνος
 Πέλχου καὶ Γεράχου
 Σκιπίωνος καὶ Πετιλλίου
 Λεπίδου καὶ Σκεβόλου
 *

Α'λβίου καὶ Λαυάτου
 Λεάτου καὶ Α'ιλίου
 Κεράσου καὶ Λόγγου
 Μανκίου καὶ Σερεχίου
 Φιλίππου καὶ Καίπιωνος
 Παύλου καὶ Κεράσου
 Πέτου καὶ Πένου
 Γάλλου καὶ Κλαυδίου
 Τορκουάτου καὶ Ο'κίβιου
 Τορκουάτου τὸ β', καὶ Λογγίου
 Γεράχου καὶ Θάλνου
 Σκιπίωνος Νασικῆ, καὶ Φιγέλου
 Μεσάλλης καὶ Στερέωνος
 Γάλλου καὶ Κεθίηου

Δολαβέλλα και Φουλβίου
 Λεπίδου και Λεγάτου
 Καίσαρος και Ορέσου
 Λαυρέτιου και Φιγούλου
 Νασίου και Μαρκέλλου
 DC Οπιδίου και Αλβίνου
 DC. Νωβιλίου και Λαύσου
 Μαρκέλλου τὸ β', και Φλάκκου
 Λεκέλλου και Αλβίνου
 Φλαμίνου και Βάλβου
 Κενσορίου και Μανιλίου
 Αλβίνου τὸ β', και Πίστων
 Σικπιών και Δρέσου
 Αεντέλου και Μεμμίου
 Μαξίμου και Μαννίου
 DCX. Γάλβα και Κόττα
 DCX. Κλαυδίου και Μετέλλου
 Μετέλλου τὸ β', και Μαξίμου
 *
 Λακίτιου Sc. Σικπιών και Λαυλίου
 Βιανίου Sc. Λεγάτου και Πίστων
 Νασίου και Βερούτου
 Λεπίδου και Μαννίου
 Φίλου και Απολλίου
 Φλάκκου και Πίστων
 DCXX. Σικπιών τὸ β', και Φλάκκου
 DCXX. Σικπιών και Καλπουρνίου
 Σικπιών Sc. Λεγάτου και Ρεπιλίου
 Κεράσου και Φλάκκου
 Πέλλου και Περπέρου
 Τυρριανού και Ακελίου
 Οκταβίου και Ρέφου
 Λογγίνου και Κίνα
 Λεπίδου και Ορέσου
 * Γάϊου και Φλάκκου
 DCXXX. Λογγίνου τὸ β', και Καλβίνου
 DCXXX. Μετέλλου και Φλαμίνου
 Αΐου Sc. Αΐουβαρβου και Φαννίου
 Οπιδίου και Μαξίμου
 Μαννίου και Καρβονος
 Μετέλλου τὸ β', και Κόττα
 Κάτων και Μαννίου
 τὸ β', και Μαξίμου
 Sc. male. Μετέλλου τὸ γ', και Σικπιών
 Γάϊου και Μαξίμου
 Σικπιών και Μετέλλου
 DCXL. Βάλβου και Κάτων
 DCXL. Μετέλλου τὸ δ', και Καρβονίου
 Βιανίου και Πίστων
 Πίστων Sc. Νασίου και Βερούτου
 Ρέφου και Αλβίνου
 Μετέλλου τὸ ε', και Σικπιών
 Σικπιών και Σικπιών
 *
 Λογγίνου και Μακίου
 Σεργίου και Καπιανίου
 Ρέφου τὸ β', και Μακίου
 DCI. Μαρίου τὸ β', και Φιμβελίου
 DCI. Μαρίου τὸ γ', και Ορέσου
 Μαξίμου Sc. male. Μαρίου τὸ δ', και Κατέλου
 Μαρίου τὸ ε', και Ακυλλίου

Μαρίου τὸ ε', και Φλάκκου
 Αντωνίου και Αλβίνου
 Μετέλλου τὸ ε', και Διδίου
 Λεντέλου και Κεράσου
 Αΐουβαρβου και Λογγίνου
 Κεράσου και Σικπιών
 * Καλδου και Αΐουβαρβου
 Φλάκκου και Ερηνίου
 Πέλλου και Περπέρου
 Φιλίππου και Καίσαρος
 Καίσαρος και Λέπου
 Σεβαστου και Κάτων
 Σύλλου και Ρέφου
 Οκταβίου και Κίνα
 Μαρίου τὸ ζ', και Κίνα τὸ β'
 Κίνα τὸ γ', και Καρβονίου
 Καρβονίου τὸ β', και Σικπιών
 *
 Σικπιών και Νορβάνου
 Καρβονίου τὸ γ', και Μαρίου
 Δεαύλου και Δολαβέλλα
 Σύλλου και Μετέλλου
 Βατία και Πέλλου
 * Κλαυδίου και Σεργίου
 Λεπίδου και Κατέλου
 Βρέτου και Μαμέριου
 Οκταβίου και Κουρτίου
 *
 Λουκέλλου και Κόττου
 Λουκέλλου και Κασίου
 Λεντέλου και Γελλίου
 Λεντέλου και Ορέσου
 Πομπηίου και Κεράσου
 Ορτωσίου και Μετέλλου
 Μαρτίου Ρήγου, και Μετέλλου τὸ β'
 Πίστων και Γλαβελίου
 Βολκασίου Τέλλου και Λεπίδου
 Κόττου και Τορκουάτου
 *
 Λουκίου Καίσαρος και Φιγούλου
 Κικέρωνος και Αντωνίου
 Σικπιών και Μουρτίου
 Πίστωνου και Μεσάλλου
 Αφραίου και Μετέλλου
 Καίσαρος και Βιβέλου
 Πίστωνου και Γαβινίου
 Λεντέλου και Μετέλλου
 Μαρκελλίνου τὸ β', και Φιλίππου
 Πομπηίου και Κεράσου
 Αΐουβαρβου και Πέλλου
 Καλβίνου και Μεσάλλου
 Πομπηίου τὸ γ', και Μετέλλου
 Ρέφου και Μαρκέλλου
 Μαρκέλλου τὸ β', και Παύλου
 Λεντέλου και Μαρκέλλου
 Γάϊου Γουλιου Καίσαρος, και Σεργίου
 Καλβίνου και Βατνίου
 Γάϊου Γουλιου Καίσαρος τὸ β' μόνου
 Γάϊου Γουλιου Καίσαρος τὸ γ' μόνου
 Γάϊου Γουλιου Καίσαρος τὸ δ' μόνου

Αΐου Sc.
 DCLX.
 DCLX.
 DCLXX.
 DCLXX.
 DCXXC.
 DCXXC.
 Πιστων και Κεράσου Sc.
 Ορεσιου Sc.
 Ριγού Sc.
 DCXC.
 DCXC.
 Αφου Sc. male.
 Βικελίου Sc. male.
 DCC.
 DCC.
 DCCC.
 Πάνου

DCCX. Παύσα κη Γρτίε
Λεπίδου κη Πλάγκου

I. populi R. Imp. C. IULIVS
CAESAR.

Αντωνίε κη Γσαυρικῆ
Καλβίνε κη Πολλίων
[Κενσερίνε κη Σαβίνε]
Πάλγκε κη Φλάγκου

Γαίε Γελίε
Καίσαρ @ δ'
Sc.

II. populi R. Imp. OCTAVIVS
CAESAR AVG. ANN. LV. regnauit.

Αγρίππα κη Γάλλε
Ποβλικόλα κη Νέρβα Κορκείε
Κορνεφινίε κη Πομπηίε

DCCXX. Α'ντωνίε κη Λίβων @

DCCXX. Ο'κ'αβιανῆ Α'υγῆσου κη Κικίερον @

Ο'κταβιανῆ Α'υγ. τὸ β', κη * Κορβιλίε

Ο'κταβ. Α'υγ. τὸ γ', κη Κεάσα

[Ο'κταβ. Α'υγ. τὸ δ', κη Κεάσα τὸ β']

Σοοσίε Sc.

[Α'λωβαρβε κη Σωοσίε]

Ο'κ'αβίε Α'υγ. τὸ ε', κη Α'σπελπίε

Ο'κταβίε Α'υγ. τὸ ς', κη Αγρίππα

Ο'κ'αβίε Α'υγ. τὸ ζ', κη Αγρίππα τὸ β'

Ο'κταβιανῆ Α'υγ. τὸ η', κη Ταύεου

Ο'κταβ. Α'υγ. τὸ θ', κη Σιλανῆ

DCCXXX. Ο'κ'αβ. Α'υγ. τὸ ι', κη Φλάγκου

DCCXXX. Ο'κταβ. Α'υγ. τὸ ια', κη Πίσων @

Ο'κταβ. Α'υγ. τὸ ιβ', @ Α'ερωτίε

Καλίε Sc.

[Κέλου κη Τιβερίε]

Λολλίε κη Λεπίδου

Α'πουλνίε κη Νέρβα

Σατορίνε κη Λεκρητίε

Λεντέλε κη Λεντέλε

* Λεντέλε τὸ β', κη Κορνηλίε

* Φορμηίε κη Σιλανῆ

Δομετίε κη Α'λωβαρβε

Λίβων @ κη Πίσων @

DCCXLI. Κεάσα κη Λεντέλε

DCCXLI. Νέρονη @ κη Βάεου

Μεσάλλα @ Κυερίε

[* Ρ'εβελίε κη Σατορίνε]

Μαξίμου @ Τεβέρον @

Α'φελικανῆ κη Μαξίμου τὸ β'

Δρέσου κη Κελαπίε

Κενσερίνε κη Γάλλε

Σκίπτων @ Sc. Νέρονη @ τὸ β', κη Πίσων @ τὸ β'

* Βάλβε κη Βετέεου

Ο'κ'αβ. Α'υγ. τὸ ιγ', κη Σύλλε

DCCCL. Σαβίνε κη Ρ'εφίνε

DCCCL. *

Ο'κ'αβ. Α'υγ. τὸ ιδ', κη Σιλανῆ

Λεντέλε κη Πίσων @

* Πεβλίε Καίσαρε κη Παύλε

Τουινδικίε κη Ο'υίννεκίε κη * Ο'υάρε

Ο'υάρε Sc.

Λαμίε @ Σερβιλίε

*

Μάγνε κη Βολέσε

Λεπίδου κη * Πλάγκου

[Τιβερίε Καίσαρε @ Καπίτων @]

Κρητίκου @ Νέρβα
Καμίλλου @ Κλωπλιανῆ
Καμείνου κη Σαβίνου
Δολβεβέλλα κη Συλλανῆ
Λεπίδου @ Ταύεου
Τιβερίου Καίσαρε τὸ β', κη Καπίτων @
Πλάγκου κη Σιλίε
Πομπηίου Μάγνε @ Α'πουλνίου
Δρέσου @ Φλάγκου τὸ β'

DCCCLX.
DCCCLX.

III. populi R. Imp. TIBERIVS
CAESAR. ANN. XXII.

Ταύεου κη Λίβων @

Φλάγκου @ Ρ'έφου

Τιβερίου Καίσαρε τὸ γ', @ * Ρ'έφου τὸ β'

Συλλανῆ @ Βάλβου

Μεσάλλα @ Κόττου

Τιβερίου Καίσαρε τὸ δ', @ Δρέσου

Αγρίππα @ Γάλβα

Πολλίων @ @ Βετέεου

Κεθήου κη Ο'υάρον @

Αγρίππα τὸ β', @ Λεντέλε

Γεουλνίε @ Σαβίνου

Κεάσου κη Πίσων @

Σιλάνου κη Νεργία

Γεμίου @ Γεμίου

[Ρ'έφου @ Ρ'ουελλνίου]

* Ο'νευκίου @ Λογίνου

Τιβερίου Καίσαρε τὸ ε', μόνου

Α'νωεάρβου κη Βιτελλίου

Γάλβα κη Σύλλου

* Περσικῆ κη Βιτελλίου

Γάλλου @ Νονιανῆ

Γαλλίανῆ, @ Πλαυτίε

DCCCLXX.
DCCCLXX.

Βάρε Sc.

DCCXXC.
DCCXXC.

IIII. populi R. Imp. CAIVS CAE-
SAR. ANN. IIII.

Περσέλου κη Νιζήνου

Γουλιανῆ κη Α'σπρινάτου

* Κλαυδίου Καίσαρ @ κη Καίσαρῆ

Κλαυδίου Καίσαρε τὸ β', μόνου

DCCXC.
DCCXC.

V. populi R. Imp. CLAVDIVS
ANN. XIII.

* Κλαυδίου Καίσαρε τὸ γ', @ Σατερνίνου

Κλαυδίου Καίσαρε τὸ δ', @ Λάρου

Κλαυδίου Καίσαρε τὸ ε', κη Βιτελλίου

Κελαίου κη Ταύρου

Ο'νευκίου @ Κορβίνε

Α'σιαπνῆ @ Σιλανῆ

* * * * * DCCC.

* * * * * DCCC.

Καπίτων @ κη Ρ'έφου

* Ιταλνῆ κη Τερχάλου

DCCCXX.
DCCCXX.

VII. populi R. Imp. VESPASIANVS
ANN. IX.

Γάλβα @ Τίτου Ρ'ουφίνου

*

*

AND.

AND. SCHOTTVS LECTORI S.

RERV M Romanarum, vt & humanarum, vicissitudinem hisce FASTIS, veluti in speculo, credo, Lector, spectasti abundè. Nam de quattuor Monarchijs facile omnium florētissima ROMANA, primùm à Regibus, hinc à Decemviris, binisq̃ue inde Consulibus, denique ad vnus imperium redacta, ab Imperatoribus Augustis administrabatur. Et quemadmodum hominum & animalium, rerumq̃; ad eò omnium suus est ortus, progressus, ac deniq̃; interitus existit, (nihil enim sub Sole perennat, sed omnia orta occidunt;) & in eloquentia, artibusq̃ue ad eò omnibus, quæ studio parantur, vt in Tullianis Quæstionibus discerimus; ita & Romanæ Reip. sua est pueritia, adolescentia, iuuentus, ac denique atas mala fenectus fuit. Id quibus rerù Rom. Scriptores verbis testatum reliquerunt, L. Florus, Amm. Marcellinus, Eutropius, & Sex. Rufus, siue is Rufus Festus est appellandus, apponam. Sic enim Florus: Si quis populum Rom. quasi hominem consideret, totamq̃ue eius ætatem percenseat, vt cœperit, vtq̃ue adoleuerit, vt quasi ad quemdam iuuentæ florem peruenerit, vt postea velut confecerit, quatuor gradus, processusq̃ue eius inueniet. Prima ætas sub Regibus fuit propè ducentos quinquaginta per annos; quibus circum ipsam matrem suam cum finitimis luctatus est. Hęc erit eius infantia. Sequens à Bruto Collatinoq̃; Consulibus, in Appium Claudium, Quinctum Fuluium Consules, ducentos annos patet: quibus Italiam subegit. Hoc fuit tempus viris armisque incitatissimum: ideò quis adolescētiam dixerit. Dehinc ad Cæsarem Augustum ducenti quinquaginta anni; quibus totù orbem pacauit. Hic iam ipsa iuuenta Imperij, & quasi quædam robusta maturitas. A Cæsare Augusto in sæculum nostrum, non sunt multo minùs anni ducenti: quibus inertia Cæsarium quasi consenuit atque decoxit. Ammianus verò Marcellinus lib. xiv. Hist. Tempore quo primis auspicijs in mundanum fulgorem surgeret victura, dum erunt homines, ROMA, vt augetur sublimibus incrementis fœdere pacis æternæ, VIRTVS conuenit atque FORTVNA plerumque dissidentes: quarum si altera defuisset, ad perfectam non venerat summitatem. Eius populus ab incunabilis primis, ad usque pueritiæ tempus extremum, quod annis circumcluditur, ferè trecentis, circummurana pertulit bella. Deinde ætatem ingressus adultam, post multiplices bellorum ærumnas Alpes transcendit & fretum. In iuuenē erectus & virum, ex omni plaga, quam mundus ambit immēsus, reportauit laureæ triumphos. Iamq̃ue vergens in senium & nomine solo aliquoties vincens, ad tranquilliora vitæ discessit. Ideò Vrbs venerabilis post superbas efferatarum gentium ceruices oppressas, latusq̃; leges, fundamenta libertatis & retinacula sempiterna, velut frugi parens, & prudens, & diues, Cæsaribus tamquam liberis suis legenda patrimonij iura permisit. Et olim licet otiosa sint Tribus, pacataq̃ue Centuriæ & nulla suffragiorum certamina, sed Pompiliani redierit securitas temporis; per omnes tamen quotquot sunt partes terrarum, vt DOMINA suspicitur & REGINA, & vbique Patrum reuerenda

cum auctoritate canicies, Populiq̃; Rom. nomen circumspectum & verendum. Eutropius verò lib. i. Romano (inquit) Imperio neque ab exordio vllum ferè minus, neque incrementis toto orbe amplius humana recordari potest memoria. Rufus Festus tribus imperandi generibus, Regio, Consulari, & Imperatorio potentiam Romæ creuisse ad Valentinianum Imp. cuius erat æqualis, paucis quidem verbis, sed neruose sic describit: Sub Regibus septem per annos ducentos quadraginta tres, non amplius quàm vsque ad portum atque Ostiam, intra octauum decimum miliarium à portis vrbs Romæ, vt pote adhuc parua, & à pastoribus condita, cum finitimæ circumciuitates premerent, Romanum Imperiù processit.

Sub Consulibus, inter quos nonnumquam & Dictatores fuerunt, per annos quadringentos sexaginta septem, trans Padum vsq̃; Italia occupata est: Africa subacta, Hispania successerunt: Gallia & Britannia tributaria facta sunt. Inde Illyrici, Istrij, Liburni, Dalmatæ domiti sunt. Ad Achaïam transitum est: Macedones subacti. Cum Dardanis, Mæsis & Thracibus bellatum est. Etiam ad Danubium vsque peruentum. In Asia expulso Antiocho primùm pedem posuere Romani: Mithridate victo, Ponti Regnum occupatum: & Armenia minor, quam idem tenuerat, armis obtenta est: sed & in Mesopotamiam Romanus peruentus exercitus: cum Parthis etiam fœdus initum est: contra Carduenos ac Saracenos, & Arabes bellatum est: Iudæa omnis victa est: Cilicia & Syria in potestatem populi Rom. venerunt: Ægypti Reges fœderati erant.

Postremò sub Imperatoribus per annos quadringentos septem cum diuersa Reipubl. fortuna multi Principes imperarint, accesserunt tamen Romano Imperio Alpes maritimæ, Alpes Cottia, Rhetia, Norica, Pannonia, Mæsia, & omnis ora Danubij in prouinciam est redacta. Pontus omnis, Armenia minor, Oriens totus cum Mesopotamia & Syrijs, Arabia, & Ægypto sub Imperij Rom. iura transiuit. Hęc Festus Rufus, qui in reliqua parte libelli recenset, quo ordine singulis Prouincijs Rom. Resp. sit tum potita, factò initio à Sicilia, Sardinia, Corsica, Africa: quas primas extra Italiam Romani vicerunt.

Bella autem Rom. cum exteris gentibus terrarum, maria, gesta his etiam FASTIS ordine spectare, notatis ad oram annis, licuit, & Magistratus quidem maiores seu Curules; puta Consules, Censores, Dictatores, & Equitum Magistros, deniq̃; Triumphos & Ouationes. Verùm eniuverò vt Steph. Pighij τὸ μακροῦν Annalium Rom. Methodus melius cognoscatur, ordinem rationemq̃ue graduum in Magistratibus, honoribusq̃; decurrendis, breuiter exponam. Comitibus enim (quæ Romæ triplicia, Centuriata, Curjata & Tributa fuisse omnibus notum:) Centuriatis quidem maiores Magistratus, (qui & Patricij & Curules initio vocari solent) creabantur omnes, vt Consules, Prætores, Censores, & suis temporibus Decemviri legum ferendarum causa, & Tribuni militares Consulari potestate. Item Dictator, Magister Equitum, & Interrex: sed hi à populo non creabantur. Dictatorem enim, si Senatui visum fuisset, alter è Consulibus dicebat quem vellet, modò è Consularibus ali-

aliquem, *Magistrum* verò *Equitum* Dictator dicebat. Minores verò seu *urbani* Magistratus, *Quæstura* erat & *Tribunatus plebis*. His igitur honorum gradibus ascendebatur, quo hic ordine *Pighius* optimè pertractat, cum à *Patriciis*, tum à *plebeis*; vt *Quæstor* fieret vel *Tribunus*, & biennio iam interiecto *Ædilis*, *Prætor*, deinde *Consul*; quod honorum omnium fastigium erat, vt in *Græcia* victorem *Olympicis* renuntiari *Ludis*. De ætate cuiusque ordinis nunc videamus. Præscripta enim erat legibus ætas; quæ leges tum *Annales*, tum *Annariæ*, ab annorum numero sunt dictæ, saltem maioribus Magistratibus. Nulli enim ciuium *Rom.* licuit Magistratum *urbanum* gerere, qui non decem stipendia militiæ fecisset, hoc est, annis decem militasset. *Militaris* autem ætas anno decimo septimo inchoabatur, quo tempore & prætexta posita ephebis excederent, & virilem fumerent togam. Hinc appareat, ante annum septimum & vigesimum nulli Magistratum *urbanum* gerere licuisse, nisi qui legibus solutus esset; vt de *P. Africano*, *Cn. Pompeio*, & *Octauiano Aug.* paucisque alijs raro factum exemplo legitur. Igitur *Ædilitas* *Annali* lege gerebatur ætatis anno trigesimo septimo: biennioque interiecto *Prætura* anno quadragesimo, dehinc tertio & quadragesimo (nisi repulsam tulisset, vt ambitus reus) *Consul* creabatur. Vnde *Cicero Philipp. v.* in *M. Antonium*, de *Alexandro M. tertio* & trigesimo ætatis suæ anno extincto; quæ ætas, inquit, nostris legibus decem annis minor fuit ætate *Consulari*. Dixi gerebatur, non autem petebatur. Non enim eodem anno petebantur à *Candidatis* & gerebantur Magistratus, excepta *Censura*. *Peti* igitur *Ædilitas* poterat anno trigesimo sexto; *Prætura* trigesimo nono; *Consulatus* quadragesimo secundo: quique his annis eos adepti Magistratus essent, ij suis annis *Ædiles*, *Prætores* & *Consules* facti dicebantur. Quoniam autem Magistratum petere licebat decem, vt dixi, peractis stipendijs, primus verò Magistratus *urbanus* *Quæstura* erat, apparet *Quæstoriam* ætatem fuisse anno vigesimo septimo. Quæ ætate *C.* & *Ti. Gracchus* *Quæstores* facti: ijdemque trigesimo anno *Tribuni plebis* fuere. Ex quo conijcitur, *Tribunitiam* ætatem fuisse anno trigesimo. *Cicero* quoque, qui *Quæstor* *urbanus* fuit, *Prætor* *Sex. Peducaeo*, ætatis anno xxxi. & septimo post anno *Ædilis* fuit, *Q. Hortensio*, *Q. Metello* *Coss.* *Prætor* autem anno ætatis quadragesimo primo, & biennio semper interiecto *Consulatum* illum *Reip. bono*, oppressa *Catilinæ* coniuratione, gessit, annum agens quartum & quadragesimum; suo mirum anno omnia, vt in *Pisoniana* ac *Mureniana* *Orat.* gloriatur. Rursum maiorem Magistratum petere non licebat, nisi qui minorem gessisset. Qui ergo *Quæstor* non fuisset, *Ædilitatem* petere non poterat: nec *Præturam*, nisi qui *Ædilis* fuisset: nec *Consulatum*, nisi qui *Prætor*. Adhæc eundem petere Magistratum, nisi dicennio interposito, non licebat, nisi si legibus solueretur: quod de solo *Consulatu* intelligendum. *Censor* verò bis fieri potuit nemo. *Dictatura* autem non petebatur: quæ tamen, vt & *Consulatus*, ijdem sæpius mandata legitur. Nam & *C. Marius* septies *Consul* fuit, & *Camillus* quinquies *Dictator* creatus. Magistratus autem minores *Tributis Comitibus* creabantur, qui singulis annis ad suum munus *ordinarium* in *vrbe* obeundum à populo creaban-


tur: puta, *Ædiles Curules* & *Plebei*: *Tribuni plebis*, *Triumviri Capitales*, & *Monetales*, auro argento aere flando feriundo: itemque *Nocturni* iii. viri, *Quæstores* quoque & *Tribuni militum*; hi enim ordinarij Magistratus in *Urbe* fuerunt, donec *Cæsar* *Dictator* *Remp.* occupauit. Quod atinet ad *Prouincias*, in quas *Proconsules*, *Proprætores*, aut *Proquæstores* mittebantur, obseruo ante bellum *Punicum* secundum, *Senatum* futuris *Consulibus* aut *Prætoribus* certas assignare *Prouincias* solitum, quas inter se Magistratus initio fortirentur, nisi aliter inter se comparassent. In eas autem *Prouincias* profecti annum ibi Magistratus sui peragebant: eoque finito, nouis succedentibus Magistratibus, eas tradebant. Quamdiu verò seruata hæc ratio est, *Comitiis* ad creandos Magistratus *prouinciales* nihil opus fuit. Postea vrgentibus vndique bellis, & crescente *Prouinciarum* numero, extra ordinem *Prouinciæ* interdum mandandæ erant, idque pluribus de causis: vt si è *Repub.* visum fuisset, alicui, anno finito Magistratus sui imperium in *Prouincia*, quam administrabat, continuari, quod sæpè vsuuenit; aut si *Senatus* *Prouinciam* aliquam *Consuli* certo aut *Prætori*, vt magis idoneo, extra sortem mandandam censuisset; aut si *privatus* aliquis ad *Prouinciam* difficilè administrandam magis idoneus visus esset quam aliquis ex Magistratibus, mittebatur in *Prouincias*. Sic bello *Punico* ii. *P.* & *Cn. Scipione* in *Hispania cæsis* (quorum alter pater, alter patruus fuit eius *Scipionis*, qui post *Africanus* est dictus) cum eam *Prouinciam* nec Magistratum quispian nec *privatorum* peteret, *Scipio*, quod legitimum ætatem petendis Magistratibus non haberet, *privatus* eam *Prouinciam* depoposcit, missisque in eam est *Proprætor*. *Cn. Pompeius* quoque missus *Prætor* in *Hispaniam* pro *Consulibus* anno *V. C.* sexcentesimo octogesimo *Sertorium* armis superauit. *Philippus* enim non *Proconsule*, sed pro *Consulibus* mittendum censuerat. Et hæc quidem de Magistratum ætate, honorumque gradibus dicta sufficiant. Finem facio, si *Epigramma Fastis* hodie appositum, spectatumque à nobis in *Capitolio* vna cum *C. Duilij* *rostrata Columna* ad gradus, quæ ascenditur, hic repræsentato:

SENATVS. POPVLVSQ. ROMANVS
MONVMENTA. MARMOREA. MAGISTRATVVM
TRIVMPHORVMQ. AB. VRBE. CONDITA
AD. TEMPORA. DIVI. AVGVSTI. RVDERIBVS
IN. FORO. EGCESTIS. ERVTA. IMPENSA. ALEX
FARNESI. CARD. PAVLI. III. PONT. MAX. NEPOT
IN. CAPITOLIO. P

MICHAEL SILVIVS CARD. AD VRBEM ROMAM.

Marmora præclaro testantia fronte triumphos,
Atque magistratus, inclyta ROMA, tuos,
In medio mansere foro dum ROMA manebas,
Postq̄, deos orbi iura secunda dabas,
Ast vbi te indignis fregit fortuna ruinis,
Obruereat titulos alta ruina tuos:
Támque diu in tenebris tantis iacuisse videntur,
His veluti fato debita temporibus,
Quæ modo Alexander patria te dignus, auoque
Paulo, inuenta tibi marmora restituit.
Tu Capitolina meliore in sede reponis,
Et legeris magni munere Farnesij.

CHARACTER
 SALISVBSILI
 LIBRI VII.
 ANNALIVM ROMANORVM
 STEPHANI VINANDI PIGHII.



MARSPITER. ITALIAM. VT. TENEAT. SALISVBSILVS. AFROS.
 BELLEROPHONTIS. EQVO. TRIQVETRIS. EXTERMINAT. ORIS.

LIBER septimus Annalium belli Punici primi historiam anno-
 rum XXIII. complexus, Romanos magistratus annuos, eorumque
 res domi militiaeque gestas, ab Urbis anno CDXXCIX. incipiens,
 nobis explicat. Quo tempore populus Romanus arma primum extra
 Italiam in vicinas prouincias prouehere cepit, & in Siciliam proxi-
 mam transportare legionum aquilas, atque signa cohortium. Quod non tam compulsus
 iniuria fecit, quam periculi metu: ne scilicet potentissimus terra marique barbarus Pae-
 nius, Italiae suae propinquam atque olim contiguam insulam praecipue occuparet. Qui tunc
 eiusdem ferè dominus Messanam in angustiis interpositi freti sitam obsidebat, post Sardi-
 niam, Corsicam, & plures Tyrrheni maris insulas cum magna Hispania parte subactas.
 Non satis idcirco tutum sibi putauit populus Romanus hostem adeò potentem vicinum
 habere, qui per Siciliam, cum vellet, armatus, quasi per pontem quemdam suum transi-
 re in Italiam posset. Quinimò necessarium fore vidit, insulam illam non deserere propter
 propinquitatem, ac commoditatem praestantiamque prouentuum, quibus Italiae neuti-
 quam cedit: cuius etiam penus atque horreum à Romanis in potestatem redacta vocabat-
 tur, quòd omnes eius insulae prouentus, exceptis, qui ibi consumuntur, paucis, in Italiam

Cur Roma-
 nus Paenum
 in Sicilia vi-
 cinum habe-
 re noluerit.
 Altera caus-
 fa non dese-
 rendi Sicilia
 Romano
 qua fuerit.
 Sicilia penus
 atque hor-
 reu Roma-
 noru postea

A

Roman-

Romanique comportari soleant : non solum fructus , mella , vina ; sed etiam pecora , pelles , lanae , aliaque id genus ad vitæ humanae cultum omnia , sicut apud Strabonem legimus , & M. Tullius Siciliae patronus contra Verrem in actionibus suis passim testatur . Itaque summis viribus Afros inde dispellere Romanus omnino decrevit . Hinc primi bellifunestissimi contra Pænos exordium : quod quantis impensis , & quam immenso cum sanguine gestum , ac denique patratum fuit , cum liber hic septimus nobis diligentius exequatur , character eius erit prima legionum Romanarum in Siciliam transfretatio . Vides igitur navem rostratam prætoriam onustam Romanis militibus , cuius in proa Mars in Pegaso Salisubsilus hastam contorquens in Siciliam oppositam insigne est . Hinc dicta navis nomen prisco more Pegasus , vel Salisubsilus , sortita est : simulque libri septimi titulum ac argumentum indicat . Martem vero prisca Latina voce Marspitrem Romani appellabant , quia Romuli conditoris Urbis & imperij patrem ferebant esse . Quin antiquissimo Aboriginum ritu in sacris etiam alios deos plures , utpote Saturnum , Iouem , Neptunum , & Ianum , patres vocare solebant , ut apud A. Gellium legimus libro v. cap. XII. noctium Atticarum . Cum itaque Marspitrem suum Romani magna religione , & vario ritu , pompis etiam amburbalibus colerent ; inter alia quoque peculiari sacro cognomine Salisubsilum indigitarunt , cuius Pacuvius & Catullus poëta meminērunt . A saliendo subsiliendoque Martem sic dictum esse docti volunt : vel etiam quòd in salo vel mari clasibus armatis pugnando subsultat . Mars autem in antiquorum illa vana Theologia , mentis & cordis impetus generosus vi semet eleuans ac exaltans ut vincat , obtineatque desideratum , credebatur esse , tam apud barbaros quam Græcos , aut Latinos . Quod ipsum pleraque Martis epitheta satis insinuant . Ut etenim à Romanis Salisubsilus vocabatur ob causas iam dictas ; ita etiam Græci Orchestes , id est , Salium vel tripudiatorem dixerunt . Sic enim apud Lucophronem Chalcidensem Cassandra vates furibunda post Paridis profectiōem inimicae classis Græcorum ad Murinam Troadis appulsum vaticinando præuidens , de Marte canit . Tunc scilicet terram armorum splendore inclaretandam , cum Mars Orchestes strombo cruentum canet classicum .

Eius verba sunt hæc :

Και ὃν ἐστὺν τοῦ γένους Ὀρχήστῃς Ἄφροῃ
MARS PITR ITALIAE BELLEPHONTIS EORIS

Στρομβῶν τὸν αἰματηρὸν ἐξ ἄρ' ἔχων βοῦκον .

Sicilia fons primi belli contra Pænos.

Character libri huius VII. Mars Salisubsilus.

Mars cur Marspiter Romanis dictus.

Martis cultus apud Romanos.

Salisubsilus vnde. Mars , quid apud veteres.

Orchestes Mars.

Strombus quid.

Ὀρχήστῃς Ἄφροῃ
μορ. ἔχον Ὀρχήστῃς Ἄφροῃ
μορ. ἔχον Ὀρχήστῃς Ἄφροῃ
μορ. ἔχον Ὀρχήστῃς Ἄφροῃ

Imago Martis Thuri in numis Thuriiorum antiquis eleganter expressa.

Taurus insultans Thuriiorum nummus. Ἄφροῃς vnde. & quid significet. Tres affectuum gradus secundum Platonem.

Strombum interpretatur Tzetzes commentator concham , qua cicre prælia ante buccinam inuentam veteres solebant . Est è concharum genere species oblonga , ore rotundo , turbinatim inuoluta , atque ut cornu recurua : non secus ac Tritonum buccinas effiguras videmus in antiquis marmoribus . Jam vero cum generosus & Martius animus plerumque se verset valide , Martem Orpheus & Græci idcirco Ὀρχήστῃς Ἄφροῃ , ἢ Ὀρχήστῃς Ἄφροῃ appellarunt ; quasi fortem , grauem atque potentem . Item Ὀρχήστῃς Ἄφροῃ ab impetu & assultu vehementi eleganter est nuncupatus ; sicut apud eundem Orpheum , Homerum , Anacreontem , & alios poëtas Græcos legimus . Tali in habitu vel schematismo Martem , paridoque scuto , quod ἄφροῃς apud Græcos vocatur , armatum , atque hastam cum assultu vibrantem , coluisse Thuriōs magnæ Græciæ populos , testantur etiam antiquissima & artificio præstantissima numismata : qui inde nomen habere videntur , à Martio scilicet insultu . Quod ipsum etiam insultante cornipeta tauro per alia quedam sua numismata significare volunt , quò magis vim proprii nominis sic exprimant , Ὀρχήστῃς Ἄφροῃ autem ad animi Martios illos impetus reuerant , à quibus iam dicta Græci dedere Marti suo cognomina ; ἄφροῃς illi ἄφροῃς dèδουκον deduxere : quod non solum ipsis sacrificare cum zelo cupide , sed & festinanter incitare , atque impetum facere notat . Affectuum autem animi partem

partem istam, quæ θυμὸς vocatur, Plato collocat in præcordiis, obstrepentem scilicet rationi, cui sedem in cerebro tribuit: indicatur θυμὸς primus perturbationis gradus, quando sanguis circa cor incallescens incipit ebullire. Subsequitur deinde pedetentim ἄστος iam profundior, & adultior ira: & hæc sæpè fit ὄργη, furor scilicet, & exandescencia, mox cupiens erumpere in vindictam. Hos quidem, & alios animi Martios spiritus ac motus, Romæ Salii Martis sacerdotes magna cum religione mense Martio sacris cantionibus atque tripudiis armati per urbem euntes, solemnibus saltatu exprimere conabantur. Quos hinc à saliendo Saliis nominarunt Romani, & Martem suum Sali-
Saliorum cantiones & tripudia.

subsilum. Sic etiam eorum cantus carmen Saliare dicebatur teste Sex. Pompeio Festo, quale est, quod apud Græcos ὑπόρρημα vocatur, generosum ac virile quid in se habens.
ὑπόρρημα.

Mars autem Salisubsilus ex Pegaso vel Bellerophontis equo pugnans, maritimi navalisque,
Mars in Pegaso pugnans quid signet.

belli quoddam est symbolum. Mars etenim, cum est impetus animi ad contentionem ac bellum tendens, arripotens & bellator Deus à Marone & Poëtis Latinis canitur, ut & Gradius, Ultor, Bisultor, aliisque similibus. Qui cum mari classibus truces belli motus laceffit, equis vel Pegaso vehi in antiquis sculpturis marmorum atque nummorum fingitur. Quapropter & Hippius à Poëtis appellatur, sicut Neptunus,
Mars Hippius. Neptunus Hippius.

qui equum tridente suo terra percussa primus produxit: atque in equum versus, Cererem equam stuprauit, ut fabularum mater Græcia variè prodidit. Pausanias quidem in Achaicis Hippium Neptunum idcirco dictum colligit ex Homero, quod equitationis inuentor fuerit. Addit amplius, Pamphum Poëtam, hymnorum maxime præfiscum apud Athenienses auctorem, canere Neptunum non equos tantum, sed & bene
Neptunus inuentor equorum & nauium.

velatas naues dare, cuius hæc citat verba: Ἰππῶν τε δοτῆρα νεῶν τ' ἰδυκονδέμευων. quibus Neptunum inuocat. Valerius autem Probus commentator in Virgilij Georgica scribens, ubi poëta Neptunum in operis sui exordio sic inuocat:

— Tuque, ô, cui prima frementem
 Fudit equum magno tellus percussa tridenti
 Neptune. —

dicit equum primum in campis Thessaliæ Petreæ exitum è petra Neptuni tridente,
Scyphius equus Neptuni.

qui Scyphius est vocatus. Ad eandem fabulam respicit & Lucanus poëta ciuiliū bellorum libro VI.

Primus ab æquorea percussis cuspide faxis,
 Thessalicus sonipes bellis feralibus omen
 Exiliit; primus chalybem frenumque momordit,
 Spumauitque nouis Lapithæ domitoris habenis.

Plures alias adducit ex fabulis diuersis causas Sex. Pompeius Festus, cur Hippium
Pegasus Neptuni filius ex Pegaside.

Neptunum Græci celebrarint, quod scilicet Pegasus ex Pegaside procrearit; vel quod equuleus, ut putant, pro eo suppositus à patre Saturno deuoratus fuerit; vel quod tridentis ictu terra equum excierit, cui ob hoc, inquit, in Illurico quaternos equos iaciebant nono quoque anno in mare. Aliam adfert primi equi Scyphij originem ex alia fabula Pindari interpres Pythiorum hymno quarto, quod Neptunus in saxo iacens consopitus per somnum Venerium profuderit semen genitale, ex eodemque lubenter ac blandè suscepto terram grauidatam peperisse primum equum, quem Scyphium vocauerunt Græci.
Interpretatio fabulæ de Scyphio. Neptunus quid in rerum natura. Naues hippopotami Neptuni progenies.

Eleganter ad genituram terrestrium rerum accommodari potest hæc fabula, cum Mythologi veteres, Phurnuto de natura deorum tradente, vim procreatricem humidæ Neptunum esse interpretentur, quæ in terra, nec non circa terram operatur, & animantium stirpiūque genus omne in terris aquisque producit. Hinc etiam nauium quibuscum equi-

Elemento-
rum sexus
duplex.

Naues a-
quarū equi.

Pegasus vn-
de dictus.

Cærulei
fontis ara.

tantur maria & aquarum meatus, materies prouenit vniuersa. Nam ex Aegyptio-
rum opinione Græci etiam duplicarunt elementa hæc inferiora; qui aquam masculam
censebant esse mare, feminam aliam omnem, quæ per terram fluens eandem humore suo
fecundat. Itaque Pegasus & Scyphius equi, Neptuni finguntur filij, per quos non tan-
tū animalia quadrupedia, sed etiam naues aquarum equi atque uehicula signifi-
cantur; sicut in nummorum quorundam interpretatione per occasionem obiter aliquan-
do commentatus sum. Pegasus enim non solum *ἄρῳ ἵπῳ πηγάω* nomen habet, quia fon-
tium ortus ac incrementa mare suppeditare putatur, dum per terrarum occultos meatus
tridente suo Neptunus laborat, & fluxus aquarum perpetuo motu, ventis adiu-
uantibus, circumagitant, scandere ad montium ferè cacumina, relabique ex alto ad fun-
dum suum retrogrado cursu facit, quasi circum perenniter absoluens. Quod ipsum non
ineleganter nobis explicat antiquissimum epigramma, quod aræ insculptum marmoreæ
Cyaneis vndis sacrate ad portam Capenam me Romæ legisse apud doctum ac nobilem
Gentilem Delphinium memini;

VNDIS. CYANEIS. DONVM. PLA
CAVILE. FECIT
CONTVRCIVS. BLANDAS. PER. A
QVAS. ARAM. VENERANDAM
HINC. ORITVR. PERGITQ. FLV
ENS. DEINDE. OCCIDET. IN. SE
RIPAI. MOX. VIRIDIS. RENOVAN
TIBVS. INCLVTA. NVMPHIS
NVMINE. FONTIGENO. GRATES
EX VNDIQVE. SOLVENS

Capet & a-
gna tempe-
statibus, hæ-
cus fontibus
immolaban-
tur.

Arula est quadrata, in cuius dorso hædi caput insculptum non sine caussa. Nam vt
caprum & agnam Romani tempestatibus; ita hædos fontibus, quibus terræ scetus
nutriuntur, immolabant. Sic Horatius Odarum tertio ad fontem Blandusie sue:

O fons Blandusie nobilior vitro,
Dulci digne mero, non sine floribus;
Cras donaberis hædo
Cui frons turgida cornibus.

Hinc idem in Epodo:

Libidinosus immolabitur caper
Et agna tempestatibus.

Pegasus na-
turalis ele-
mentorū
transmutatio.

Ex iam dictis elucescere aliquantum fortasse poterit, Græcorum plures fabulas nobis
per Pegasus ostendisse elementorum naturalem metamorphosim, sensibilesque motus
aquarum, vt marini fluctus Neptuni tridente ex abisso per terrarum corpus pulsū
tamquam venis multis dispergantur, euebanturque; donec erumpant in aërem le-
uiiores purgatioreque. Iam quia in Helicone Bæotie summo monte fontem altissimum
purissimumque esse putarint, finxere Pegasi ad sidera volantis ungula dextra è
saxis excitum fuisse, quem Hippocrenem, vel equi fontem dixerunt; physiolo-
gicè fabulis hisce fontium & aquarum puriorum naturam significantes. Hæ nam-
que facilius resoluuntur in aërem propinquum, & sursum efferuntur tamquam
pennis quibusdam suis æthereo cognato aëri supremo cohaerescere cupientes. Atque
sic Neptuni Pegasus alarum pennis ad celum volans media sui parte superiore ad
Umbilicum vsque inter sidera fingitur esse, reliqua inter nubes; cum impu-
rior

Helicon
Bæotie.

Hippocre-
ne.

Pegasus cur
alatus.
Cur media
pars Pegasi
inter nubes
remanente
fingitur.

rior, grauior que pars aquarum media via subsistens in vapores ac nubes diffusa soluat in pluias, & in terras decidens ad gremium matris Therydos reuertitur. Hinc humidum in calo censetur signum Pegasus, inter Pisces, Delphinum & Aquarium positus, ut Hyginus illum depingit: quo oriente a. d. pridie Non. Septembris, imbres cadere, Ptolomeus auctor est, cum proximo die emergat Capella. In hunc ferè modum Græci per fabulas istas inter alia naturales elementorum fluxus quodammodo depingere voluerunt, cum Pegasi nomen $\epsilon\pi\sigma\tau\epsilon\tau\alpha\sigma$, à fontium scilicet, humorumque in aëra scandentium motu deducunt. Qui cum à $\pi\epsilon\gamma\alpha\sigma$ nomen hoc deriuant, à pangendo scilicet vel componendo; per Pegasus naues è multis lignis compactas, earumque per aquas volatus in suis scriptis significant: nec non per equum quem Scyphium vocatum Neptuni tridente saxis excitum, ut diximus, primùm hominibus apparuisse fabulantur. At qui primigenia lingua Celtica (quæ olim, ut multis doctis persuasum est, per Europam vniuersalis fuit) nunc etiam temporis apud Germanos, nauium omne genus Scyff, ut Scyphius appellatur equus Neptunius Græcis, & litera per ff expressa. Cum autem equus ad veturam imprimis hominum vsui procreatus à natura sit; & ut in aquis non minor esset commoditas, hominum industria nauis sit inuenta; factum ut promiscuè nomen equi, nauibus item propter commodam in aquis veturam permanserit, & hippopotami vel equi aquatiles sint appellati. Hinc poetarum veterum fabula, vel ex Neptuni semine hos equos esse è terra natos, vel eius tridente è saxis excitos; cum aquis imposta naues, fluctibus motum, quasi vitam quamdam suam accipiant. Ex quibus fabulis, poetarum quosdam tanto cum ingenio atque arte suis in carminibus de equis aliquoties ita cecinisse videmus, ut eadem de nauibus etiam intelligi possint, quæ de equis fabulantur. Quem admodum Homerus de regis Erichtonij equarum velocitate scribit, eas in agris per summas culmorum aristas pendente cursu volare, nec non per ampla maris terga saltantes vngulis summos tantùm fluctus radere. Iam ut Lucanus poeta Scyphium equum primùm in Thessalia chalybem frenumque momordisse canit,

Spumasseque nouis Lapithæ domitoris habenis:

sic Pindarus Pythiorum Ode quarta nauis Argus anchoram frenum metaphoricè vocat quàm aptissimè, quòd hac nauium cursus comperatur, non secus ac temone contoque gubernentur. Vela quidem, Pegasi sunt ala, remi pedes, quibus cursum iuuant. Hinc est quòd Patephatus in libello De non credendis fabulis, qui eas ferè ad rerum gestarum narrationes accommodare conatur, Pegasus non equum volucrum, sed nauem velis ac remis instructam ab equi volantis similitudine vel inter signo sic vocatam vult fuisse, nec non nomen ipsum nauigio magis aptum quàm equo indicat, qua Bellerophon ad Chimaeram expugnandam est vetus. Hippium, ut dixi antè, Neptunum, quasi principem ac auctorem originis & vsus equorum atque nauium, fabulantur Græci ex Medusa, quæ curam significat, Pegasus, & ex Cerere, quæ terræ semen est, Arionem equum procreasse, quemadmodum Lactantius commentator in sextum Thebaidos Statij poeta annotauit. Libro quarto tamen discrepans, equum vtrumque tridentis ictu è terra natum sic scribit: Cum adhuc ignotus esset equorum cursus mortalibus, & horum animalium natura egeret terra, Neptunus remediaturus humanos successus virtutibus atque potentia, in Thessalia terram tridente percussit; subitoque, mirum dictu, solo prosilierunt duo equi, scilicet Scyphius & Arion. Inde optima naturæ equi Thessalici per orbem feruntur. Per equos istos intelligere etiam veteres nauigij genus omne voluere; nec minus aquarum naturam, quàm equorum, id est, nauigiorum cursus Neptuni virtutibus atque potentia subiectos esse. Hos cursus etiam ipsum mortales docuisse, cum

Alia Pegasi significatio.

Scyphius, idem quod Germanis nunc temporis Scyff, significat, id est, nauis.

Nauis cur equi dicti.

Hippopotami naues notant.

Erichtonij regis equæ apud Homerum.

Frenum nauis, anchora.

Vela ala Pegasi.

Nauis, non equo vetus Bellerophon contra Chimaeram.

Hippius Neptunus equorum ac nauium auctor. Arion equus ex Neptuno & Cerere natus.

Neptunus magni diluuij tempore docuit homines nauigare.

equis ac ratibus aquas tentare cœpissent, fabulis istis significarunt. Hinc Phornutus de Neptuno scribens, Hippium vel equestrem dictum ait, à velocitate navigationis maritima: quodque nauium in mari vel aquis, tamquam equorum in terra fuerit semper usus, à diluuii magni temporibus, cum inundationum necessitas humanum genus primum ratibus & equis sibi suisque rebus consulere docuit. Cùm itaque summo conatu magnaque celeritate rem peragendam esse censemus, & equorum & nauium coniunctam operam adhibendam vulgari proverbio, Velis nimirum & equis, nec non nauibus atque quadrigis properandum dixere Latini. Sic eleganter Horatius in epistolis: Strenua nos exercet inertia, nauibus atque

Quadrigis petimus benè viuere. —

Et M. Tullius ad Q. Fratrem: Cursu corrigam tarditatem, cùm equis, tum velis. Idem amborum usus & effectus, eademque commoditas, ideoque veterum poetarum ingenia de hisce variis & fabularum & epithetorum emblematicis ludere voluerunt, quæ mixtim tam equis quam nauibus conueniunt. Legimus apud C. Julium

Pulchra Hygini fabula.

Laomedontis regis equi super aristas & vndas ambulantes.

ἀσπίδες ἰπποπόδες ἢ ποδῶν ἰπποπόδων ναυες & equi dicti. ἰπποπόδες à pedū volatu.

Insomnia de nauibus & equis.

Homerus ἰπποπόδες ναυς.

Siciliae character antiquissimus ex aereo nummo Pighij descriptus.

Hyginum in fabulis, Herculem & Telamonem Troia, cùm Laomedontis regis filiam Hesionem monstro ceto marino expositam liberaturi essent, à rege patre sibi in præmiū pepigisse Hesionem ipsam vt secum in Græciam ducerent, & equos regis qui super aquas & aristas ambulabant. Paradoxum quidem hoc occurrit animo, sed pulchra quadam Metaphora mox suggeritur, per equos istos etiam naues è classe regia intelligi, quæ super aquas, & ex equitio nobili veloces & eximios equos, qui super aristas currere posse viderentur.

Hinc epitheta his admodum congrua reperimus, ἀπὸ ποδῶν, item ποδῶν νεοί: quasi turbinum vel ventorum pedibus veloces naues re ipsa, & equi comparatione quadam aptè dicuntur. Quos Græci ἰπποπόδες à pedum volatu appellarunt, nimirum, ἰπποπόδες τῶν ποδῶν. Cùm igitur ob motus & usus similitudinem inter equos & nauigia sit magna cognatio, sicut iam abundè declarauimus, Oneirocriticorum est sententia, naues & equos in insomniis obuersantes in eandem sapiens interpretationem cadere, & idem significare. De qua re sic Artemidorus de insomniorum interpretatione libro primo cap. LVIII.

pulchrè scribit: Similis autem & nauibus equus est. Nam & poeta naues equos dixit, & nos Neptunum Hippion, id est, equestrem vocamus. Et sanè quam rationem in terra, equus habet, eandem nauis in mari. Hæc ita Latine reddidit Ianus Cornarius, Græcum exemplar nunc apud me non est. Itaque equorum commoda vegetatio in somniis prosperum nauigaturos significat: sic cessitatio, lapsus, aut vitium aliud, notant naufragium, vel alia navigationis incommoda. Sed quoniam discurrens euagor? te, Lector, à magis seriis ad fastidium detinens. Iam enim de Salisubulo Marte & eius rostrata Pegaso satis, quantum ad characteris istius partem attinet, me dixisse puto. Restat, vt addamus quædam de altera parte, nempe triquetra Sicilia, cuius formam ex aereo nummo, qui apud me seruat, antiquissimo, desumpsimus. In cuius vno latere caput mento raso, capillisque tonsis, & naso satis oblongo: cui circumscriptum populi nomen, qui nummum cudi curauit, litteris priscis Græcis, ΠΑΝΟΡΜΙΤΑΝ. Cuius autem herois aut principis ista sit facies, asserere difficile est, cùm nominis proprii character adsit nullus: coniecturas tamen quasdam verisimiles in medium proferrè haud vetitum censeo. Augusti imaginem quamdam representare videtur, atque Strabo Geographiæ lib. VI. nobis auctor est, coloniam Romanam suo tempore Panormum habuisse, vt Augusti auspiciis eò deducta videri posset. Verùm provinciales Cesarum sub imperio ac dominio positi non solent Imperatorum sui temporis imagines ἀναστυψασθαι & ἀδύναται in nummis insculpere, nec meminime tales vidisse. Quare nummi ipsius character priscus, & rudioris æui scul-

ptura

ptura facit, et opiner, ante Caesarum tempora, coloniamque Panormum deductam, nummum hunc cūsum esse, & ostendere potius effigiem antiqui herois, vel principis alicuius primorum cultorum Panormi, atque Siciliae, quos Graecorum fabula nobis plures proferunt, ut postea dicemus. Iam numismatis altera pars nil aliud quam tribus brachiis explicitam Siciliam representat cum capite Cereris, vel, nisi fallor, raptae Proserpinae, inter ipsa brachia medio, quemadmodum hanc in charactere libri delineatam vides, & ut illam antiqui ex triangulari insula forma figurare solebant. Quae tribus inter marinos fluctus diffusa promontoriis incuruis, tamquam flexis in diuersos sinus brachiis aut poplitibus, triquetram quasi speciem procul ex alto visentibus exhibet. Sic illam eleganter atque ingeniose in antiquis Siculis nummis signatam videmus, per brachia videlicet tria incurua, quae manibus suis spicas ostentant, & Cereris vel Proserpinae faciem habent, ut in meo, vel per tria femora cum poplitibus & pedibus suis inflexis in diuersos sinus, atque in ipso nummi medio quidam umbilicus, quae Ennam (ubi rapta Proserpina) in Sicilia media notat. Annexi singulis pedibus singuli vomeres loco calcarium, eleganter nobis monstrantes manuum pedumque labore Siciliam fieri fertilissimam. Talis item apud me est nummus aureus pulcher. Hanc ferè speciem, ut dixi, monstrat insula tribus suis praecipuis promontoriis Peloro, Pachyno, atque Lilybaeo, quibus in pelagus sinuosis flexibus excurrit, vnde Trinacriam ab his appellatam esse volunt. Ut igitur triangulam esse demonstrarent, Pindarus Tricuspidem dixit, & Lucophron in Alexandra Triceruicem appellare voluit. Ceterum Iustinus ex Pompeio Trogo libro historiarum quarto primum eius insulae nomen testatur fuisse Trinacriam, quam Stephanus Byzantius in urbium Lexico sic vult appellatam, quod Τριανός, id est, ventilabro atque tridenti sit similis. Homerus Τριανός Thrinaciam vocat, detracta penultima consonante aspera: sed Dionysius Alexandrinus in orbis terrarum descriptione omisso vocis spiritu, Trinaciam nominat: sic vocatam insinuans à Trinaco bubulco Neptuni filio, quem ex Sibulla versibus Siciliae primum conditorem nobis profert Eustathius commentator, quos citat tales:

Siciliae cur tribus brachiis vel tribus poplitibus similis formetur.

Trinacria cur dicta. Tricuspis.

Triceruix:

Trinacus Neptuni filius.

— τὸ ἔκτισε Τριανός ἦρθε

Ἦ ἰδὲ τὸ τοῦ μέδου Ποσειδῶνος ἀνεκτῆ.

Citat eosdem Sibulla versibus in voce Trinacria Stephanus Byzantius; Verum an ibi re-
 Et Τριανός ἦρος legatur, non Τριανός, videndum. Respicit haud dubie Sibulla ad Graecorum fabulas de istius insulae primordiis variè confectas. Quam peninsulam olim, atque Ausonium isthmo quodam Italiae contiguam fuisse, magnoque terrae motu, conuulsis isthmi fundamentis, insulam factam, veterum omnium opinione receptum est, Virgilij III. Aeneidos, & Iustini à Trogo Pompeio. Sed quoniam hoc tempore contigerit, an antiquorum scriptis memoria proditum fuerit, me legisse non memini. Itaque multiplicem fabulis materiam haec insula praebuit, tam natura sua terra caeuernosa, quae fistulis ac specubus passim ita penetrabilis est, ut ventorum flatibus tota pateat, & in fundamentis suis infinita ignis materiem contineat, quam operatione circumflui maris, quod perpetuo fluxu, impulsuque suo intra scopulos & saxa subterraneos ventos agitans, ac flammam inter pingues & sulphureas venas nutriendi, graues aliquando terrae motus concitare solet. Non igitur mirum, si fabulosa sit insulae istius antiquitas, quam Vulcani fornacem & officinam, Gigantum carcerem, nec non Cycloperum patriam poëtae finxerunt. Cum autem maris ac terrae motuum impetus insulam fecerint, & ab Italiae continenti diuiserunt, fabulantur hanc Neptunum humidae (ut Ammianus interpretatur) substantiae potestatem (quem, inquit, Ennosigeon, & Sifichtona poëtae & Theologi veteres nuncupa-

Stephani locus.

Sicilia primū península Italiae contigua.

Siciliae conditio, & natura miraculosa.

Fabulae de Sicilia.

Neptunus humidae substantiae potestas Marcellino.

uerunt) isthmum illum vdo & multum spiculato abscidisse ferro. Quod etiam pulchre Dionysius Alexandrinus de hac insula, & Euripo Siculo cecinit in orbis terrarum descriptione; cuius versus sunt tales:

Τῆς μὲν ἑσθῆς βορέην ὀλοὴν ναύτησι κέλευθον,
 Στενή τε, δολιχὴ τε, & ἀχέτος ἤχι θάλασσα
 Συρομένη, μακρῆσι πεβέρεμεν ἀπιδάδωσιν,
 Αἰονίῳ τμηθεῖσα πολυγλώχινι σιδήρῳ.

Tridens
Neptuni.

Sic Dionysius eleganter postremo hoc versu περιεγραμῶς Neptuni tridentem vel fusciam depingit; vdam scilicet esse, & multis spiculis acutam, qua isthmum perfodisse fingitur: marinos fluctus intelligens, quibus ex peninsula fecit insulam, ut

Iocastus
Aeoli filius
ex incolis Si-
ciliae primis
vnius post
terre motu.

gratificaretur Iocasto Aeoli filio, ut posset eam securius inhabitare, quemadmodum Eustathius commentator locum interpretatur ex antiquis veterum fabulis. Capitis igitur imago, quam dixi in vna mei nummi Siculi parte videri, vel Iocastum cul-

Imago capi-
tis in num-
mo quæ vi-
deatur.

torem eius insule primum, ut vult Eustathius: vel, quod magis inclinor, ex Sibulle sententia, Trinacum, à quo primum nomen habuit, referre videtur. Antiquam

Panormus
quid.

itaque primi cultoris imagine nobilitatem Siciliae Panormitanorum hic nummus ostendit, atque summam frugum feracitatem, portuosaque circumquaque litora, trium brachiorum manibus spicas tenentium triquetra forma declarat. Per brachia & manus cum spicis demonstrant, Cererem, ut opinabantur, primum docuisse humano labore colendos, ut dixi, & ad fertilitatem cogendos agros esse. Interim simul trique-

Siciliae no-
bilis fertili-
tas variis
poëtarum fa-
bulis illu-
strata.
Ceres.

tra brachiorum forma nobis etymon oppidi in quo cusus est, bellè exprimit. Panormus etenim nil aliud quam omnis generis nauium stationem, & appulsam cum omni vento frequentem significat. Celebrarunt autem veterum, ut dixi, Græcorum atque Latinorum scripta Siciliam, propter frugum rerumque omnium ad vitam pertinentium

Libera, vel
Proserpina.

eximiam bonitatem, atque summam copiam: nec minùs fabularum variarum ingeniosis inuentis raras & mirificas eius insulae dotes non cessarunt prædicare. Cererem inde

Pluto vel
Dis pater.

Deam magistram sationis primum produxisse fruges, Liberam eius filiam, quam & Proserpinam appellant Latini in huius meditullio raptam ab inferorum demone Plu-

tone. Quem Latini, ut auctor est Cicero, Ditem patrem, non secùs ac Græci Plutonem, à diuitiis nuncupauere; quod terrena vis omnis ac natura huic numini dicata putaretur, & eius in potestate terræ diuitias esse, in quam omnia ex eadem orta recidunt. Ex cuius sententia quam pulcherrimè Claudianus poëta de eodem Plutone sic cecinit de raptu Proserpinæ libro primo, vbi Lachesis Parcarum vna Ditem patrem sic allo-

quitur:

— O maxime noctis

Arbiter, vmbrarumque potens, cui nostra laborant
 Stamina: qui finem cunctis & femina præbes,
 Nascendi que vices alterna morte rependis,
 Qui vitam lethumque regis. nam quidquid vbique
 Gignit materies, hoc te donante creatur,
 Debeturque tibi cunctis ambagibus æui.

Fabulæ ra-
prus Proser-
pines physio-
logica inter-
pretatio.

Itaque cum Dis pater (ut Physiologorum quorundam est sententia) sit numen, corporum inferiorum omnium animas regens, & elementorum omnium transmutationem dispensans; rapere Cereris, id est, seminis filiam Proserpinam fingitur. Et hæc quidem à proserpendo dicta, seminum virtus atque fecunditas intelligitur, radices agendo proserpens, & in terra sese propagans. Quæ sic rapi à Plutone, vel Dite patre putabatur, quam-

quandiu brumali tempore sub terræ visceribus latet solis radiis destituta; cuius deinde viribus emergens in lucem ad superos redit, & fructus suos profert. Qua ratione Proserpinam fabulantur Iouis decreto partem alteram anni cum Plutone marito degere apud inferos, alteram verò cum matre Cerere apud superos letiorem pulchrioremque quam apud inferos cum Plutone marito. Quod Iouis decretum apud elegantissimum poëtam Nasonem libro *Metamorphoseon* quinto tale fuisse legimus:

At medius fratrisque sui, mœstæque sororis
Iuppiter ex æquo voluentem diuidit annum:
Nunc Dea regnorum numen commune duorum,
Cum matre est totidem, totidem cum coniuge menses.
Vertitur extemplo facies & mentis, & oris.
Nam modò quæ poterat Diti quoque mœsta videri,
Læta Deæ frons est; vt sol qui tectus aquosis
Nubibus antè fuit, victis è nubibus exit.

Allegoriam decreti istius plures fabularum interpretes ad lunæ cursum accommodant, Luna item Proserpina quibusdam. qui lunam poëtarum esse Proserpinam opinantur: quòd hæc tantundem sub terra, quantum temporis supra terram alternatim singulis annis maneat. Etenim vt doctè Io. Sprengius Augustanus:

Sex crescit menses, sex deficit illa quotannis,
Et mutat vultus ora subinde sui.
Nam quoties crescit, superas se tollit ad auras,
Postmodò deficiens infera regna colit.

Ceterum aliter Cereris filia Proserpina sex mensibus continuis apud inferos cum Plutone coniuge manere dicitur, ab æquinoctio scilicet æstiuo Septembris ad alterum vernum mensis Martij, cum naturæ rerum animatarum, sole declinante, caloribus destituta torpescunt, atque intra terræ corporumque suorum viscera reconduntur hieme tota, quamdiu semina frugum ac fructuum frigoribus constricta non prodeunt in lucem. Verum cum mense Martio sol Arietem scandit, eius caloribus sensim crescentibus, semina vegetantur ac germinum incrementa sumere incipiunt. Tum Proserpina seminum virtus atque fecunditas ab inferis redire, & mensibus sex reliquis ad Septembrem vsque cum Cerere matre apud superos letior pulchriorque manere fingitur, quamdiu fructus terrestres adolescunt & maturantur. In hunc modum ex M. Varrone nobis interpretantur raptus Proserpines fabulam, D. Augustinus de ciuitate Dei lib. VII. & Eusebius de præparatione Euangelica tertio. Verum enimverò Sicilia celeberrima fertilitas, omnium fructuum optima copia, & in eadem Aetnæ montis aliaque naturæ rara miracula fabulæ huic occasionem dedere; vt in eius medio raptam Proserpinam poëta finxerint: in floridis videlicet Ennensium campis, ubi foramen ostendebatur, per quod raptor ad superos prodiit, vt C. Solinus in Polyhistore suo Siciliae dotes atque miracula recensens scribit. Cuius verba correctius hic adferre lubet, quam in vulgatis exemplaribus habentur; quemadmodum olim illa ex optimo manuscripto veteri codice Iacobi Susij descri-

Solini locus.

» ps. Sunt autem hæc: Ceres inde magistra sationis frumentariæ. Hic itidem campus Campus Ennensis semper floridus.

» Ennensis in floribus semper, & omni vernus die. Quem propter demersum est per floridus.

» foramen, quo Ditem patrem ad raptus Liberæ exeuntem fama est in lucem au-

» sum. Sic quidem hæc Solinus disertè totidem verbis è veteri dicto codice sumptis.

Quæ profectò locum raptus Liberæ vel Proserpinae certius apertiusque nobis indicant; quam illa, quæ habentur in vulgatis exemplaribus, in quibus sic habetur:

Hic



Hic igitur campus Aetnensis in floribus semper, & omni vernus die. Celeberrimū Aetnae, montis nomen non adeò procul diffitam Ennam obscurando corrumpit Solini locum, atque librarios scriptores duxit in errorem: quibus proclive est notiora praefere minus notis. Sic saepius lapsi sunt in aliis exscribendis auctoribus, ac imprimis in Claudiani de raptu Proserpinae libris: sed oppidi utriusque tam Ennae, quam Aetnae situs, locorumque vicinorum proprietates diuersae in Claudiano & aliis diligenter animaduersae lucem ostendunt, & scriptorum errorem detegunt. Antiquissimam, ut appellabant, Cererem Siculi, & Graeci non solum, sed & Romani, cum insulam suae potestatis fecissent, cognomine Ennaeam vel Emmensem coluere, sic appellatam ab oppido Enna Suracusarum colonia, ut auctor est Stephanus in Urbium Lexico. Qui & Aetnam nominat ab Hierone rege Gelonis Suracusarum regis fratre deductam in oppido Inessum prius dicto ad radices montis Aetnae, non procul Centuripis atque Catana. Meminere Strabo Geographiae libro VI. & Diodorus Siculus bibliothecae historicae libro XI. apud quos videre plura Lector poteris de huius oppidi situ, & Aetnaensium colonorum euentu, quomodo post Hieronis obitum, qui eos Catanam deduxerat, inde pulsi Inessum occuparint, & illud oppidum Aetnam, mutato nomine, nuncuparint. Strabo Innesam appellat, Diodorus Enneosiam. Sed hanc nominis variationem librariorum culpa prouenisse suspicor. Istud autem oppidum incultius & obscurius fuisse fit verisimile; cum Strabo scribat, quod Aetnae montis in radicibus sit, & eos excipiat & deducat, qui Aetnam conscendere volunt. Cereris autem templo, sacrifve vel Proserpinae raptu nobile hoc oppidum fuisse, ut inde Cererem Aetnaeam uocarint auctores, non reperio, nec opinari possum: cum Cereris antiquissimae religionis celeberrimum templum Ennae fuisse constet, raptamque filiam eius à Plutone in contiguis oppido campis, fabulentur poetae veteres, & auctorum loca ferè consentiant. Sic etenim, ut antè dixi, Solinus apertè satis, & Claudianus poeta variis locis idem indicat: quamuis in hoc librarij scriptores aliquando peccarint, & Aetnam pro Enna supposuerint. Is quidem libro secundo de Proserpinae raptu, eleganter Ennam, à qua nomen oppido in monte posito, ut Oreadum Nympharum unam, poëtice Zephyrum ventum sic alloquentem inducit, dum Venus, Pallas, Diana, Proserpina cum magno Nympharum comitatu in eius campis flores colligunt:

Viderat herbofo sacrum de vertice vulgus
 * Enna parens florum, curuaque in valle sedentem,
 Compellat Zephyrum: Pater ô gratissime veris,
 Qui mea lasciuo regnas per prata meatu
 Semper, & assiduis irroras flatibus annum;
 Respice Nympharum coetus, & celsa Tonantis
 Germina per nostros dignantia ludere campos:
 Nunc adfis, faueasque precor, &c.

Nota Lector loci dilucidam descriptionem, facileque videbis, perperam in secundo versu, Aetna, legi, pro Enna, in vulgatis exemplaribus multis. Nec de ea re dubium mihi, quamuis & Aetnam Oreadum unam esse fabulentur poetae Graeci Briarei Cyclopi filiam, quae monti Aetnae nomen dederit, non secus ac eius frater Sicanus insulam totam Sicaniam à se nominauit, ut ex Dione Callantiano doctissimus sui temporis Claudiani commentator Ianus Parrhasius scribit; addens etiam ex Simonide poeta, Vulcanum olim cum Cerere de Siciliae finibus contendisse, & arbitram eius litis datam Aetnam Oreadem Nympham, quae litem secundum Cererem dederit. Quam sanè fabulam poeta in laudem Siciliae de eius insulae dotibus atque fertilitate summa finxisse videtur. Quare videndum

Antiquissima Ceres apud Siculos Ennaea, vel Ennaensis appellata, non Aetnaea, vel Aetnensis. Enna Suracusarum colonia. Aetna Hieronis regis colonia.

Inessum oppidum.

Claudian. de raptu Proserpinae variis locis vitatus in Ennae nomine.

* Aetnae perperam in vulgatis.

Aetnae nympha Briarij Cyclopi filia. Sicanus Briarij filius.

Vulcani & Cereris contentio de Siciliae dominio.

dendum anne hęc etiam error, & suppositivum Nymphę nomen Aetnę pro Enna legatur: cüm appareat vero similis, Aetnam Oreadem pro suo Vulcano potius quàm pro Cerere litem daturam fuisse. Ceterum Enna quę in meditullio Siciliae feracissimo colebatur, non potuit non secundę Cereri Siciliam adiudicare. Hanc igitur Oreadem Nympham appellat Claudianus parentem florum, & de herbofo vidisse vertice, & raptum in eiusdem floridis contigisse campis fingit aptissimę. Quę quidem Aetna nympha non possunt tam accommodari. Hęc etenim cui mons Aetna sacer, non ex herbofo vertice deorum ludicra studia, & Proserpinę raptum videre poterat; sed ex saxeo, sterili, atque niuoso: nec florum dici parens, sed flammarum, cinerum & arenarum, sicut palam est, & Claudianus, aliique auctores, qui montem Aetnam describere, consentiunt. Itaque tantum amęnitatis ac florum decus perpetuum Aetnę nentiquam conuenit. Situs igitur atque loci vtriusque diuersę conditiones animaduersę, detegunt sciolorum solacisimos in multis auctorum libris; ut in eodem Claudiano postea, vbi Pluto raptam suam Proserpinam consolatur, & campos suos Elysios commendans, Ennensibus præfert his verbis:

Enna nympha parens florum.

Aetna nympha montis Aetnę.

* Aetna, m. d. in vulgatis.

Ouidij locus.

Ceres & Libera Siculę.

Enna vmbilicus Siciliae. Eius descriptio.

Spelunca Platonis.

Magna religio Cereris Ennensis olim in Sicilia.

C. Verres alter Orcus vel Pluto.

Cereris sanę Ennae civitatis

— Nec mollia desunt

Prata tibi, Zephyris illic melioribus halant,
Perpetui flores, quos nec tua protulit * Enna.

Vbi in exemplaribus vulgatis item Aetna loco suo detrusit Ennam. Quemadmodum & in Ouidio Metamorphosę libro v. in eadem raptus fabula:

Haud procul Aetnæis locus à mœnibus altis,
Nomine Pergusa, &c.

Enneis, legerem lubentius, ut & loci situs à Claudiano & Solino accuratę descriptus flagitare videtur. Quibus astipulatur M. Tullius in Verrinis, maximę de signis & sacrilegię actione penultima dicens, vbi perquam eloquenter apud iudices asserit ex antiquissimis Gręcorum litteris ac monumentis constare Siciliam totam esse Cereri & Liberę consecratam. Hoc ceteris gentibus tum ipsis Siculis tam persuasum esse, ut animis eorum innatum esse videatur. Nam & natas esse has in his locis deas, & fruges in ea terra primum repertas arbitrantur, & raptam esse Liberam (quam eandem Proserpinam vocant) ex Ennensium nemore. Qui locus, quod in media est insula, vmbilicus Siciliae nominatur. Ennam, addit, vbi Proserpinę raptus contigit, esse loco præcelso atque edito quo in summo est æquata agri planities cum aquis perennibus. Tota verò omni aditu circumcisa atque dirempta est: quam circa lacus luci que sunt plurimi, & lectissimi flores omni tempore anni; locus ut ipse raptum illum virginis declarare videatur. Etenim propę est, inquit, spelunca quedam conuersa ad Aquilonem infinitę altitudinis, qua Diem patrem ferunt repente cum curru exiisse, abreptamque ex eo loco virginem secum asportasse: & subito non longę à Suracusi penetrasse sub terras, lacumque in eo locorepente extitisse, vbi postea Suracusani festos dies anniuersarios agere solent. Itaque propter huius opinionis vetustatem, quod eorum in his locis vestigia, ac propę incunabula reperiantur deorum, miram affirmat esse religionem Cereris Ennensis tota Sicilia, cuius vim numenque multa sæpę prodigia declararint præsentia auxilio in rebus difficillimis; ut hæc insula non solum à Cerere diligi, sed etiam incolę custodiri, videatur. Vehementer igitur in C. Verrem inuebitur, qui ex Ennensium illo religiosissimo fano Cereris ex ære simulacrum cum facibus singulari opere per antiquum sustulerit. Quocirca tantum dolorę ciuibus reliquit, ut ipsis alter Orcus Ennam venisse, & non Proserpinam asportasse, sed ipsam abripuisse Cererem videretur. Etenim, inquit, vrbs illa, non vrbs videtur, sed fanum Cereris esse: habitare apud sese Cererem Ennenses arbitrantur: ut mihi non ciues illius

civitatis

civitatis, sed omnes sacerdotes, omnes accolae atque antistites Cereris esse videantur. Hæc quidem & alia multa quàm pulcherrimè Tullius pro sua singulari facundia differit de Cereris in Sicilia cultu antiquissimo, atque imprimis de Ennensium celeberrimo templo; cuius & Strabo Geographia lib. VI. Siciliam describens, diligenter meminit. Quin & Pomponij Mela Ennam Cereris templo celebrem fuisse testatur lib. II. cap. VII. non corruptus. Aetnam: cuius verba hic adferam correctiùs quàm in quibusdam habentur exemplaribus in hunc modum: Famam habet ob Cereris templum * Enna præcipuam. Montium Eryx maximè memoratur ob delubrum Veneris ab Aenea conditum. Et Aetna, quæ Cyclopus olim tulit, nunc assiduis ignibus flagrat. Item Diodorus Siculus bibliotheca historica libro sexto, cap. secundo. Vbi cum non minùs graphicè nobis Ennam, & umbilicum illum Sicilia cum Plutonis spelunca, & omni locorum situ describat, faciliè persuadeor & ibidem errore sciorum Aetnam sese in Ennae locum insinuasse: ut & in aliis eiusdem auctoris locis sic contigisse videmus. Verùm de hisce iam satis multa, & fortasse nimis. Veniam igitur precor, candide Lector, quod diffusius euagati sumus in tam vario characteris istius argumento, quod novitate sua pellicere, ac detinere nos non cessavit hæctenus. Sed iam abrupto funiculo ad librum septimum transeamus.

Pomponij Mela locus corruptus.

In vulgatis sic, * Enna præcipuam. Diodori locus.



SALI-

[Faint, mostly illegible text from the reverse side of the page, appearing as bleed-through or ghosting.]

SALISVBSILVS
LIBER VII.
ANNALIVM ROMANORVM
STEPHANI VINANDI PIGHII.
BELLVM PVNICVM PRIMVM.



IS CREPANT aliquantum auctores in belli huius tempore anno-
tando, libratorum, ni fallor, potius culpa quam opinionum discordia. Liuius rectè in principio libri xxxi. numerat ab Vrbe condita ad Ap. Claudium Consulem, qui primus exercitum in Siciliam contra Pœnos transportauit, annos CDXXCIX. licet vulgati codices mendosè CDLXXVII. referant, quod, vt dixi, libratorum haud dubiè negligentia contigit. Solinus item cap. 11. primum bellum Punicum anno ab Vrbe condita CDXXCIX. incepisse scribit. Quocirca iam dicti duo auctores Capitolinis Fastis planè conueniunt. Gellius autem lib. xvii. fine annum vnum adijcit, & primum hoc Punicum bellum CD. fermè & xc. anno cœpisse scribit. At in Orofio annorum numeri largiùs fallunt, vt ferè in hoc auctore sunt corrupti: sexennium enim deficit lib. 14. cap. vii. vbi huius belli historiam aggreditur. Ceterùm discordiæ pusillum est inter Polybium & Dionysium Halicarnassum in Olympiadum supputatione. Hic enim in præfatione antiquitatum Romanarum testatur se extēdisse historiam suam ad tertium vsque annum centesimæ vigesimæ octauæ Olympiadis, quo fuit initium primi belli Punicici. Polybius ordiri se velle historiam scribit à prima Romanorum in Siciliam transfretatione Olympiade centesimæ vigesimæ nona, ad quam Timæus historiam suam deduxerat. Atqui vnus, vel exigua alterius anni differentia veterum scriptorum auctoritati (nisi libratorum error pateat) concedenda est. Qui verò per quinquennium aut ampliùs à comuni historia discedunt, haud dubiè corruptos & deprauatos dicemus. Belli huius causam & originem latius videre poteris apud Polybium libro primo, Zonaram libro 11. & L. Florum lib. 11. principio. Et illam nos superiore libro locis opportunis attingimus.

Auctorum veterum synallogæ de belli huius anno.

Quousque suam historiam Dionysius Halicarnassus perduxerit. A quo anno sua exordia incipit Polybius. Exiguâ temporis discrepantiam scriptorū auctoritati concedendam esse.

ANNI. P. R. C. CDXXCIX.

AP. CLAVDIVS. C. F. AP. N. CAVDEX. M. FVLVIVS. Q. F. M. N. FLACCVS.

ITA habentur hi Consules in tabulis Capitolinis, ex quibus integris vsque ad secundum ferè bellum Punicum, non parum lucis auctoribus accedit, veluti suis locis annotare non desinam. Cognomina horum Consulū omittunt Orofius, Eutropius, Cassiodorus & Marianus, quæ sola produnt tabulæ Cuspiniani & Græcæ. At in Orofio, Q. Fabius errore librarij scriptus est; in aliis iam citatis item malè Q. Fuluius, pro M. Fulvio.
» Rectè nominat eosdem Consules Gellius loco supra memorato: Anno, inquit, deinde
» post Romam conditam CD. fermè & xc. Consulibus Ap. Claudio, cui cognomentum
» Caudex fuit, & M. Fulvio Flacco, bellum aduersus Pœnos primum cœptum est: neque
» diu post Callimachus poëta Cyrenensis Alexandriæ apud Ptolomæum regem celebratus
» est. Neque contemnendus error est exemplarium Cassiodori, Eutropij & Valerij Maximi libro 11. cap. 14. quæ perperam Ap. Claudio Q. Fuluium adiungunt: illi enim Consules non huius anni sunt, sed DCLI. Quod admoneo, nequis Valerij Maximi locum de primo munere gladiatorio in Vrbe dato ad eum annum referat, cuius etiam fit mentio in Liuiana epitome lib. xvi. statim post censuræ superioris lustrum hoc anno conditum.
» Ait enim D. Iunium Brutum munus gladiatorium in honorem defuncti patris edidisse
» primum. Cui adstipulatur Valerius, scribens in foro boario primum gladiatorium munus datum esse his Consulibus Ap. Claudio, M. Fulvio: dedisse M. & D. Brutos funebri
» B memo-

Callimachus poëta quædo.

Gladiatorii munus primum in vrbe.

memoria patris cineres honorando. Eos autem D. Bruti Scętę Consularis filios fuisse possumus opinari, qui hoc tempore minores magistratus iam ceperant.

Prima victoria Romano- rum extra Italiam in Sicilia. Caudicis cognomen unde

Consulibus prouincię Ap. Claudio Sicilia, M. Fuluius Vulsinienfes obuenerunt. Ap. Claudius Consul Mamertinis auxilio missus, Pęnos & Hieronem Suracusanorum regem summa celeritate propulsauit, vicitque, & Messanę obsidionem soluit. Exeritum transfretasse paruis nauiculis ex Italia in Siciliam tradunt, vnde Caudicis ipsi cognomen, vt ante in eius quęstura diximus. Historiam & causam huius belli late narrat Polybius lib. 1. Zonaras lib. 11. Breuiter epitome Liuiana lib. xvi. L. Florus, Orofius, & Auctor de viris illustribus cap. xxxvii. Eutropius Ap. Claudium de Afris & rege Siculorum Hierone triumphasse dicit. Accedere videtur Silius Italicus lib. belli Punici sexto, his verbis:

At princeps Pęnis indicta more parentum.
Appius adstabat pugne, lauroq; re inctus,
Iustum Sarrana ducebat cade triumphum.

Firmum & Castrum colonia deducit.

Ceterum Capitolini Fasti hunc triumphum non agnoscunt, primum ex Sicilia M. Valerio attribuentes. Firmum & Castrum Romanorum colonię factę sunt initio primi belli Punici, sicut apud Velleium legimus. De Castro tamen Liuius ante lib. xi. cum Sena & Hadria coloniam deductam fuisse volens.

Prętor.

///. ///. ///. f. ///. n. ///

Q. Mamilius. Q. f. M. n. Vitulus.

Ædiles curules.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. ///. ///. f. ///. n. ///

[L. Pinarius. L. f. L. n. Natta.] [L. Manlius. L. f. ///. n. Torquatus.]

Ædiles plebis.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. ///. ///. f. ///. n. ///

C. Duilius. M. f. M. nepos * Cn. * Minucius * M. f. ///. n. Fessius. *

Sic & in argenteis cum Roma galeata & Castorum decurrentium signis, sub quibus ita, C. DVILI. M. F. ROMA.

Tribuni plebis.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. ///. ///. f. ///. n. ///

///. ///. ///. f. ///. n. ///. ///. ///. f. ///. n. ///

///. ///. ///. f. ///. n. ///. ///. ///. f. ///. n. ///

///. ///. ///. f. ///. n. ///. ///. ///. f. ///. n. ///

///. ///. ///. f. ///. n. ///. ///. ///. f. ///. n. ///

C. Atilius. M. f. M. n. Regulus. Serranus. [Q. Terentius. Q. f. C. n. Arsa. II.]

[C. Aebutius. ///. f. ///. n. Carus. II.] [M. Marcius. M. f. M. nepos.]

[M. Popillius. M. f. M. n. Lęnas.] [T. Iuuentius. T. f. M. n. Thalna. II.]

L. Acilius. ///. f. ///. n. Glabrio. II. [C. Plautius. C. f. C. n. Hypsęus.]

[M. Pętelius. M. f. M. n. Libo.] [M. Racilius. M. f. M. nepos.]

Quęstores urbani.

///. ///. ///. f. ///. n. ///

Quęstores prouinciales.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. Ap. Claudij Cos. in Sicilia.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. M. Fuluij Cos. in Etruria.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. Ostiensis. ///. ///. ///. f. ///. n. ///. Gallicus.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. Calenus. ///. ///. ///. f. ///. n. ///. * Lucerinus.

M. Aimilius. M. f. L. n. Paullus. Cuius consulatus sic extat in tabulis Capitolinis.

Fuit

Fuit hic pater L. Paulli bis cos. qui in prælio Cannensi cecidit. Reperiuntur argentei denarii cum eius nomine, M. AIMILI M. F. L. N. PAVLLVS. Qui argumentum continent primæ huius naualis expeditionis extra Italiam. Præferunt enim in vna facie Pegasus alatum equum postremis vngulis ab extremo limite expansis alis salientem. Habet autem Pegasus inter alia nauigationis etiam significatum in antiquorum fabulis, cuius per alas tunc vela notantur. Ad itinera & expeditiones etenim, vt equorum in terra, sic in aqueis nauium vsus vetustissimus est. Hinc ab aquis equo nomen esse, quidem volunt, atque Neptuni equum Scyphium nomine primogenia sua lingua nauem significare, sicut & nunc apud Germanos. Constat etiam apud Græcos Pegaso equo, qui inter sidera positus oritur cum Aquario, & cum primo Piscium occidit, à πηγῶν, quod scaturire, & à πηγύω, quod, vt naues fiunt, compingere & conglutinare est, nomen habere. Ideoque locum, vbi prima nauis Argo compacta fuit, ab Homero Callimachoque Poëtis Pegasus vocari, scribit Hyginus in Astronomico, & ipsam nauem Ouidius Pegaseam puppim, Valerius Flaccus Pegaseiam appellant. Cum itaque quæstura iam dicti M. Aimilij Paulli in hunc annu incidere videatur, opinari possumus Ap. Claudij cos. Quæstorem fuisse, & in vsu expeditionis istius naualis primæ transmarinæ monetam istam cum Pegaso volante signari curasse; & in altera nummorum facie boni ominis causa, felicisque successus in memoriam addidisse Victoriæ pulchrum caput.

*Pegasi signi-
ficatio.*

*Pegasi ety-
mologia.*

M. Claudius. M. f. // n. Marcellus. Pater illius magni Marcelli quinque Consul, qui optima Romæ tertia rettulit, & cuius vitam Plutarchus describit.

L. Cæcilius. L. f. C. n. Metellus. Bis Consul & Dictator postea, item Pontifex maximus. Palladium ex incendio eripuit, flammis tamen ambustus & occæcatus, vt plures scribunt. Vide Plinium lib. VII. cap. XLIII.

Sp. Furius. M. f. // n. Philus. Pater P. Philii auguris Consul ac triumphalis, de quo postea.

C. Marcius. C. f. C. n. Censorinus. Primi Censorini, qui propter censuram bis laudatissime gestam sic vocatus, cognomen hoc posteris suis reliquit, maior filius, cuius in hunc annum quæstura respicere potest. Reperiuntur autem antiquissimi nummi cum eius nomine sic inscripto: C. CENSO. ROMA. Hi repræsentant in vna parte regum Romanorum vt indicant litteræ NUMÆ. POMPILI. ET ANCI. MARCI. facies ad viuum expressas; imitatas, vt conijcio, ex statuis eorum, quæ in Capitolio regum Romanorum, teste Pædiano, videbantur. Ab his duobus enim Marcia gentis Curibus Sabinis oriundæ plures, quamuis plebeæ, familiarum suum trahere genus volebant, vt aliquoties ostendi. In altera nummorum istorum parte videmus Ostiæ colonie cum suo portu ab Anco Marcio rege primùm deductæ conditæque monumenta quædam: nauis scilicet rostratæ proram, & Victoriæ in columna striata stantis signum sub arcuata fornicum structura tamquam in portu. Videndum, an ne à C. Censorino cusi sint hi nummi ad vsu Ostiensis quæsturæ nouæ, prouinciamque istam an ne primus ipse sortitus sit, qui propterea principem gentis suæ, conditorem colonie istius recolere, & Ostiensibus magistratum in eorum agro gesturus vetera Marcia gentis beneficia, priscumque patrociniū moneta suis auspiciis cusâ repræsentare. Qua ratione solet plerumque Romanus ingeniosè generis nobilitatem, rerumque à se suisque gestarum memoriam pecunia publica per terrarum orbem celebrare. Quod facile ex quibuscumque nummorum antiquorum signis colligimus.

*Marcia gen-
tis origo.*

*Ostia colonia
Ance Marcij
regis.*

*Quæstor
Ostiensis an
C. Censorinus
hic fuerit,
videndum.*

P. Minucius. Q. f. // n. Rufus. Pater M. Minucij Consul anno DXXXII. vt ex argenteo nummo colligimus.

[T. Æbutius. T. f. M. n. Elua.] [L. Hortensius. Q. f. Q. nepos.]

M. FVLVIVS. Q. F. M. N. FLACCVS. AN. CDXXCIX.

COS. DE. VVLSINIENSIBVS. K. NOV.

Ex Zonara superius docui bellum Vulsinense ab alio Consule, quam à Q. Fabio Gur- gite confectum fuisse: idemque ostendunt Capitolinæ columnæ M. Fuluij Flacci cos. hoc anno triumphum de Vulsinensibus referentes. Ceterum ex Polybio, Zonara, & aliis paulò antè adductis, Siculi belli ducem solum Ap. Claudium eo anno fuisse constat: alterum interea Consulem belli Etrusci reliquias confecisse, non solum verisimile fit, sed etiam ex Zonara probari potest: cum scribat, Ap. Claudium Consulem eius anni sine, relicto Messanæ præsidio, Rhegium traicisse; Romanos verò Etruriæ rebus compositis, atque Italia planè pacata, vtrumque anno insequente Consulem in Siciliam mi-

*Bellum Vul-
sinense tan-
dem confectū
atque omnis
Italia pacata.*

*M. Fuluius
Flaccus Cos.
belli Etrusci
reliquias con-
fecit, atque
de Vulsinensi-
bus triumphauit.*

Triumph
Fulviani pi-
ctura vetus
in aede Vor-
tumni.

Toga trium-
phantium pi-
ctura, quæ prius
purpurea.
* vetus, fortè
deest.

fisse. Simul autem cum Pœnis & Vulfiniensibus bellatum fuisse, Liuviana epitome indi-
cat lib. xvi. his verbis: Res præterea contra Pœnos Volfiniosque prosperè gestas conti-
net. Iam verò ad huius quidem M. Fulvii Flacci triumphum istum illa spectare existimo,
quæ Sex. Pompeius scribit, ipsum scilicet triumphum sui picturam Romæ reliquisse in aede
Vortumni, ab eo fortasse ex manubiis extracti; probare volens, togam triumphalem an-
tiquitus purpuream, non pictam fuisse appellatam. Cuius verba sunt hæc: Picta quæ nunc
toga dicitur, purpurea antea vocitata est, eaque erat sine pictura. Eius rei argumentum
est * . . . pictura in aede Vortumni, & Consi. Quarum in altera M. Fulvius Flaccus,
in altera L. Papirius Cursor triumphantes ita picti sunt.

ANNI P. R. C. CDXC.

M. VALERIUS. M. F. M. N. MAXIMVS. M. OTACILIUS. C. F. M. N. CRASSVS.

QVI. IN. HOC. HONORE. MESSALLA

APPELLATVS. EST.

PRÆNOMINA Consulium in Eutropio, Cassiodoro, Plinio, & aliis plerisque Latinis
auctoribus, à quibus adferuntur, corrupta sunt: sed ex fide tabularum Romanarum
facile nunc ubique possunt restitui. Polybius autem lib. primo correcte, *Μάριον Ουάλεριον, &*
Μάριον Ο' Τετίλιον Consules nominat: Zonaras, Valerium Maximum, & Otacilium Cras-
sum; tabulæ verò Græcæ vel Siculæ Maximum & Crassum recentent; quæ cognomina à
Cassiodoro & Mariano omittuntur. Præter Maximi familiare cognomē Valerio accessisse
in hoc magistratu & agnomen Messallæ, in Fastis Capitolinis annotatum est, quod Mac-
robij etiam auctoritate comprobatur. Nam Saturnalium primo libro scribit ex Varrone,
Valerium Maximum à deuicta Messana Siciliæ vrbe nobilissima Messallæ cognomen
habuisse. Scribitur autem per geminum ll. apud antiquos, sicut hoc loco, & passim osten-
dunt tabulæ Romanæ, & veteres nummi. Seneca nihilominus in libro de breuitate vitæ
ad Paulinum refert hunc M. Valerium, quod Messanam vicisset primus, vrbis captæ
nomine Messanam initio appellatum fuisse, paulatimque vulgo permutante litteras, Mes-
sallam dictum. Ex his colligere est, geminum illud ll. non tam rationi, quàm euphoniæ
vbi vsui temerario tribuendum esse. Eadem causam huius agnominis attingit etiam
Ouidius Fastorum primo, his verbis:

Messalla cog-
nomen unde,
& eius fami-
lia principii.
Messalla non
Messala, Va-
lerius.

Messana ab
vrbe capta
nomine pri-
mum Vale-
rium voca-
tum fuisse.

*Africa victorem de se vocat, alter Isaurum,
Aut Cretum domitas testificatur opes.*

*Hunc Numida faciunt, illum Messana superbum,
Ille Nymantina traxit ab vrbe notam.*

Æserniam
colonia de-
ducta.
Coss. victo-
ria de Pœnis
in Sicilia.
Hieron rex
pacem ac fo-
edus sibi com-
parat.

Segestani
praesidiariis
Pœnis occisis
eum spontè
se Romanis
subiicerent.

Æserniam anno post Firmum deducta colonia est, nempe secundo primi belli Punici.
Auctores sunt Velleius & Liuius lib. xvi. Iam ambo Consules in Siciliam traiecerunt cum
quatuor legionibus, sociorumque auxiliis omnibus; & insulam impunè peragrantes tam
Pœnorum, quàm Suracusanorum pleraque ciuitates in deditionem acceperunt. Itaque
Romanorum felicitate & successu Hieron Suracusanorum rex, desertis Cartha-
giniensibus pacem à Romanis petiit, & quibus potuit conditionibus firmanit, captiuus
sine pretio redditus, pecuniarumque summa data, vti referunt Polybius & Zonaras. Eu-
tropius autem Taurominium, Catanam, & quinquaginta præterea ciuitates in deditio-
nem venisse scribit. Segestam Zonaras Pœnis occisis vltro accessisse dicit, confisam anti-
qua necessitudine: ab Ænea namque Troiano, ad quem Romani suam referebant origi-
nem, cum Italiam peteret, condita ferebatur. Eutropius tamen in hoc ab aliis discrepat,
quod tertio belli huius anno Hieronem regem deuictum in fidem venisse tradat: & Au-
tor de viris illustribus, item L. Florus Ap. Claudio superioris anni Consuli illud gloriæ
attribuunt, ab ipso in deditionem acceptum Hieronem affirmantes. Nos Polybium, Zo-
naram, Plinium, Macrobius & alios sequimur, quos Romanis Fastis congruere magis
videmus. Nam & hi primùm de Pœnis, & Siculorum rege Hierone triumphum M. Mes-
sallæ attribuunt, vt paulò post sequitur.

CN. FVLVIVS. CN. F. CN. N. MAXIM. CENTVMALVS. DICT.

Q. MARCIVS. Q. F. Q. N. PHILIPPVS. MAG. EQ.

CLAVI. FIGENDI. CAVSSA.

Ob prodigia & pestem, quæ assiduè tunc temporis in Vrbe grassabatur (vt multis
enarrat

enarrat libro iv. cap. v. Orosius.) Dictatorem Cn. Fulvium, qui clauum pangeret, prodigiorum auerruncandorum, & pestis sedandæ causâ creatum existimo. Quamuis enim apertè mentionem eius rei nullus Auctorum nunc extantium faciat, præterquam quòd hoc ita legamus in Capitolinis marmoribus: eo tamen piaculi genere in vehementi peste sapius usus fuisse veteres Romanos, ex Liviò & aliis manifestum est. Atque hoc anno etiam illud clavi sacrificium, aut potius incantamentum ipsos denuò reperuisse, Orosius loco iam dicto videtur indicare; scribens tam grauem & diurnam fuisse pestilentiam illam, vt ad libros Sibullinos, omniaque remedia recurrerint. De eadem pestilentia etiam D. Augustinus loqui videtur lib. iiii. de ciuitate Dei cap. xvii. causam etiam adijciens, ait, plurimas ædes sacras à multis priuatim occupatas fuisse.

Clauifigendi religio antiquissima apud Romanos.

Prætor.

//. // . f. // . n. // .
L. Valerius. M. f. L. n. Flaccus.

Ædiles curules.

//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
L. Cornelius. L. f. Cn. n. Scipio. C. Sulpicius. Q. f. Q. n. Paterculus.

Ædiles plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
C. Aquillius. M. f. C. n. Florus. [Cn. Ogulnius. Cn. f. A. n. Gallus.]

Tribuni plebis.

Cn. Atilius * A. f. C. n. * Calatinus. Ex S. C. Legem tulit de Hieronis Suracusanorum regis fœdere & amicitia cum Consulibus inita, & de Mamertinorum ac oppidi Messanæ ciuitatis iure ditionisque pœncæ. Vti. rex. Hiero. captiuos. oppida. loca. Messanenſium. bello. capta. gratis. sine. precio. redderet: centum. argenti. talenta. ærario. Rom. solueret. Atque. ita. socius. &. amicus. populi. Rom. esset. appellareturque. Mamertini. ciues. Romani; Messanaque. ciuium. Rom. oppidum. essent cuius. pœncæ. lapides. à. Leontino. vsque. Phedas. extenderentur. Tabula quædam antiqua Sicula, quam Messanæ reperiti scribit Cassidori commentator Io. Cuspinianus, nominat hunc legistatorem Cn. Calatinum Trib. plebis. Eam videntur ibidem ciues seruasse in testimonium ac memoriam antiquæ suæ nobilitatis: sed sapius (vt apparet ex ipsa, quam Cuspinianus adducit, inscriptione) interpolatam, & pro cuiusq; sæculi quo fortuitis ruinæ vel incendij casibus destructa erat, imperitia vitiatam aded, vt quippiam ex ea certi colligere difficile sit. Legem igitur hanc Atiliam partim ex Polybio, Zonara Orosio & Plinio (qui historia suæ lib. iiii. cap. viii. Messanam oppidum ciuium Rom. qui Mamertini vocantur, recenset) concinnaui; partim ex dictæ tabulæ verbis. Cuius caput postremum hic adferre sufficiet. Quod tale est. Approbatum. est. præsens. decretum. patrum. à. Cn. Calatino. trib. plebis. post. v. c. anno CDXC. remp. primo. bello. Punico. turbante.

Hunc Cn. Calatinum A. Calatini Dictatoris, bis Cos. atque Censoris iuniorem fratrem fuisse, temporis ratio, simul & magistratuum cursus insinuare videtur.

//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
//. // . f. // . n. // .

M. Lætorius. M. f. M. n. Plancianus. Q. Cæditius. Q. f. Q. nepos.
L. Apuffius. C. f. // . n. Fallo. [Sp. Antius. Sp. f. Sp. n. Restio.]
[L. Fescennius. L. f. C. nepos.] [C. Sallonius. P. f. P. n. Sarra. ii.]
[M. Acutius. M. f. C. nepos.] [C. Pontificius. C. f. Ti. nepos.]
[Q. Sellius. A. f. M. nepos.]

Quæstores urbani.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. //

Quæstores prouinciales.

//. // . f. // . n. // . M. Valerij }
 // . // . f. // . n. // . T. Otacilij } Coss. in Sicilia.

Argenti talenta centum ab rege Hierone pacis ac fœderis dati causa acceperunt, atque in rationum tabulas redegerunt. Polybius libro primo. Orosius autem ducentis argenti talentis Hieronem iussu Consulum fuisse multatum scribit.

//. // . f. // . n. // . Gallicus. // . // . f. // . n. // . Calenus
 // . // . f. // . n. // . Ostiensis. // . // . f. // . n. * Lucerinus *

Q. Seruilius. Q. f. Cn. n. Geminus. Hic cum fratre P. Seruilio, qui Consul fequetur, natus vno partu ex Q. Capione: & maximæ similitudinis, vt dignosci vix possent, ambo fuerunt. Gemini propterea cognomine primùm sunt vsi in ea familia, vt apud Ciceronem in Lucullo legimus.

M. Liuius. M. f. M. n. Drusus. Primi illius M. Drusi filius, de quo antea suo loco diximus; & M. Drusi patroni senatus abaus.

C. Flaminius filium trib. pleb. seditione cocionantem auctoritate paterna compescuit.

C. Flaminius. L. f. // . nepos. Pater C. Flaminiij Consulis ad Trasimenum ab Annibale cæsi, vt ex Capitolinis fastis, & interuallo temporis colligimus. Senatorem fuisse, cum filium concionantem è rostris detraheret, videtur Dionysius indicare libro secundo Antiquitatum.

L. Iunius. C. f. L. n. Pullus. Infelix postea Consul, vt suis locis ostendetur. Qui sic descriptus est in Capitolinis tabulis.

L. Opimius. L. f. // . n. Pansa. Cuius pater Quæstor anno CDLIX. fuerat in prælio occisus.

[A Trebonius. C. f. A. n. Asper.] [Q. Sallonus. Q. f. P. n. Sarra.]
 [Sex. Pompilius. S. f. Sex. nepos.]

M. VALERIUS. M. F. M. N. MAXIM. AN. CDXC.

MESSALLA. COSS. DE. POENEIS. ET. REGE. SICVLOR.

HIERONE. XVI. K. APRIL.

Solare horologium in Vrbe primū quando secundū Varronem.

A Varrone traditum est M. Valerium Messallam Consulem primo bello Punico, Catana capta, ex Sicilia primum deportasse horologium, & statuisse in columna publicè secundum Rostra, vt referunt Censorinus & Plinius lib. vii. cap. vltimo. Sed fœdè ibidem librarij in numeris annorum ab Vrbe condita describendis errarunt, qui rectius respondent apud eundem auctorem lib. xxxv. cap. iv. vbi de pictura disserit, eius dignitatem Romæ increuisse scribens, per M. Valerium Messallam, qui princeps tabularum picturæ prælij, quo Carthaginenses, & Hieronem in Sicilia deuicerat, proposuit in latere curiæ Hostiliæ, anno ab Vrbe condita quadringentesimo nonagesimo. Hæc, & prædicta quæ ex Polybio, Zonara, Eutropio, aliisque adduximus, victoriam Siculam Messallæ primi satis comprobant, apertè tamen nemo, exceptis Capitolinorum fastorum auctoribus, triumphum illius attigit. Eum verò in fastis suis Hubertus Goltzius argenteo denario ornauit ex manubiis huius victoriæ, vt appareat, cuso. Repræsentat enim in vno latere Romæ bellatricis caput galea pinnata tectum, & spicam eximiam, quæ signat Siciliam frugum copia celebrem. In altero autem latere videtur Victoria triumphalem quadrigam regens, cui nomen victoris subscriptum est his literis:

M. MAX. M. F. MESSALLA.

Denarij ex manubiis Siculis cusi.

Sicilia frugifera.

Pœnorum origo.

Pœni, inquit Seruius, *ἀφρικήων* est, quasi Phœni: quia à Phœnicibus orti sunt. Dido enim Phœnissa, quæ Carthaginem condidit. De eius vrbis origine multa Trogius in Iustini lib. xviii. Liuius xvi. sed is desideratur. Orosius lib. iv. Strabo & alij quam plures, vt nihil attineat de tam celebribus Africæ populis hic multa in medium producere. Eos autem fraudulentos, & mendaces semper fuisse, Tullius arguit in oratione secunda contra Rullum; causamque talem assignauit. Quæstus nimirum, & lucri immoderato amore ad fallendi etiam studium ipsos sollicitari; alterum ex altero nasci, & vtrumque ex mercatura exercitio. Perfidia hinc notà semper infames fuisse Pœnos asserit. & hoc confirmat Adagium, Punica fides.

Pœni mendaces & fraudulentissimi.

In Sicilia item descriptione tot Auctorum scriptis elaborata diutiùs hîc immorari, non minùs superuacaneum esset. Labet tantùm in memoriam reuocare Lectori, vt videat, quæ Cicero Verrinarum actione quarta de eius insulæ dignitate, vetustate, & fide in Romanos exaggerat. Siciliam principem exterarum nationum se ad amicitiam populi Romani applicuisse, primam prouinciam appellatam fuisse, & alia ad historię cognitionem spectantia doctissimè recensens.

Sicilia prima prouincia Romanorum extra Italiam.

ANNI P. R. C. CDXCI.

Consules.

L. POSTUMIUS. L. F. L. N. MEGELLVS. Q. MAMILIUS. Q. F. M. N. VITVLVS.

IN Consulibus nominibus corrigendis parum difficultatis nunc occurrit, fastorum Capitulinorum beneficio quos integros habemus, vsque ad secundum ferè bellum Punicum. Annotabo tamen obiter errata, librorum culpa in Auctoribus inducta, vt ad antiquitatis fidem possint eò faciliùs emendari. Rectè Cassiodorus L. Postumium, Q. Mamilium Consules suggerit; sed in Mariano perperam Manlius, pro Mamilius legitur. Cognomina habentur in tabulis Cuspiniani, Megellus & Vitulus: in Græcis Albinus & Vitulus. Sic Zonaras Postumium Albinum, & Q. Mamilium nominat: error tamen est in Mamilio, qui perperam Q. Æmilius, tam in Polybio quàm in Zonara vocatur; sicut antea quoque de L. Mamilio admonui. Postumio quidem tam Albini quàm Megelli cognomen conuenire potest; eiusdem enim gentis est vtrumque.

Error librariorū in Zonara & Polybio.

Agrigentum velut arcem belli contra Romanos à Pœnis Annibale Gisgonis filio præfecto munitam graui obsidione cinxerunt Consules, & ad summam inopiam redegerunt. Annonem cum magno exercitu obsessis auxilio venientem prælio fuderunt. Agrigentum paulò post ab Annibale desertum ceperunt, atque ciuibus sub corona venditis, in prædam militibus dederunt. Elephanti vndecim præter alios in prælio occisos in potestatem redacti sunt. Vide Polybium lib. primo, Zonaram secundo, Orosium lib. rv. cap. vii. Eutropius autem tertio anno belli Punici scribit Afris in Sicilia victis secundò Romæ de iis triumphatum fuisse. Et quidem victoria Consulibus triumpho digna fuit, nihil tamen vel columnarum triumphales Capitulinæ, vel alij Auctores, quos nunc videre contingit, de ea re tradunt.

Agrigentum obsessum.

Consulibus de Annone Pœno victoria.

Prætor.

//. // . f. // . n. //

Cn. Cornelius. L. f. Cn. n. Scipio. Afina.

Aediles curules.

//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. //

Aediles plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. //

M. Iunius. D. f. D. n. Brutus. [C. Oppius. Sp. f. Sp. n. Cornicen.]

A. Atilius. A. f. C. n. Calatinus. [Cn. Domitius. Cn. f. C. n. Caluinus.]

Tribuni plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. //

//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. //

//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. //

//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. //

//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. //

[Ti. Sempronius. Ti. f. Ti. n. Blæsus.] Ser. Fuluius. M. f. M. n. Patin. Nobilior

[Q. Titinius. Q. f. M. nepos.] [M. Antonius. L. f. M. nepos II.]

[L. Sextilius. C. f. C. n. Rufus.] [C. Cædicius. C. f. Q. n. Noctua. II.]

[Q. Hortensius. Q. f. Q. nepos.] [L. Memmius. C. f. C. nepos II.]

[A. Virginius. A. f. A. nepos.] [T. Æbutius. // . f. // . n. Carus.]

Quæstores urbani.

//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. //

Quæstores prouinciales.

//. // . f. // . n. // . L. Megelli } Coss. in Sicilia.
 // . // . f. // . n. // . Q. Vituli }

//. // . f. // . n. // . Calenus. // . // . f. // . n. // . Ostiensis.
 // . // . f. // . n. // . * Lucerinus * // . // . f. // . n. // . Gallicus.

Cn. Seruilius. Cn. f. Cn. n. Cæpio. P. Seruilius. Q. f. Cn. n. Geminus. Qui duo fratres patruales erant ex Cneo & Quinto Cæpionibus. At Publius aliud cognomen est fortitus ob causam annali superiore adductam.

M. Sergius. M' f. * L. n. Fidenas *. Varro de lingua Latina lib. v. meminit Quæstoris M. Sergij M' filij qui hoc ferè tempore T. Quinctium Trogum capitis anquissit.

[L. Sicinus. L. f. T. n. Dentatus.]

[Sex. Titius. Sex. f. Sex nepos.]

[Cn. Apronius. Cn. f. Cn. nepos.]

[C. Iulius. L. f. C. n. Iulus.]

[C. Nautius. C. f. Sp. n. Rutilius.]

Cuius pater Consul anno CDLXVI. reperitur in Fastis.

ANNI P. C. R. CDXCII.

Consules.

L. VALERIUS. M. F. L. N. FLACCUS. T. OTACILIUS. C. F. M. N. CRASSUS.

In Cassiodoro & Mariano perperam L. Otacilius legitur, Titum appellant Capitolina marmora, & fratrem fuisse indicant M'. Otacilij ante biennium Consulibus. Polybius his congruit, L. Valerium & T. Otacilium Consules nominans. Tabulæ Græcæ cognomina produnt Flaccum & Crassum, Zonaras autem nomina eorum Consulibus penitus omisit.

Mediterranea ferè loca dedantur Romanis Consulibus. Annibal Gisgonis præfatus classis Punicæ. Classis Romanorum prima.

Siciliæ vrbes ferè omnes mediterraneæ pedestrium copiarum Romanarum metu, cum Consulibus ambo supplementum in Siciliam transfuissent, sese dederunt. Carthaginienses interim Annoni ob malè res anno præterito gestas in Sicilia, successorem miserunt Amilcarem Barchinum, à quo Annibal Gisgonis cum classe Pœnorum missus Italiæ oram miritimam infestauit. Romani itaque classem cxx. nauium, qua partim Italiam postea defenderent, partim Africam ipsam inuaderent, admiranda celeritate pararunt. Intra enim sexagesimum diem, quàm cæsa filua erat, centum quinquereemes, & triremes viginti in anchoris sterere. Quæ classis dum paratur, remiges in litore positi ad vocem naucleri remos in arena mouentes simul exercentur, instruunturque. Et hic belli maritimi Romanorum apparatus primus fuit. Dum hæc in Italia, stipendiarij Pœnorum Galli in Sicilia militantes, cum ad defectionem spectarent ob non soluta stipendia, Amilcaris ducis proditione & dolo in insidias ducti, à Romanis ad interuentionem cæsi sunt. Hæc latius apud Polybium & Zonaram. De classe tam citò instructa etiam Orosius & L. Florus locis antè citatis, & Plinius lib. xvi. cap. xxxix.

Stipendiarij Pœnorum Galli Punicæ fraude in insidias ducti à Romanis cæsi.

Prætor.

Frontini locus examinatur. Anio vetus in urbem deducitur.

* Cn. * Minucius * M. f. // . n. Fessus *. Ex mutilo & valdè mendoso Frontini de aquæductibus loco quasi colligere est, hoc anno Minucium quemdam Prætorem fuisse; vbi refert, quo tempore Anio vetus, & à quibus in Urbem perductus sit. Eam aquam perducendam primum curasse scribit M'. Curium censorem, vt suo loco retuli, ex manubiis de Pyrrho rege captis, anno post Appiam deductam quadragesimo, Urbis conditæ CDXXCI. C. Genucio, Cn. Cornelio Consulibus, vt monstrant Annales. Sed cur nihil tunc de ea re decretum fuerit, obscurum est, quia eo loco mancus est Frontini liber. Post annum, vt ait, deinde nonum (qui est hic CDXCII.) rursus Minucius prætor retulit. Tum ex S. C. duo viri aquæ perducendæ creati Curius & Fuluius Flaccus locauerunt. Curius intra quintum diem quàm erat ii. vir creatus, decessit; gloria perductæ pertinet ad Fuluium. Itaque ex duoviris alterum M. Fuluium Flaccum consularem, ac triumphalem, alterum M'. Curium fuisse opinor, primum scilicet eius perducendæ auctorem;

æorem; quem post magistratus amplissimos, post Pyrrhum Italiâ profligatum, pluresque triumphos in villa Tusculana sua per aliquot annos habitasse, & agrum fodisse ex Plutarchi Catone maiore, & demum hoc anno mortuum esse, ex Frontino colligimus.

*Obitus NV.
Curij denarii.*

Aediles curules.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
L. Manlius. A. f. P. n. Vulso. [A. Manlius. A. f. P. n. Vulso. Longus.]
Longus.

Aediles plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
C. Atilius. M. f. M. n. Regulus. [M. Popillius. M. f. M. n. Lænas.
Serranus.]

Tribuni plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
C. Aquilius. M. f. C. n. Florus. II. [C. Canuleius. C. f. C. nepos.]
C. Sempronius. Ti. f. Ti. n. Blæsius. [L. Aurelius. L. f. C. n. Cotta.]
[L. Lætorius. C. f. C. n. Mergus.] [Q. Marcius. Q. f. Q. n. Philippus.]
[A. Ogulnius. Cn. f. A. n. Gallus.] [Ti. Claudius. Ti. f. Ti. n. Cicero.]
L. Acilius. // . f. // . n. Glabrio III. [M. Pupius. M. f. L. nepos.]

Quæstores urbani.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciales.

//. // . f. // . n. // . L. Flacci. }
//. // . f. // . n. // . T. Crassi. } Coss. in Sicilia.
//. // . f. // . n. // . Gallicus. // . // . f. // . n. // . Calenus.
//. // . f. // . n. // . * Lucerinus. * // . // . f. // . n. // . Ostiensis.

Q. Fabius. Q. f. Q. n. Max. Gurges. Maior filius Q. Gurgitis ter Consulis, & frater Q. Verrucosii. Cuius videtur esse denarius argenteus cum Romæ capite, & nauis quinqueremi rostrata; item hoc titulo:

Q. MAX. Q. F. GYRGES. EX. S. C. ROMA.

eius namque videtur hoc anno, quo primùm classem armare cœpit Romanus, atque idè rostratæ signum.

L. Minucius. // . f. // . n. Thermus. Auus Q. Thermi Consularis, vt indicant *L. Minucius*.
Capitolina marmora.

C. Fabricius. C. f. C. n. Luscinus. Filius magni illius bis Consulis ac triumphalis Fabricij.

C. Liuius. M. f. M. n. Drusus. Primi Drusi filius alter. Duplicem namque eius progeniem fuisse, magistratus nepotum indicant.

C. Furius. C. f. C. n. Pacilus. [Sp. Veturius. L. f. Sp. n. Crassus.]
[C. Sempronius. L. f. A. n. Atratinus.] [C. Ælius. C. f. Q. n. Pætus.]

ANNI P. R. C. CDXCIII.

Consules.

CN. CORNELIUS. L. F. CN. N. SCÏPIO. ASINA. C. DVILIVS. M. F. M. N.

S VGGERVNT rectè Consules Cn. Cornelium, C. Duilium Cassiodorus & Mariannus: Scipionem & Duilium tabulæ Græcæ: Cn. Cornelium Asinam & C. Duilium

lium Orosius & Eutropius. Vix alicubi tamen in auctorum, qui nunc extant, codicibus C. Duilij nomen sincerè expressum reperitur. Nam in Liuiana epitome xvii. & auctore de viris illustribus Cn. Duellius, vt in aliis plerisque M. Duellius vel Bellius appellatur. Variatum est namque sæpius id nomen antiquitus. Quemadmodum enim Cicero in Oratore testatur, vt duellum bellum, duis bis; sic Duellium, qui Pœnos classe deuicit, Bellium nominauerunt, cum superiores semper essent appellati Duellij. Verumtamen ignoro, an hæc Ciceronis verba primam illam antiquitatem redoleant. Constat enim maiores eius Duilios, non Duellios appellatos fuisse; vt marmora, & antiqui nummi ostendunt, quos item Liuius Duilios vocat. Et prisceos illo vetustissimo sæculo vocales sæpius commutasse, semiuocales non geminasse, c. litteram pro c. posuisse, iam nobis palam fit ex antiquissima inscriptione columnæ rostratæ huius eiusdem Consulis C. Duilij. Quam nuper repertam ad cluuium Capitolinum in foro Romano, in eius triumpho adducere cogito. Nec mirum hoc videbitur cogitantibus antiquæ consuetudinis hoc fuisse, sicut Quinctilianus & alij annotarunt. Immo Sex. Pompeius asserit, nullam antiquitus litteram in scribendo Romanos geminare solere: quam consuetudinem, inquit, Ennius mutauisse fertur, vt pote Græcus Græco more vsus: quod illi æquè scribentes ac legentes duplicabant mutas, semiuocalesque. Quæ ipsa prima scribendi ratio in hac dicta inscriptione palam liquet. At Capitolinorum Fastorum auctores obsoletam illam appellationem vel phrasim non sequuti sunt. C. Duilium ipsum vocantes, tam in consulatu quàm in triumpho: quemadmodum & Cicero in Catone C. Duilium M. filium, Zonaras & alij item nominant. Ceterum Polybius, si exemplaria rectè corrigantur, fortasse videbitur retinuisse vetus illud ex Tullij sententia adducta Consulis eius nomen: si enim transponamus duas priores huius nominis syllabas, mediam in prima fronte ponentes, appellabitur Γαίος Βίλιος, non Λίλιος vt mendosè produnt exemplaria. Sic enim tunc fortasse dixeret veteres, vt duis bis, ita Duilium Biliium, non minùs quàm duellum bellum postea.

Consulibus decretæ prouinciæ Sicilia, & classis noua quam designati instruxerant. Sortiti inter se, Duilio Sicilia, Cornelio classis obuenerit, qui eandem portus atque Italiæ oram legere, & sequi iussit. Ipse cum xvii. nauibus Messanam præcessit. Vbi cum necessaria classi prouidisset, spe rei benè gerendæ oblata, aliquanto citiùs quàm opus erat, reliquo exercitu non expectato, cum iisdem nauibus xvii. ad Liparas contendit, vbi ab Annibale hostium duce circumuentus in portu, & obsessus à classe Punica, cum alij in terram fugerent, ipse per fraudem, veluti in colloquium euocatus, capitur. Annibal hac fortuna elatior factus, reliqua classe Panormi relicta, cum quinquaginta nauibus ad speculandam Romanorum classem versus Italiam petiit: atque improuisò in eam paratam & vicinam incidens, subita vi oppressus, multis nauibus amissis, ipse vix viuus effugit. His rebus auditis alter Consul Duilius, qui in Sicilia terrestres copias ducebat, rebus ibi constitutis, quàm celerrimè ad classem contendit, cumque eadem Pœnos, & Annibalem duces eorum nauali prælio vicit, & ingenti clade contriuit. Annibal vix elapsus Carthaginem incolumis rediit. Quo successu alacriores Romani mox in Sicilia Segestam extremè periclitantem obsidione Punica liberarunt, Macellam urbem vi expugnarunt. Hæc latius apud Polybium, quæ etiam breuiter Liuiana epitome, Zonaras, Orosius, Eutropius, L. Florus memorant, & alij plures. Frontinus addit stratagemata. Verum auctor de viris illustribus non Annibalem sed Imilconem Pœnorum Imperatorem victum nauali prælio scribit à Duilio; sed ex quibus Annalibus, non liquet.

Prætor.

//. // . // . f. // . n. //

C. Sulpicius. Q. f. Q. n. Paterculus.

Aediles curules.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. //

Aediles plebis.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. //

[Ti. Sempronius. Ti. f. Ti. n. Blæsus] L. Apustius. C. f. // . n. Fullo.

Q. Cædicius. Q. f. Q. nepos.

M. Latorius. M. f. M. n. Plancianus.

Tribu-

Tribuni plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

A. Atilius. A. f. C. n. Calatinus. [L. Tullius. L. f. Sex. nepos.]
 C. Aurelius. L. f. C. n. Cotta. [C. Claudius. C. f. // . n. Canina.]
 [C. Flavius. C. f. M. nepos.] [M. Marcius. M. f. M. nepos.]
 [C. Plautius. C. f. C. n. Hipſæus. II.] [L. Allienius. L. f. A. nepos.]
 [P. Appuleius. L. f. L. n. Saturninus.] [L. Trebonius. M. f. M. n. Flavius.]

Quæſtores vr bani.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

Quæſtores prouinciales.

//. // . f. // . n. // . C. Duilij Cos. in Sicilia.
 // . // . f. // . n. // . Cn. Cornelij Cos. apud Claſſem.
 // . // . f. // . n. // . * Lucerinus * // . // . f. // . n. // . Calenius.
 // . // . f. // . n. // . Oſtienſis. // . // . f. // . n. // . Gallicus.

P. Claudius. Ap. f. C. n. Pulcher. Ap. Cæci tertium filium fuiſſe indicant Capitolina marmora, quibus etiam Cicero de diuinatione, & de natura deorum ſuffragatur.

Cn. Bæbius. // . f. // . n. Tamphilus. Pater Q. Tamphili qui maior natu legatus ad Annibalem pro Saguntinis obſeſſis fuit miſſus, & auus Cn. Tamphili Conſularis, de quibus in Annalibus ſuis poſteà dicemus.

[P. Popillius. M. f. M. n. Lanas] [P. Plautius. P. f. P. n. Hypſæus.]
 [Q. Petillius. C. f. C. nepos.] [C. Fulcinus. L. f. L. n. Trio.]
 P. Cornelius. P. f. P. n. Rufinus. L. Veturius. Ti. f. // . n. Philo.

Hic pater L. Veturij Philonis Conſularis, & in cenſura mortui anno DXLIII. ille verò P. Rufini bis Conſulis ac Dictatoris filius, atque abauus L. Sullæ Dictatoris, vt ex ſequentibus patebit.

C. DVILIVS. M. F. M. N. COS. PRIMVS. AN. CDXCIII.

NAVALEM. DE. SICVL. ET. CLASSE. POENICA. EGIT.

K. INTERKALAR.

Vt igitur hanc primam naualem victoriam populo Rom. lætiſſimam aliquanto accuratius deſcribamus, Polybius auctor eſt, C. Duilium Conſulem priore congreſſu triginta hoſtium cepiſſe naues, & in his prætoriam ſeptimem Annibalis ducis, qui in ſcapham deſiliens eſſugit. Mox cum reliqua Pœnorum claſſe congreſſum, eam omnem proſtigaffe, & ſimul amiſſas quinquaginta Pœnorum naues dicit. Eutropius & Oroſius xxxi. naues, & ſeptem hoſtium millia capta, tredecim naues merſas, & tria millia hoſtium cæſa ſcribunt, neque vllam Romanis victoriam gratiorem fuiſſe, quàm quòd inuicti terra mari quoque plurimum poſſent. C. Duilio itaque ob has cauſas primo omnium naualis victoriæ triumphus eſt delatus: tantumque illi hæc gloria dabat licentiæ, vt ſibi à cœna reuertenti tibicines canere, funalia præferri poſtmodum priuatus etiam nullo exemplo iuſſerit, quem admodum teſtatur apud M. Tullium in dialogo de ſenectute Cato Maior, ipſum ſe puerum Duilium ita redeuntem ſæpè vidiffe dicens. Suffragantur his Valerius Max. lib. III. cap. VI. Liuius & auctor de viris illuſtribus. Verùm diſertè L. Florus lib. II. Duilius, inquit, victor ad Liparæ, merſa & fugata hoſtium claſſe, primum illum maritimum egit triumphum. Cuius quod gaudium fuit? cum Duilius imperator non contentus vnius diei triumpho, per vitam omnem, vbi à cœna rediret, prælucere funalia, & præcinere ſibi tibias iuſſit, quaſi quotidie triumpharet. Ex quibus quidem Flori verbis inſuper colligere eſt, triumphantes poſt cœnam illam ſolemne, quæ publicè in Capitolio celebrari die triumphi ſolet, funalibus, ac muſico ſonitu domum deduci ſolere. Sed hanc licentiam Duilio priuato, quamdiu vixit, vt omnes conſentiunt, non illubenter populus Rom. indulſit, & triumphus illius naualis memoriam nummis argenteis propagauit, in quibus Romæ galeatæ caput viſitur, & Neptunus cum ſuo tridente in quadriga triumphali. Cuius nummi picturam in Faſtis Goltzianis videre poteris. Ac prætereà victoriæ iſtius memoriam

Victoriæ Duilianæ cladiſſe Poenica accuratior deſcriptio.

Naualis triumphus primus.

C. Duilius glorioſa licentia poſt eptias triumphus ſui memoriã iterare quàm diu vixit, non dubitauit.

Triumphantes poſt cœnam ac epulas à Capitolio domum vt deduci ſolebāt. Nummi triumpales Duiliani.

riam ornauit populus Romanus columna marmorea, quam rostris captarum nauium insignem Duilio positam in foro tradit Plinius, & ad sua vsque tempora extitisse significat lib. xxxiv. cap. v. Cuius speciosam quoque facit mentionem Silius Italicus in fine libri sexti Punicorum his versibus:

*Aequoreum iuxta decus, & nauale trophaeum
Rostra gerens niuea surgebat mole columna:
Exunias Marti, donumq; Duilius alto
Ante omnes mersa Pænorum classe dicabat,
Cui nocturnus honos funalia clara, sacerq;
Post epulas tibicen adest, castosq; penateis
Insignis latè reperebat murmure cantus.*

*Iano templum
Romastruxit
Duilius post
triumphum.*

*Ianus rerum
agendarum
exordis præ-
est.
Colūna Dui-
liana multis
sæculis exstitit
in foro Ro-
mano.
Sex. Rufus le-
cua mēdofus.*

*Quintilianii
locus nem.*

*Basis mar-
morea colūna
Duiliana cu
titulo victo-
ria rerumq;
gestarum.
Nicolaus Flo-
rentius Ba-
tauus.*


*Quintilianii
locus.*

*Ioannes Sam-
bucus.*

*Breuiar' in
naualis vi-
ctoriae Dui-
liana in co-
lūna bas.*

Amplius etiam scribit Corn. Tacitus Annalium lib. 11. C. Duilium, qui primus rem Romanam prosperè mari gessit, triumphumque naualem de Pœnis meruit, Iano templum extruxisse apud forum olitorium. Hinc cusi etiam in eius rei memoriam asses ærei magni cum capite Iani bifrontis vtrimque barbato, & laurea coronato ab vno latere, & cum prora nauis rostrata ab alio latere, in qua erecta est columna cum titulo, C. DVILI. M. F. Et hoc propter columnam eius rostratam, de qua paulò post plura dicemus. Picturam eorum habet etiam Goltzius inter nummos Faكتورum suorū in Dictatura C. Duilij eiusdè, quam anno vigesimo nono post istum triumphum gessit. Ianus autem rerum agendarum exordis præest, cui idcirco templum hoc initio expeditionis & victoriæ maritimæ votum publicè, & à C. Duilio extructum esse videtur. Porro quod ad columnam Duilianam attinet, certè manifestum est, eam multis post Pliniana tempora sæculis mansisse in foro Romano. Nam Sex. Rufus, qui extremo ferè imperij sæculo regiones vrbis Romæ ex tabulis publicis descripsit, eandem in octaua fori Romani inter alia monumenta publica recenset. Quamvis ibi perperam à librariis mutatum sit nomen Duilij, in D. Iulij. *Quis enim quælo auctorum scribit, Diuo Iulio Cæsari positam in foro rostratam fuisse columnam? aut quamnam eius victoriam naualem legimus, cuius ob causam hic honos illi tribueretur? Verùm hic librariorum est lapsus, quibus procliuè est obscurius nomen in aliud notius mutare. Eadem macula Quintiliano inspersa est lib. primo cap. xiiii. Institutionis oratoriæ, quo loco columnæ huius Duilianæ mentionem facit, de potestate atque vsu litterarum prisco differens; eiusdemque columnæ titulum siue epigraphen citat, atque allegat. Quæ paucis abhinc annis Romæ est eruta è ruderibus fori Romani, inter Septimianianum arcum, & Capitolij radicem. Quo monumento literario nihil puto Romæ nunc extare antiquius. Truncum atque contusum est Parium marmor ex basi columnæ Duilianæ, cui inscriptus erat titulus, & istius inclytæ victoriæ ælogium. Reliquos autem nunc in eo characteres, vti extant, diligentissimè descriptos more suo, Romæ, mox vt inuentum marmor erat, amicissimus meus Nicolaus Florentius Batauus Bruxellam ad me misit: quemadmodum solebat tum perquam accuratè nobis communicare, recens inuenta quæuis, non prius à me visâ, si ad communia nostra studia pertinere videbantur. Atque hæc quidem antiquissima columnæ Duilianæ, mutila sit licet, epigraphe nobis omnem dubij scrupulum remouet, atque nos planè securos reddit, Quintilianum, non (vt vulgò legitur) Diuo Iulio, sed Duilio columnam in foro positam in exemplum adducere. Nam quod ex eadem de litera D. confirmat, hoc idem in ista inscriptione præ oculis videmus, & locum illum Quintilianii in impressis libris esse corruptum luce clariùs apparet. Suffragantur insuper tria doctissimi Io. Sambuci, quæ mihi Viennæ Pannonum in aula Cæsaris ostendit, exemplaria vetusta in pellibus manu exarata, quorum vnum fuerat olim Ioannis Pontani, emptum ab ipso Neapoli, vt asserbat, septem aureis: & vili satis, cum eleganter non minus quam correctè descriptum esset. In hoc autem Quintilianii verba ad rem facientia sic leguntur: Sicut & Latinis veteribus D. plurimis in, verbis vltimam adiectam: quod manifestum est etiam ex columna rostrata, quæ est, Duellio in foro posita. Atque hoc ita veteribus Latinis in vsu fuisse, præsertim in vocibus, quæ per vocalem finiuntur, quò grauiùs sonent, profectò liquide ostendit antiquissima hæc inscriptio, iam dictæ columnæ Duilianæ. Quæ quandoquidem nobis prisca illius linguæ repræsentat imaginem planè veram; atque etiam breuiarium velut quoddam istius præclaræ naualis victoriæ contineat, spolia, prædas, captiuos, singulatim recenset: eam ipsam studiosorum antiquitatis in gratiam huic Duiliano triumpho subnectendam esse duxi. Nec aliènum abs re fore, laudemque typographum nostrum meritum autumo; si ipsius figuram columnæ ex antiquitatum reliquiis eleganter admodum Romæ delineatam, & Antonij Lasteri, nec non Tramezinorum fratrum formeis aheneis publicatam hic præmitteret, oculisq; Lectorum, vt rem melius intelligere possent, subijceret.*

Column-



C D . . . M F M N C . . . L . . .
 S AN O
 D EXEMET LECLIONES R
 AXIMOSQVE MACISTRATOS L
 OVEM CASTREIS EX FOCIONT MACEL
 CNANDOD CEPET ENOYE EODEM MACIS
 M NAVEBOS MARID CONSOL PRIMOS C
 CLASESQVE NAVALES PRIMOS ORNAVET PAL
 CVMQVE EIS NAVEBVS CLASEIS POENICAS OM
 SVMAS COPIAS CARTACINIENSIS PRAESENTE
 DICTATORE D OL OM IN ALTO MARID PVC
 NOYE NAV ET CVM SOCIEIS SEPTER
 OSQVE TRIREMOS QVE NAVEIS X
 OM CAPTOM NVMEI CD D DCC
 TOM CAPTOM PRAEDA NVMEI CD
 CAPTOM AES CD CD CD CD CD CD CD CD
 CD CD CD CD CD CD CD CD CD CD CD CD
 QVE NAVALED PRAEADA POPLON
 CARTACINIENSIS N . . . NVOS L
 EI . . . CAPT

C Columna

Columnæ epigrapha hoc ferè caractere & stylo in marmore contracto reliqua nobis remansit, quousque quadratis antiquarum litterarum formis exarata est. Alia vulgatis & communibus litteris expressa quæ vides, elogij supplendi redintegrandique causa ex instituto nostro adijcere non piguit. Ea qualiacumque sunt, pro tuo candore, Lector, boni consule.

Segestani Polybio, & aliis, qui primi, pulso Pœnorum præsidio, Romanis se iunxerunt, cognitione præscam renouare cupientes, quod & ipsorum maiores Troiani cum Aenea venissent in Siciliam.

Amilcar castris relictis fugit à Segesta. Zonaras.

Boues Lucas elephantes tunc vocabantur Romani, ut Lucretius & Plinius. Triginta naues captas, & xx. demersas vult Polybius.

Prætoria septemreis, in qua pugnabat Annibal, Gisgonis Pyrrhi regis fuerat, quam dux ipse, nauicula actuaria fugiens, hostibus reliquit: ut Polybius & alij.

Nummi, aurum, argentumve signatum. Præda non signatum.

Graue æs. infectum ac non signatum.

o. mille. cccclxxx. centum milia.

C. Duilius. M. f. M. nepos. Coss. aduorsom. Pœnos. en Siceliad. rem. cerens. ecest. ANOS. popli. Rom. cochnatos. socios. crauid. obsedeoned. EXEMET. LEGION. vbei. Pœnicarum. plera. pars. MAXIMOSQVE. MACISTRATOS. LUCEIS. bouebos. relicteis. NOVEM. CASTREIS. EXFOCIONT. MACELAM. mœnitam. PUCNANDOD. CEPET. ENQVE. EODEM, MACISTRATOD. bene. IEM. NAVEBOS. MARID. CONSOL. PRIMOS. ceset. triresmos. CLASESQVE. NAVALES. PRIMOS. ORNAVET. PALAUCTQUE. corneis. CVMQVE. EIS. NAVEBVS. CLASES. POENICAS. OMNEIS. paratafque. SYMAS. COPIAS. CARTACINIENSIS. PRÆSENTED. Annibaled. DICTATORED. OLOIVM. IN. ALTOD. MARID. PUCNANDOD. vicet. XXXQVE. NAVEIS. CEPET. CVM. SOCIEIS. SEPTERESMOMQ. ducis. Quinresmosque. TRIRESMOSQVE. NAVEIS. XX. deprefer.

AUOM. CAPTOM. NVMEI. o o o DCC. // // // // pondo.

ARGENTOM. CAPTOM. PRÆDA. NVMEI. cccclxxx // // // // pondo.

GRAUE. CAPTOM. AES. cccclxxx cccclxxx cccclxxx cccclxxx cccclxxx cccclxxx

cccclxxx cccclxxx cccclxxx cccclxxx cccclxxx cccclxxx cccclxxx cccclxxx

cccclxxx cccclxxx cccclxxx cccclxxx cccclxxx cccclxxx cccclxxx cccclxxx

cccclxxx cccclxxx cccclxxx cccclxxx // // // pondo.

TRIUMPOQVE. NAVALED. PRÆDAD. POPLO. NUNDINEIS. EXPOSITAD. captiuos. CARTACINIENSIS. INGENVOS. BIS. o. trigintaque. rostratas. NAVEIS. ab hosted. CAPTAS. transduxet. quas. ob. res. bene. gestas. S. P. Q. R. huic. PRIMOM. naualem. triumphom. pilamque. rostratam. cum. statuad. ex. manubis. en. foro. Rom. decreuet.

TYPOGRAPHVS LECTORI.

Lubet Columnæ huius Rostratæ inscriptionem, à Petro Ciacconio Toletano supplementam, bono tuo, Lector, hic apponere: ut in tam præclaro Antiquitatis monumento vtriusque ingenium & laborem conferas. at si etiamnum sitim explere desideres, ipsius Ciacconij ad eandem inscriptionem Commentarium, Romæ & Lugduni editum, lege.

C. Bilios. M. f. Coss. aduorsom. Cartaciniensis. en. Siceliad. rem. cerens. ecest. ANOS. cochnatos. popli. Romani. artusumad. obsedeoned. EXEMET. LEGION. eis. Cartaciniensis. omneis. MAXIMOSQVE. MACISTRATOS. LUCAES. bouebos. relicteis. NOVEM. CASTREIS. EXFOCIONT. MACELAM. mœnitam. vrbem. PUCNANDOD. CEPET. ENQVE. EODEM. MACISTRATOD. prospere. IEM. NAVEBOS. MARID. CONSOL. PRIMOS. ceset. refmecosque. CLASESQVE. NAVALES. PRIMOS. ORNAVET. PARAUETQUE. diebos. LX. CVMQVE. EIS. NAVEBVS. CLASEIS. POENICAS. OMNIS. paratafque. SYMAS. COPIAS. CARTACINIENSIS. PRÆSENTED. maxumod. DICTATORED. OLOIOM. IN. ALTOD. MARID. PUCNANDOD. vicet. XXXQVE. NAVEIS. CEPET. CVM. SOCIEIS. SEPTEMRESMOMQ. ducis. Quinresmosque. TRIRESMOSQVE. NAVEIS. XX. depreset.

AUOM. CAPTOM. NVMEI. o o o DCC.

ARGENTOM. CAPTOM. PRÆDA. NVMEI. cccclxxx. c.

GRAUE. CAPTOM. AES. cccclxxx cccclxxx cccclxxx cccclxxx cccclxxx cccclxxx

cccclxxx cccclxxx cccclxxx cccclxxx cccclxxx cccclxxx cccclxxx cccclxxx

cccclxxx cccclxxx cccclxxx cccclxxx cccclxxx cccclxxx cccclxxx PONDOD.

TRIUMPOQVE. NAVALED. PRÆDAD. POPLOM. ROMANOM. DONAVET. captiuos. CARTACINIENSIS. INCENVOS. DUXET. ante. curom. PRIMOSQUE. consol. de SICEIS. clafque. CARTACINIENSEOM. triumphauet. earom. rerom. ERGO. S. P. Q. R. ei. hance. columnam. p.

ANNI.

ANNI. P. R. C. CDXCIV.

Consules.

L. CORNELIUS. L. F. CN. N. SCIPIO. C. AQVILLIVS. M. F. C. N. FLORVS.

C Aquillium, L. Cornelium Consules adferunt Cassiodorus & Marianus: tabulæ Græcæ Scipionem & Florum: Zonaras C. Florum, L. Cornelium: Eutropius C. Aquillium Florum & L. Scipionem nominant: sic etiam Orosius C. Aquillium Florum & L. Cornelium Scipionem. Polybius Consules huius anni præteriit, nihil memoria dignum in Sicilia gestum esse scribens. Aliter tamen alij tradunt.

Consulibus C. Floro Sicilia, L. Scipioni classis obuenit. C. Florus in Sicilia Amilcari Pænorum Imperatori plures vrbes occupanti restitit, Mutifratum obsedit. L. Cornelius copias transuexit in Sardiniam & Corsicam; in hac Valeriam, in illa Olbiam principes vrbes vi cepit, & deinde reliquis omnibus citra obstaculum potitus est. E quibus insulis Pænos terra marique sic profligauit, L. Floro teste, vt victoriæ nihil, nisi Africa ipsa restaret. Interim Romæ coniuratio seruorum trium circiter milium detecta est, quibus item se adiunxerant Samnitium naualium sociorum milia quatuor; qui omnes simul in Urbis excidium conspirarant. Et nisi maturè proditio consilium eorum præuenisset, destituta præsidio ciuitas seruili manu periisset. Zonaras lib. 11. & Orosius lib. 11. cap. VII.

Sardinia & Corsicâ profligatis Pænis occupat L. Cornelius Cos.

Servi & socij nauales Samnites Roma coniurant in Urbis excidium.

Prætor.

//. // . // . f. // . n. //

C. Atilius. M. f. M. n. Regulus. Serranus.

Ædiles curules.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. //

M. Aimilius. M. f. L. n. Paullus. Sp. Furius. M. f. // . n. Philus.

Ædiles plebis.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. //

[T. Æbutius. // . f. // . n. Carus.] Ser. Fuluius. M. f. M. n. Pætius. Nobilior.

Tribuni plebis.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. //

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. //

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. //

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. //

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. //

C. Marcius. C. f. C. n. Censorinus. L. Cæcilius. L. f. C. n. Metellus.

M. Claudius. M. f. // . n. Marcellus. [P. Ælius. C. f. P. n. Pætus.]

[L. Hortensius. Q. f. Q. nepos.] [Sp. Antius. Sp. f. Sp. n. Restio. 11.]

[Q. Sallonius. Q. f. P. n. Sarra.] C. Lucerius. Cn. f. Cn. nepos.

[M. Acutius. M. f. C. nepos. 11.] P. Minucius. Q. f. // . n. Rufus.

Quæstores vrbanj.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. //

Quæstores prouinciales.

//. // . // . f. // . n. // . C. Aquillij. Cos. in Sicilia.

//. // . // . f. // . n. // . L. Scipionis. Cos. ad classem in Sard. & Corsica.

//. // . // . f. // . n. // . Ostiensis. // . // . // . f. // . n. // . *Lucerinus *

//. // . // . f. // . n. // . Calenus. // . // . // . f. // . n. // . Gallicus.

A. Manlius. T. f. T. n. Torquatus. Atticus.

Reperiuntur bigati argentei cum hoc eius Titulo :

A. TORQVAT. ATTICVS. Q. Cusi sunt ipso Quæstore, sicut notat littera Q. impressa sub Victoriæ aurigantis biga, quæ Martem armatum vehit. Censorem hunc Torquatum, & postea bis Consulem habebimus.

[Ser. Cornelius. Ser. f. P. n. Rufinus.]	[L. Roscius. T. f. T. nepos.]
[C. Cornelius. C. f. P. n. Scapula.]	[A. Atilius. A. f. A. n. Bulbus.]
[L. Numitorius. L. f. P. n. Pullus.]	[P. Cornelius. P. f. // . n. Dolabella.]
[C. Antius. C. f. Sp. n. Restio.]	

L. CORNELIVS. L. F. CN. N. SCIPIO. COS. AN. CDXCIV
DE. POENEIS. ET. SARDIN. CORSICA. V. ID. MART

*L. Cornelij
Cos. victoria
in Sardinia
& Corsica.
* inter pro-
ximos colles.
sic in v. c. do-
ctif. lac. Sufij.
Annibal præ-
fectus classis
Punica ob
cladem à C.
Duilio acce-
ptâ à Pœnis
crucifixus.
Anno, præfe-
ctus classis,
desperate pu-
gnâs, in præ-
lio cecidit.
Eunus occisus
hostis Consul
Cornelius
magistrice
celebrat.*

Cn. Cornelij Afinæ anno superiore hostium dolo circumuenti & capti infelicitas, viam ad amplissimos honores aperuisse videtur eius fratri L. Cornelio. Mox enim à populo Consul renuntiatus fraternæ vltor iniuriæ res magnas contra Pœnos terra marique in Corsica maximè & Sardinia gessit; multisque captiuorum milibus hinc inde abductis triumphauit, vt auctorem habemus Eutropium. In Sardinia, vt scribit Frontinus strata, gematum lib. 111, cap. x. cuiusdam ciuitatis per tumultum relicta oppugnatione quam instruxerat, speciem fugientis præstitit: infecutisque temerè oppidanis, per eos quos in proximo occultauerat, oppidum inuasit. Dum Olbiam expugnat Annonem Pœnorum, duces, Annibali paulò antè ob res infelicitè gestas à Pœnis crucifixo in classis præfectura surrogatum prælio vicisse; & ipsum Annonem rebus deploratis inter confertissimas hostium turmas semet præcipitasse, & occubuisse scribunt Orofius & Valerius Max. lib. v. cap. primo. Cuius corpus è suo tabernaculo Consul Scipio funere extulit amplissimo, sicut ibidem Valerius, item Silius Italicus lib. vi. Punicorum, vbi de Annibale Literni in Campania picturam primi belli Punici conspiciente canit, pulchrè & breuiter hoc idem exprimit:

*Cernit & extremos defuncti ciuis honores:
Scipio ductoris celebrabat funera Pœni
Sardoa victor terra.*

ANNI. P. R. C. CDXC V.

Consules.

A. ATILIVS. A. F. C. N. CALATINVS. Q. SVLPICIVS. Q. F. Q. N. PATERCVLVS.

NOMINANTVR hi Consules in Cassiodoro & Mariano A. Atilius Calatinus & C. Sulpicius: in tabulis Græcis, Calatinus & Paterculus. Polybius insuper C. Sulpicium, A. Atilium Consules reddidit: sic Zonaras Atilium Calatinum & C. Sulpicium: sed ibi mendosè *Λατίνος* pro *καλατίνος*, legitur. Sulpicij autem prænomen in Fastis Capitolinis variatur, in columnis enim triumphalibus C. Sulpicius appellatur, & in tabulis magistratuuum Q. Sulpicius: sed dubito num errore fabrili hoc acciderit, cum alij auctores omnes Caij prænomen illi tribuant.

Prodigia sunt visa Romæ, & in Albano lapidibus grandinis instar sæpiùs pluit, vt auctor est Zonaras. Calatino Sicilia, Sulpicio classis obuenerit, sicut ex eodem Zonara, Polybio, & aliis colligimus.

CENS. C. DVILIVS. M. F. M. nepos. // . // . // . f. // . n. // . lustr. fec. XXXVI.
Ap. Claudius. C. f. Ap. n. Caudex.

Censorem hoc anno fuisse C. Duilium triumphalem illum virum, monstrat nobis fragmentum Capitolinorum magistratuuum: at collegæ nomen iniuria temporis in eo marmore periit. Lustrum autem ab his conditum fuisse xxxvi. sequens lustrum xxxvii. in iisdem Capitolinis extans solummodò demonstrat. Nam veterum auctorum præsidio destituti (cum nemo, quod sciam, huius census vel lustris mentionem faciat) numerum ciuium, & alia quæ desunt, supplere non possumus. Addemus tamen C. Duilium collegam è patricijs Claudijs seniorems eius temporis Consularem Appium Caudicem Appij Cæci Censorij fratrem, quo vno septem eius gentis censuras supplebimus, quos Claudios patricios habuisse scribit in Tiberij vita Suetonius.

*Inter Clau-
dios patricios
Censorij septe
fuere.*

Prætor.

Prætor.

//. // . f. // . n. //

L. Manlius. A. f. P. n. Vulfo. Longus.

Aediles curules.

//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. //

Aediles plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. //

[L. Aurelius. L. f. C. n. Cotta.] [A. Ogulnius. Cn. f. A. n. Gallus.]

[L. Latorius. C. f. C. n. Mergus.] C. Sempronius. Ti. f. Ti. n. Blæfus.

Tribuni plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. //

//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. //

//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. //

//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. //

//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. //

Q. Cædicius. Q. f. Q. nepos. II. L. Iunius. C. f. L. n. Pullus.

[A. Trebonius. C. f. A. n. Asper.] [P. Silius. P. f. P. nepos.]

[Sex. Pompilius. Sex. f. Sex. nepos.] [Q. Titinius. Q. f. M. nepos. II.]

M. Liuius. M. f. M. n. Drusus. C. Flaminius. L. f. // . nepos.

[L. Sextius. C. f. C. n. Caluinius.] [C. Genucius. C. f. // . n. Clepsina.]

Quæstores urbani.

//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. //

Quæstores prouinciales.

//. // . f. // . n. // . A. Calatini Cos. in Sicilia.

//. // . f. // . n. // . C. Sulpicij Cos. ad classem.

//. // . f. // . n. // . Calenus. // . // . // . f. // . n. // . Ostiensis.

//. // . f. // . n. // . * Lucerinus * // . // . // . f. // . n. // . Gallicus.

N. Fabius. M. f. M. n. Butco. Qui ita scriptus reperitur in Capitolinis. Nouum hoc tempore cognomen inuentum, nouaque exorta est familia Buteonum in gente Fabia ex Ambustorum, vt suspicor, antiqua & perampla familia: non secus ac antea Pictorum, cuius princeps erat C. Fabius. M. f. N. n. Ambustus mag. equitum anno CDXXXIX. Sed quia Salutis ædem postea quam C. Iunius Bubulcus anno CDLI. dedicauit, depinxerat, à populo Pictor appellari cœpit. Quod cognomen nec ipse, nec eius filij nepotes spreuerunt. Eodem modo huius N. Fabij parens, nisi fallor, M. Fabius M. f. M. n. Ambustus ex euentu raro boni ominis causa Buteo vocatus, cognomen nouum suis posteris acceptissimum reliquit: quod, cum huius belli initio classis Romanæ in Siciliam primùm traiectionem partem duceret, aduolans auis, buteo Romanis dicta, in eius naui sedit. De qua re sic Plinius lib. x. cap. viii. de generibus accipitrum scribens ait: Triorchem à numero testium, cui principatum in augurijs Phœmonoë dedit: buteonem hunc appellant Romani, familia etiam ex eo cognominata, cum prospero auspicio in * ducis naui sedisset. Huius extant denarij, in quibus Castores gemini in equis decurrentes visuntur, & Romæ caput galea pinnata tectum, iuxta quod tudicula figurandæ monetæ commoda. Inscriptum ita nomen, N. FABI. M. F. BUTEO.

Noua Buteonum familia in gente Fabia.

** Deest nomen ducis M. Fabij. Vix verisimile: Plinius nomen eo loci omisisset.*

C. Atilius. A. f. A. n. Bullbus. Ita nomen eius extat in Capitolinis Fastis, & in antiquis nummis item cum Romæ capite, & Castorum decurrentium signis. C. ATIL. A. F. BVLBVS. Quanto tunc temporis in honore fuerit rusticus labor iustus & innocuus, demonstrant nobilissimarum familiarum cognomina ab agriculturæ exercitio de-

*Bulbi cur di
hi Atilij.*

sumpta: quemadmodum hoc Atiliæ gentis, in qua Bulbus primùm dictus fuit quidam huius familiæ princeps ab eximio bulborum cultu: cuius in Republica Romana posteri ad octingentesimum vrbis annum apud auctores reperiuntur.

L. Flaminius. L. f. // . nepos. Bigati denarij antiqui sine cognomine huius existimantur esse. Patruus fortè C. Flamini ad Trasimenum cæsi fuit.

[T. Antonius. T. f. Q. n. Merenda.] [L. Volumnius. L. f. L. n. Flamma. Violens.]
[C. Pompilius. Sex. f. Sex. nepos.] [Q. Fundanius. Q. f. Q. n. Fundulus.]
[Q. Antonius. T. f. Q. n. Merenda.]

Prouincia.

C. Aquilius. M. f. C. n. Florus. Siciliam Procos. protogaro imperio obtinuit, vsque in aduentum Consulis A. Calatini; quemadmodum in Aquiliano triumpho iam latius declarabo.

Proquæst.

// . // . // . f. // . n. // . C. Flori Procos. in Sicilia.
[L. Roscius. T. f. T. nepos.]

C. AQVLLIVS. M. F. C. N. FLORVS. AN. CDXCV.
PRÓCOS. DE. POENEIS. IIII. NON. OCT.

C. SVLPICIVS. Q. F. Q. N. PATERCVLVS. AN. CDXCV.
COS. DE POENEIS. ET. SARDEIS. III. NON. * OCT. *

Duos huius anni produnt triumphos Capitolina marmora, quorum expressam mentionem Liuio amisso apud alios auctores non inuenimus. Sed Goltzius quidem in Fastis suis nummariis adducit denarium antiquum, vt ex signis impressis & titulo colligere est, ad triumphum C. Flori pertinentem. Præfert enim Dianæ venatricis effigiem, phætræ scilicet & crinibus in vertice nodatis. Quæ dea Siculis in honore habebatur celebri, cuius triduo festo solemniter Suracusæ captæ postea fuerunt à M. Claudio Marcello, vt pulchrè Liius lib. xxxv. & Plutarchus in Marcelli vita. De Segestana verò Dianæ vetusta religione multa Cicero in Verrem de signis, item de Suracusana Dianæ in insula celeberrima æde, quæ nunc prætereo. Ceterum in alio latere nummi videtur Victoria bigam agitans, cui titulus ita adscriptus est: C. AQVLLI. FLORVS. PR. COS. Porrò de victoriis istorum duorum adducere nonnulla possumus. Ex Zonara dixi C. Florum Consulem in Sicilia contra Amilcarem mediterraneas vrbes passim expugnantem res gessisse. Et sanè videtur ira domuisse Pœnum, vt se prælio deinceps committere non fuerit ausus. Itaque C. Florum ad vrbium oppugnationes se conuertisse, ex eodem auctore colligimus. Enarratis enim L. Scipionis Consul in Corsica & Sardinia victoriis, ad huius anni res gestas perueniens: Deinde, ait, Atilius Calatinus in Siciliam venit, & Mutistratum vrbem, à Floro obsessam inueniens, eius exercitu & apparatusibus vsus, summo impetu mœnia oppugnare cœpit: intantum, vt ciues metu perculsi, dimisso clanculum Pœnorum præsidio, portas Romanis aperuerint. Vrbs nihilominus direpta & incensa est. Ex his constare potest C. Florum elapso sui magistratus anno non statim Romam rediisse, sed successorem in prouincia expectasse: quapropter necesse est, Procos. demum mense Octobri (vt volunt Fasti Capitolini) triumphasse. Vt namque receptum deinde prolato extra Italiam imperio, vt pro occasione temporum, finito magistratu, ducibus Romanis imperium prorogaretur, in longinqua præsertim prouincia; ne dum Romæ successor se expeditioni apparat, & supplementa colligit, exercitus in prouincia, rebus nondum confectis, sine Imperatore maneret. C. Sulpicius autem in magistratu triumphauit, de quo nihil seorsim Polybius diuersos ab Zonara sequutus Annales. Nam Consules coniunctis viribus hoc anno bellum gessisse narrat, copias Panormum admouisse, vbi tunc hostium erant hiberna: sed prælium detrectantibus Pœnis, relicta Panormo Hipponam, Mutistratum, Camarinam, Ennam, aliaque complura oppida expugnasse, & Liparas obsedisse. Quæ omnia soli Calatino adscribunt alij auctores. C. verò Sulpicium Consulem narrat Zonaras classe Sardiniam infestasse, & ad Libyam vsque penetrasse: illi obuiam missum à Pœnis Annibalem quemdam, verum tempestatem in causa fuisse, quo minus ventum fuerit ad manus. Paucis ab inde diebus Annibalem astu per transfugas in mare pellectum denuò, & ex improviso oppugnatum à Sulpicio multas naues perdidisse; reliquas, cum quibus in Sardinia littus profugerat, vacuas à persequentibus fuisse captas. Annibalem verò, cum portum

*Diana ven-
trix effigies.*

*Mutistratū
obsidione ca-
ptum a Ro-
manis.*

*Cur deinde
frequenter
prorogata
magistrati-
bus fuerint
imperia.*

*C. Sulpicij
Cos. res gesta.*

*Nautalis vi-
ctoria Sulpi-
cij.*

portum non satis tutum cepisset, nauibus relictis, terrestri itinere cum suis Sulcos se contulisse; & orta ibidem seditione Pœnorum, cum solus ad eos sedandos prodiret, occisum fuisse. Ita ferè Zonaras de C. Sulpicij expeditione aliquantò latius; & præter hunc nescio an habeamus, qui mentionem faciat: nisi quòd de Annibalis casu sic breuiter scribat Orosius lib. iv. cap. viii. Annibal senior, inquit, à Carthaginensibus iterum classi præpositus infeliciter cum Romanis nauali prælio congressus & victus est: ab exercitu dein suo seditione orta lapidibus coopertus interiit.

Seditio militaris.

Annibal Pœnorum Imperator, à suis lapidatus.

Sardinia breuis ichnographia.

Sardinia Stephano Σαρδωνίη vel Σαρδωνίη: inde gentilia Sardus, Sardous, & Sardinienfis. Insula est maris Tyrrheni benè celebris, Sandaliotem appellauit Timæus, à forma solæ: Chrysiippus & Myrsilus Ichnuusan, à similitudine humani vestigij, sicut annotarunt Plinius, Solinus, Salustius, & Claudianus de bello Gildonico. A Sardo Herculis filio Sardinia nomen obtinuit, testantur hoc Solinus cap. x. & Silius Italicus lib. xii. Hinc insulae Herculis etiã dictæ Gorditano promontorio vicinae. Sed vide plura de hac insula apud iam dictum Solinum, Dionysium Aphyram, & commentatorem eius Eustathium, Strabonem, Ptolomæum, & alios.

Vnde nomen insulae Herculis.

ANNI P. R. C. CDXCVI.

Consules.

C. ATILIVS. M. F. M. N. REGVLVS. Serranus. Cn. Cornelius. L. f. Cn. n. Blasio. II.

ZONARAS hos Consules non nominat: Polybius solummodò C. Atilium. In tabulis magistratum Capitolinis item Atilij collega desideratur iniuria vetustatis: ex Cassiodoro igitur restituendus est, qui Cn. Cornelium & C. Atilium Serranum suggerit. Marianus quoque, sed mendosè, C. Cornelium Blasum, M. Atilium Serranum II. Tabulae autem Graecae cognomina habent Regulum & Blasionem: & illæ quas Cuspinianus citat, Regulum & Blasionem II. vt hinc certò colligi possit, Atilij collegam Cn. Cornelium Blasionem esse, qui antea Consul & Censor fuit: Blasij enim cognomen non Corneliorum, sed Semproniorum potius esse constat. C. Atilius autem primus ex ea gente Serrani cognomen habuit, quòd Consulatus in agro serenti fuerit oblati, cuius meminit Cicero in Rosciana ad Erucium accusatorem verba dirigens. Næ tu accusator ridiculus esses, si illis temporibus natus esses, cum ab aratro accerserentur, qui Consules fiebant. Etenim qui præesse agro colendo flagitium putes, profectò illum Atilium, quem sua manu spargentem semen, qui missi erant, conuenerunt, hominem turpissimum iudicares. Idem scribit Valerius Max. lib. iv. cap. iv. Atilium (inquit) qui ad eum accersendum à Senatu missi erant, ad imperium populi Rom. suscipiendum semen aspergentem viderunt. Hinc etiam Appuleius in Apologia, Quintiis & Serranis non modò vxores, verum etiam consulatus & dictaturas in agris olim oblatas asserit. Intelligendus itaque de hoc Atilio Plinij ille locus lib. xviii. cap. iii. Serentem inuenerunt oblatis honoribus, Serranum vnde cognomen. Ceterum in Capitolinis marmoribus istud cognomen perisse cum aliis videtur.

Qui primus Atiliorum Serranus dictus.

Provinciae Consulatum fuerunt Cn. Blasionis Sicilia, C. Atilij classis. In Sicilia terrestri bello nihil memorabile à Consulibus gestum fuisse tradit Polybius, maritimas res in triumphis iam declarabo.

Q. OGVLNIVS. L. F. A. N. GALLVS. Dict.

M. LAETORIVS. M. F. M. N. PLANCIANVS. MAG. EQ.

LATINAR. FER. CAVSSA.

Restauratas eodem anno ferias Latinas fuisse per Dictatorem & Magistrum equitum, ex solis hisce fragmentis Capitolinis constare existimo: cum apud eos quos habemus historicos ne vel mentionem eius reperiamus, nec vel causam elicere alicunde possumus restauratae eius solemnitatis. Idem verò est hic Q. Ogulnius, quem antea Æsculapium aduexisse legimus.

Prætor.

II. II. II. f. II. n. II.

Ser. Fuluius. M. f. M. n. Patinus. Nobilior.

Ædiles curules.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..
 Cn. Seruilius. Cn. f. Cn. n. Cæpio. P. Seruilius. Q. f. Cn. n. Geminus.

Ædiles plebis.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..
 C. Aurelius. L. f. C. n. Cotta. [C. Claudius. C. f. .. n. Camna.]

Tribuni plebis.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..
 f. .. n. f. .. n. ..
 f. .. n. f. .. n. ..
 f. .. n. f. .. n. ..
 f. .. n. f. .. n. ..
 [L. Sicinius. L. f. T. n. Dentatus.] [Cn. Apronius. Cn. f. Cn. nepos.]
 [L. Cominius. L. f. L. nepos.] [M. Cædicius. M. f. M. nepos.]
 [P. Curatius. P. f. C. nepos.] [C. Mænius. C. f. C. nepos.]
 [P. Virginius. P. f. P. nepos.] [L. Papirius. L. f. .. n. Turdus.]
 [Q. Mælius. Q. f. Q. n. Capitolinus.] [T. Æbutius .. f. .. n. Carus. II.]

Quæstores vr bani.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..

Quæstores prouinciales.

.. .. f. .. n. .. Cn. Blafionis Cos. in Sicilia.
 f. .. n. .. C. Reguli Cos. ad classen.
 f. .. n. .. Gallicus. f. .. n. .. Calenus.
 f. .. n. .. *Lucerinus.* f. .. n. .. Ostienfis.
 [T. Geganius. T. f. L. n. Macerinus.] [C. Cominius. L. f. L. nepos.]
 [Sp. Nautius. C. f. Sp. n. Rutilus.] Cuius pater Consul fuit anno CDLXVI.
 M. Æmilius. M. f. .. n. Lepidus. Et hic patrem Consulem habuit anno CDLXVIII.
 L. Æmilius. L. f. Q. n. Barbula. Filius L. Barbulæ qui de Tarentinis primus triumphauit, quo Consule bellum illud inceptum est.
 [C. Sulpicius. C. f. C. n. Longus.] [P. Furius. C. f. C. n. Aculeo.]
 [P. Sulpicius. P. f. P. n. Sauerrio.] Eius pater Consul cum P. Decio, item auus Consul triumphauerat, & Censor fuerat.

Prouincia prorogata.

A. Atilius. A. f. C. n. Calatinus. Siciliam Procos. prorogato imperio obtinuit. Tardiùs in prouinciam venisse Calatinum ex C. Flori triumpho fit verisimile: nam ille Octobri mense demù anno superiore Romam reuersus Procos. vt diximus, triumphauit. Calatinus successor accepto ab eodẽ exercitu, Mutistratum urbem antea à Floro obsessam expugnauit, & militibus diripiendam dedit. Enna deinde, Drepano, Eryce, Panormo, Lilybæo, aliisq; munitissimis Siciliæ ciuitatibus hostilia præsidia deiecit. Inde Camarinam ab hostibus occupatam incircumspectè aggressus, in insidias delabitur, atque à Pænis circumquaque obsidetur: vbi cum exercitu periisset, nisi M. Calpurnij Flammæ Tribuni militum virtute & opéra fuisset explicitus. Nam is cum trecentis militibus eruptionem fecit in tumultum altiorem, & hostes in se conuertit, vbi Calatino tempus & locum dedit extrahendi ex angustiis exercitum, Camarinamque postea machinis tormentisque bellicis expugnandi Historiam pulchrè narrat Gellius noctium Atticarum lib. III. c. VII. ex Catonis Originibus; qui tribunum militum illum Q. Cædicium appellat: addit item Gellius, à Claudio Quadrigario vocari Laberium. Sed ea est veterum Annalium diuersitas. Liuius tamen, Orosius, Florus, Frontinus, Zonaras, Auçtor de viris illustribus, reliquique

Oppida Sicilia
 capta ab
 Atilio Pro-
 eos.

Egregia mili-
 taris virtus
 M. Calpurnij
 Flammæ.

quique omnes facti huius tam memorabilis mentionem facientes, M. Calpurnium Flamiam tribunum militum fuisse scribunt; cui graminea corona rarissimum honorem exercitu seruato contigisse Plinius tradit lib. xxii. cap. vi. Hæc partim in consulatu, partim postea prorogato imperio hoc anno Calatinus gessit, velut ex auctoribus iam adductis colligere possumus.

Graminea corona rarissima decus.

Proquæstore.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. A. Calatini Procos. in Sicilia.

L. Flaminius. L. f. ///. nepos.

A. ATILIVS. A. F. C. N. CALATINVS. PR. AN. CDXC VI.

EX. SICILIA. DE. PŒNEIS. XIII. K. FEBRVAR.

Auctor de viris illustribus res gestas A. Calatini breuiter complexus, inter alia refert, totam Siciliam victore exercitu peruagatum fuisse, & post munitissimas aliquot vrbes captas, & periculum, in quod inciderat ingens, ad Camarinam euitatum, gloriosè triumphasse. Quæ verò de nauali eius victoria narrat idem auctor, ad C. Atilium Regulum huius anni Consulem pertinent, vt paulò post dicemus. L. Florus lib. ii. cap. ii. à Dictatore Calatino præsidia Pœnorum è plerisque Siciliæ ciuitatibus depulsa tradit, quod potius Consulem vel Procos. fecisse autumo, hoc videlicet tempore. Et miror, Prætozem ipsum triumphasse hoc anno nos in columnis Capitolinis legere, cum mihi non fiat verisimile, statim post consulatum absenti præturam oblatam fuisse, quæ tunc temporis urbana dumtaxat erat. Vel error itaque in eo loco marmoris esse debet, vel PR. eo loco poni, pro Procos. dicendum erit. Vidimus apud Granuellanum expressam huius triumphæ memoriam in denariis Calatinorum argenteis cum Romæ capite, & quadriga triumphali, in qua iuncti quatuor elephanti in signum Africanæ potentia subuigata. Instat Victoria coronam ostentans, & adscriptus est titulus ROMA * A. ATIL. A. F. C. N. CALATINVS.

Historia variata.

Nummus triumphalis A. Calatini.

C. ATILIVS. M. F. M. N. REGVLVS. COS. AN. CDXCVI.

DE. POENIS. NAUALEM. EGIT. VIII. ///. ///

Trium Atiliorum continui ferè consulatus, & victoria nonnihil obscuritatis in historia eius temporis induxerunt. Nam hinc accidisse videtur, quòd A. Atilio Calatino victoriam naualem de Pœnis & Amilcare attributam legamus apud Auctore de viris illustribus; propter quam C. Regulum Consulem triumphum hunc naualem egisse, ex Polybio, Zonara, & aliis colligimus: qui huius anni Consules tradunt Liparæ obsidionem continuasse. Cum autem, vt Zonaras tradit, Pœnos sub Tindaride promontorio in insidiis esse cognouissent, cum parte classis alter Consul promontorium circumdedit. Amilcar dux Pœnus paucitate Romanorum conspecta, prælium incepit; sed videns reliquam quoque classem appropinquare, in fugam versus maiorem nauium partem amisit. Quo successu elati Romani, Sicilia vt iam suæ ditionis omissa, Libyam & Carthaginem petere ausi sunt. Sic ferè Zonaras explicat hanc victoriam, quapropter ex Consulibus C. Regulum cum Amilcare conflixisse (quamuis eius nomen prætereat Zonaras) ex Polybio intelligimus; qui paulò aliter rei gestæ successum enarrat. C. Atilium Consulem scilicet stationem apud Tindaritanos habuisse cum classe Romana, Punicam verò classem ex litore inordinatius præternauigantem conspexisse: atque ipsum Atilium cum decem, qui tum in promptu erant, nauibus hostibus occurrisse, reliqua classe confestim sequi iussa. Pœnos autem in paucas Romanorum naues facile impetum fecisse, parumque abfuisse, quin omnes cum prætoriana naue cœpissent. Sed adueniente reliqua classe Pœnos amissis ferè viginti nauibus arrepta fuga in Lipareas insulas abiisse; & octo naues tum submersas, & decem onustas Romano reliquisse. Eundem hunc Atilium opinor, Liparam, Melitamque insulas Siculorum nobiles bello captas euertisse, sicut apud Orosium lib. iv. cap. viii. legimus. Igitur naualem triumphum de Pœnis egisse testantur Capitolinæ columnæ, & Plinius lib. viii. cap. vt dixi, tertio laureatum, & triumphalem aratorem appellat, & Serrani cognomen habuisse scribit, quòd consulatus huic in agro serenti fuerit oblatum. De eodem Atilio intelligenda sunt quæ Val. Max. lib. iv. cap. iv. refert, ad imperium scilicet populi Romani ex agro vocatum, illius opere rustico attritas manus salutem publicam stabiluisse, ingentes hostium cateruas pessum dedisse. Quæque modò arantium bouum iugum rexerant, triumphalis currus habenas retinuisse: nec iisdem ratori fuisse, eburno scipione deposito, agrestem stiuam aratri repetere. Quo loco etiam indicat C. Atilij Serrani istum triumphum. Reperiuntur & denarij argentei cum Victoria dea alata capite in vno latere: & in alio dea eadem coronam tenens, & bigam regens, sub cuius equis, rostrata iacet nauis. Quæ omnia huius suæ victoria, ac naualis triumphæ sunt symbola. Adest titulus, C. ATIL. REGVL. ROMA.

Victoria naualis ad Liparam.

Romanorum nauigatio prima in Africa. C. Atilij Cos. nauale prælium & victoria.

Lipara & Melita insulae captæ. Triumphus naualis C. Atilij Cos. Arator triumphalis.

A triumpho ad stiuam rediit Serranus.

ANNI. P. R. C. CDXC VII.

Consules.

L. MANLIVS. A. F. P. N. VVLSO. LONGVS. Q. CAEDICIVS. Q. F. Q. N. IN.
MAG. MORT. E.

IN. EIVS. LOCVM. FACTVS. EST.

M. ATILIVS. M. F. L. N. REGVLVS. II.

ITA representant eius anni Consules Capitolinae tabulae, non parum lucis adferentes auctoribus, qui eorum mentionem faciunt. Cassiodorus autem & Marianus Scotus Q. Caedicium & L. Manlium suggerunt, suffectum Consulē more suo praetereuntes. Sic tabulae Graecae Vulsonem & Caedicium produunt. Polybius, Zonaras, Eutropius, & alij qui anni huius historiam attingunt, Q. Caedicium in magistratu mortuum omittentes, L. Manlium & M. Atilium, quorum auspiciis res contra Pœnos eo anno gestae sunt, adferunt. Igitur qui chronologias Consulū disposuerunt ante tabulas Capitolinas inuentas, & nesciuerunt M. Regulum Q. Caedicio surrogatum fuisse; scrupuli & difficultatis non parum in conciliando aliis auctoribus Cassiodoro reppererunt. Ad fidem porro antiquitatis corrigenda aliorum auctorum loca sunt, vt & Iustini in Compendio Pompeij Trogi libro XLI. Parthos à Seleuco rege defecisse scribentis bello Punico primo, L. Manlio Pifone, Attilio Regulo Consulibus. Quo loco repone Manlium Vulsonem, pro Manlio Pifone; si annum verum discere cupis. Cognomina sola vtriusque ponunt Cuspiniani tabulae, Longum & Regulum.

Iustini locus.

Proelium nauale tripartitum non procul Heracleâ.

Victores Consules in Africa traiciunt.

Consulibus vtrisque Sicilia atque Africa prouinciæ decretæ, qui cum parassent omnia terra marique necessaria, vt in Africam bellum transferrent, cum trecentis triginta nauibus, vt auctor est Orosius, Siciliam petiere. Rebusque ibidem ordinatis, instructissima classe navigationem aggressos, Punica classis, Amilcare & Annone ducibus, iter eorum impedire pro viribus conata, inuasit. Commisum est tripartitò proelium atrox non procul Heracleâ. Pœnus tandem, amissis sexaginta quatuor nauibus, victus retrò se recepit: ac tempus extrahere cupiens, Annonem misit, vt cum Romanis de pace ageret. Quem cum multi comprehendendum esse clamarent, quòd etiam Pœni Cn. Cornelium Consulē fraude euocatum cepissent; Si istud, inquit Anno, feceritis, Pœnis nihilo iam eritis meliores. Qua tam oportuna adulatione consilium istud elusit, & impunè euasit. Pulchrè hoc Zonaras, & Valerius Maximus inter exempla fidei memorat lib. vi. cap. vi. Victores Consules, reparatis quas ceperant nauibus, in Africam ad Mercurij promontorium appulere, Clupeam urbem, Aspida vocatæ Græci, deinde trecenta amplius castella partim vi, partim metu in potestatem redegerunt, Pœnorum agros vsque ad Carthaginis muros depopulati sunt. Quæ omnia diffusius leges apud Polybium libro primo, Zonaram, Orosius, Eutropium, Florum, & alios superius adductos.

Prætor.

//. // . f. // . n. //

M. Lætorius. M. f. M. n. Plancianus.

Ædiles curules.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. //

Q. Fabius. Q. f. Q. n. Max. Gurges. [Sp. Veturius. L. f. Sp. n. Crassus.]

Ædiles plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. //

C. Marcius. C. f. C. n. Censorinus. M. Claudius. M. f. // . n. Marcellus.

Tribuni plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. //

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. //

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. //

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. //

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. //

L. Minucius. // . f. // . n. Thernius. [T. Numicius. T. f. T. nepos.]

[Q. Ro-

[Q. Romuleius. Q. f. T. nepos.] [L. Canuleius. L. f. L. nepos.]
 [L. Hortensius. Q. f. Q. nepos. II.] [M. Oppius. M. f. C. n. Cornicen.]
 [L. Aurelius. L. f. C. n. Cotta. II.] [P. Ælius. C. f. P. n. Petus. II.]
 [C. Claudius. Ti. f. Ti. n. Cicero.] C. Fabricius. C. f. C. n. Lufcius.

Quæstores vr bani.

II. II. II. f. II. n. II. III. II. II. f. II. n. II.

Quæstores prouinciales.

II. II. II. f. II. n. II. L. Manlij. }
 II. II. II. f. II. n. II. Q. Cædicij. } Coss. in Sicilia & Africa.
 II. II. II. f. II. n. II. * Lucerinus * II. II. II. f. II. n. II. Gallicus.
 II. II. II. f. II. n. II. Ostiensis. II. II. II. f. II. n. II. Calenus.

C. Fabius. C. f. M. n. Dorfo. Licinus. Huius pater Consularis, frater autem in tabulis Capitolinis paulò post Consul reperietur.

C. Fundanius. C. f. Q. n. Fundulus. Consul item hic sequetur in Capitolinis anno DX.

[M. Veturius. L. f. Sp. n. Crassus.] [M. Canuleius. C. f. C. nepos.]

[Cn. Quinctilius. Cn. f. Cn. n. Vatus.] Cuius auus Dictator fuerat.

[P. Decius. P. f. P. n. Mus.] P. Decij, qui Consul in prælio contra Pyrrhum occisus erat, filius.

L. Domitius. L. f. L. n. Ahenobarbus. Cuius nepos postea Consul sequetur in tabulis Capitolinis.

[M. Licinius. M. f. C. n. Caluus.]

L. MANLIUS. A. F. P. N. VVLSO. LONG. AN. CDXCVII

COS. DE. POENIS. NAUALEM. EGIT. VII. III. III.

Prælium nauale quo Romani Amilcarem & Annonem hoc anno vicerunt, multis graphice describit Polybius. Viginti quatuor Romanorum naues in eo prælio periisse, Punicas amplius triginta submersas, & sexaginta quatuor cum hominibus captas fuisse tradit. L. Manlius verò Consulem hieme superueniente rebus tam mari, quam in Africa bene gestis, cum ingenti præda & captiuorum multitudine incolumem rediisse Romanam; M. Regulo collega in Africa cum quadraginta nauibus, quindecim milibus pedum, & quingentis equitibus remanente ex S. C. vii bellum bello continuaret. Qui cum ad Bagrada fluuium haberet castra, prodigiosa molis ac magnitudinis draconem, cuius aquatum venientia iumenta ac milites deuorantem, non sine magna clade militum, catapultis etiam adhibitis, tandem expugnauit, & occidit. L. Manlius interea Romanam uenit, ut Orosius & Eutropius testantur, viginti septem captiuorum milia cum multis spo- liis Romanam aduexit. Addit Zonaras, plurimos item ciues bellis prioribus captos, & à Pœnis in Africam translatos in patriam reduxisse. Res quidem triumpho dignæ fuerunt, quem sola tamen exprimunt Capitolinæ columnæ. At L. Florus de M. Regulo verba faciens, classem ingenti præda onustam, & triumpho grauem in urbem præmisisse dicit. Triumphum tamen naualis memoriam habent antiqui nummi adhuc temporis residui cum nauium rostratarum typis, & Consulis Manlij nomine: L. MANLI. A. F. VVLSO. LONG. ROMA. Ex his ærei bifrontem Ianum, argentei Triumphum deum ipsum lauro coronatos repræsentant.

ANNI. P. R. C. CDXCVIII.

Consules.

SER. FVLVIUS. M. F. M. N. PAETIN. NOBILIOR.

M. AIMILIVS. M. F. L. N. PAULLVS.

M. Æmilius, Ser. Fuluius Consules Polybius nominat, M. Æmilius & Fuluium Patinum Zonaras: Æmilius Paullum, Fuluium Nobiliorem Orosius. Tabulæ Siculæ Græcæ per cognomina sola Consules adducunt, Patinum & Paullum, & illæ, quas citat Cuspinianus, Nobiliorem & Paullum. Eutropius autem, Marianus & Cassiodorus

dorus plenè M. Æmiliū Paullum & Ser. Fuluium Nobiliorem. Omnes isti auctores ex tabulis Capitolinis pulchrè conciliantur.

Sicilia &
classis, provin-
cia Consula-
res; item A-
frica.

Consulibus vtrisque Sicilia & classis provinciæ decretæ, M. Atilio Regulo in Africa prorogatum est imperium: sed eius nuntiata clade & captiuitate, Consulibus item Africa mandata est. Quorum res gestas postmodum in Atiliana provincia narrabimus. Meminere Polybius, Zonaras, & alij.

Prætor.

//. // . // . f. // . n. // .

C. Sempronius. Ti. f. Ti. n. Blæsus.

Ædiles curules.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

C. Furius. C. f. C. n. Pacilus. P. Claudius. Ap. f. C. n. Pulcher.

Ædiles plebis.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

L. Iunius. C. f. L. n. Pullus. L. Cæcilius. L. f. C. n. Metellus.

Tribuni plebis.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

C. Aurelius. L. f. C. n. Cotta. II. [C. Rabuleius. C. f. C. nepos.]

[C. Claudius. C. f. C. n. Hortator.] [Ti. Coruncanus. Ti. f. Ti. nepos.]

Cn. Bæbius. // . f. // . n. Tamphilus. [P. Popillius. M. f. M. n. Lanus.]

[P. Plautius. P. f. P. n. Hupsæus.] [Q. Petillius. C. f. C. nepos.]

[M. Antistius. M. f. M. nepos.] [C. Fulcinius. L. f. L. n. Trio.]

Quæstores urbani.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciales.

//. // . // . f. // . n. // . Ser. Fuluij. } Cos. in Sicilia, Africa, & ad classem.

//. // . // . f. // . n. // . M. Aimilij. }

//. // . // . f. // . n. // . Ostiens. // . // . // . f. // . n. // . * Lucerinus *

//. // . // . f. // . n. // . Calenus. // . // . // . f. // . n. // . Gallicus.

M. Fabius. C. f. M. n. Licinus. C. Fabij Dorsonis Consularis alter filius, sicut annorum intervallum indicare videtur. Et huius extat Consulatus in marmoribus Capitolinis.

M. Cornelius. M. f. // . n. Cethegus. Cuius filius deinde Censor & Consul sequitur in Capitolinis item marmoribus.

[Cn. Cornelius. P. f. // . n. Dolabella.] Filius alter P. Dolabellæ, Maximi Consulis anno CDLXX.

[P. Quinctilius. P. f. Cn. n. Varus.] [P. Mucius. P. f. P. n. Scæuula.]

[L. Papirius. L. f. L. n. Maso.] Primi L. Masonis Ædilitij (cuius ad Pætum scribens Familiarium nono Tullius meminit) nepos. & pater C. Masonis xviri sacrorum, de quo nos postea suo loco plura dicemus.

Q. Æmilius. L. f. Q. n. Barbula. L. Barbulæ Consularis ac triumphalis filius alter. Ex antiqua basis inscriptione docebo postea, huius Q. Barbulæ filium Marcum fuisse Dictatorem.

[L. Liuius. L. f. L. n. Denter.]

Prouin-

Prouincia prorogata.

M. Atilius. M. f. L. n. Regulus: Africam: Procos. prorogato. imperio. obtinuit. Cùm post discessum L. Manlij collegæ ex Africa, qui Romam ad habenda comitia profectus erat, crebris in prouincia victoriis Pœnorum opes contunderet, atque sibi prorogatum ob res bene gestas in proximū hunc annum sequentem imperium esse, cognouisset: Consulibus scripsit, villicum in agello suo Pupiniensi mortuum esse, mercenariumque, ablato instrumento rustico, idcirco abiuisse. Ideoque se petere, vt successor sibi mitteretur; ne, deserto per suam absentiam agro, non esset, vnde liberi & vxor alerentur. Quo cognito, Senatus agrum publicè colendum locari, alimenta coniugi ac liberis publicè præberi, dum abesset Regulus, iussit. Quemadmodum pulchrè referunt Valerius Maximus libro IV. cap. IV. Liuiana epitome libri XVIIII. Seneca ad Albinam cap. XII. Auctor de viris illustribus cap. XL. in huius Reguli vita. Interim M. Regulus maximis rebus in Africa gestis, tribus Pœnorum Imperatoribus ad Adim urbem ab ipso obsessam ingenti prælio superatis, quo octodecim hostium milia cecidere, quinque milia cum octodecim elephantis capta sunt; insuper septuaginta quatuor oppidis in deditiōem acceptis; Romam scripsit, se metu obfignatas Carthaginis portas detinere. Pœnis deinde pacem petentibus duras ac intolerabiles condiciones proposuit. Quibus reiectis, bellum denuò amplexi Pœni vires repararunt, & ad externas, quas magnis pecuniis atque promissis sibi comparare potuerunt copias, iunxerunt etiam Lacedæmoniorum auxilia sub militaris artis peritissimo duce Xantippo. Romanos itaque nimia felicitate superbos, suisque viribus plus æquo confidentes, præter spem vno magno prælio vicerunt; quo totus eorum, qui in Africa erat, exercitus vel cæsus, vel cum ipso M. Regulo Procos. captus est; exceptis duobus milibus fuga Clupeam elapsis, quæ paulò post à Pœnis obsessa est. Interea Pœnorum dux Amilcar per Numidiam & Mauritaniam omnes vrbes, quæ ad Romanos defecerant, principibus patibulo adfixis, diripuit & vastauit. Vt autem Romæ nuntiatum fuit cladem insignem in Africa acceptam esse, M. Regulum captum, & reliquias exercitus Clupeæ obsideri: confestim ad salutem eorum, qui in Africa residui erant, omnibus modis festinatum est. Consules ambo Ser. Fuluius & M. Æmilius noua classe CCC. & quinquaginta nauium, Italia priùs, Siciliaque præfidiis munita, transferre in Africam exercitum, & obsessis opem ferre iussi sunt. Ea fama perculsi Carthaginenses, à Clupeæ obsidione discedunt, & classe ducentarum nauium instructa Romanos ab Afro litore pellendos esse omnino censent. Non procul à Mercurij promontorio, vt auctor est Polybius, nauali prælio concursum est acerrimè, atque diu anceps victoria tandem ad Romanos inclinauit: sed, vt Zonaras memorat, Clupeensè præsidio succurrente, & Pœnos à tergo laceffente. Centum quatuordecim naues Pœnorum onustas captas fuisse, scribit Polybius; centum quatuordecim demersas ponto, triginta captas, & quindecim hostium ferè milia occisa. Sed Eutropius & Orosius triginta quinque milia cæsa fuisse volunt. Consules deinde, exposito ad Clupeam exercitu, terrestri rursus prælio duos Annones Pœnorum Imperatores vicerunt, in quo nouem hostium milia cæsa sunt, vt idem Orosius memoriæ prodidit. Sed Polybius de ea re nihil, nec etiam Eutropius. Meminit tamen Zonaras, additque plurimos ex nobilitate Pœnorum captos fuisse, atque in spem recuperandi Reguli conseruatos. Victores igitur Romani ex agris ingenti præda abacta, Clupeensique demum præsidio nauibus imposito, in Siciliam prospera navigatione redierunt. Sed Romam inde nauigantium victorias, atque tot terra marique res feliciter gestas ingens deformauit naufragium: è quo ex trecentis sexaginta quatuor nauibus vix octuaginta seruatæ sunt. Quæ omnia aliquantò latius enarrant Polybius, Zonaras, Apianus Alexandrinus in Punica, Orosius, Eutropius, Silius Italicus libro VI. Punicorum, Liuiana epitome libri XVIIII. & alij.

M. Atilij Reguli priuata paupertas, ac rei domestica cura.

Magna M. Reguli victoria.

Carthaginis porta metu obfignata. Pœni copias externis vires repararunt.

Magno prælio victi Romani, & Regulus captus.

Consules ambo cum noua classe transferunt exercitum in Africam.

Naualis prælij cœsus ad Mercurij promontorium, & Romanorum victoria.

Terrestri prælij victoria Romanorum aduersus duos Annones.

Naufragium grande.

Proquæstore.

11. 11. f. 11. n. 11. M. Reguli. Procos. in Africa.
[M. Canuleius. C. f. C. nepos.]

ANNI. P. R. C. CDXC VIII.

Consules.

CN. CORNELIVS. L. F. C. N. A. ATILIVS. A. F. C. N.

SCIPIO. ASINA. II.

CALATINVS. II.

Inconstantis fortuna exemplum insigne.

ALTERIVS Consulis Atilij cognomen mendosè, Collatinus, legitur in Io. Zonara. Iam antea hunc magistratum vterque gesserat. Quare Consulatus iterati notæ in Cassiodoro, tabulisque Fastorum Consularium aliis, nec non in Auctorum libris, in quibus defunt, adiungendi sunt. De Cn. Cornelio Scipione Asina pulchrè Valerius Maximus lib. vi. cap. vltimo, vbi fortunæ inconstantis exempla recenset. Ipsum scilicet Consulem à Pœnis apud Liparas captum belli iure omnia perdidisse; & rursùm lætioris fortunæ beneficio omnia recuperasse, Consulemque etiam iterum factum: adeo vt à duodecim securibus ad hostium catenas, & rursùm à Punicis vinculis ad summa Imperij fastigia pervenerit, ex Consule captivus, & ex captivo Consul factus. Constat igitur hunc esse Cn. Cornelium, qui in priore Consulatu Punica fraude vocatus in colloquium ab hostibus captus ac detentus fuit, vt antè suo loco diximus. Sed quomodo libertati sit restitutus, apud Auctores, quos habemus, non reperimus. Fortassis ante biennium inter alios Romanos captivos ex Africa fuit à L. Manlio Cos. reductus.

Trium mensium spatium cccxx. naues adificatae. Panormus cum arce capta.

Cossuram insulam Pœni recuperarunt.

Naues oneraria cum pecuniis capta à Pœnis.

Consulibus huius anni noua classis, atque Sicilia prouincia decreta est. Patres etenim, quamuis ob naufragium illud infandum non immeritò ab expeditione & re maritima viderentur abhorre: ne tamen possessione maris prorùs cederent, classem tanto studio repararunt, vt trium mensium spatio ducentæ viginti naues exadificatae fuerint, & in mare deductæ. Cum quibus in Siciliam profecti Consules ambo, restauratis naufragij superioris reliquiis, trecentarum nauium classem expleuere. Panormum deinde præcipuam Pœnorum urbem obsidione cingentes, magna vi maritima à parte machinis oppugnant, partimque pugnando, partim deditione capiunt. Qua vrbe potiti Consules, præsidio ibidem imposto Romam redierunt. Hæc ferè Polybius de rebus eius anni memorat. Zonaras autem narrat, Pœnos, audito Romanorum naufragio, Cossuram insulam ab his anno superiore captam mox recepisse, & in Siciliam magno cum exercitu traiecisse. Quam totam subegissent, nisi Consulibus Calatini & Cn. Cornelij cum classe Romana aduentus præproperus impedimento fuisset. Hos enim, ait, classe naufraga restituta, & delectu fortissimorum habito, tertio post naufragium mense in Siciliam appulisse: Panormum quidem expugnasse faciliter, sed arcem difficili obsidione, & longa inedia in potestatem redegit. Pœnos dumtaxat, obseruato interea Romanæ classis in Italiam reditu, naues aliquot onerarias cum pecuniis cepisse. Hæc anno Urbis accidisse quingentesimo, scribit idem Zonaras, Capitolinos Fastos anno vno præuertens.

Prætor.

//. // . f. // . n. //

P. Seruilus. P. f. Cn. n. Geminus.

Aediles curules.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. //

A. Manlius. T. f. T. n. Torquatus. P. Cornelius. f. // . n.

Atticus.

Dolabella.

Aediles plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. //

[L. Papius. L. f. // . n. Turdus.] [C. Mænius. C. f. C. nepos.]

Tribuni plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. //

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. //

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. //

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. //

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. //

C. Marcus. C. f. C. n. Cenforin. II. C. Flaminius L. f. // . nepos. II.

[A. Ati-

[A. Atilius. A. f. A. n. Bulbus.]	[L. Numitorius. L. f. P. n. Pullus.]
[C. Antius. C. f. Sp. n. Restio.]	[L. Roscius. T. f. T. nepos.]
[M. Tullius. L. f. Sex. nepos.]	[L. Antistius. L. f. M. nepos.]
[L. Marcus. Q. f. Q. n. Philippus.]	[M. Albinus. M. f. L. nepos.]

Quæstores vrbanî.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. .///. ///. ///. f. ///. n. ///.

Quæstores prouinciarum.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. Cn. Afina. }
 ///. ///. ///. f. ///. n. ///. A. Calatini. } Cos. in Sicilia & ad classeni.
 ///. ///. ///. f. ///. n. ///. Calenus. ///. ///. ///. f. ///. n. ///. Gallicus.
 ///. ///. ///. f. ///. n. ///. Ostiensis. ///. ///. ///. f. ///. n. ///. * Lucerinus *

M. Fabius. M. f. M. n. Butco. Frater N. Fabij Buteonis, qui duo fratres ad Consulatum peruenerunt. Hunc verò M. Fabium opinor fuisse, qui pater valdè seuerus postea filium propter furtum commissum interfecit: quod crimen ne leges quidem, nisi multa pecuniaria, aut ad summum exilij pœna circa quemlibet hominem puniendum censuerunt, vt scribit Orofius historiarum libro IV. cap. XIII.

Pater valdè seuerus.

M. Calpurnius. ///. f. ///. n. Flamma. Militari fortitudine clarus homo, qui ante triennium Tribunus militum in Sicilia, A. Calatino Consule ab hostibus obsessus, audacter cum trecentis militibus solis in montem euadens, supra hostium castra per difficillimos & abruptos tramites, à tergo Pœnos aggreditur, in certam mortem cum suis ruens, vt hostium vim omnem in se conuerteret. Qui cum ab hostibus circumuentus oppugnatur, spatium euadendi ex angustiis suo suorumque sanguine Consuli & exercitui Romano dedit. Verùm ipse postea commilitonibus omnibus occisis, inter cadauera semituius repertus Calatini Consulis cura sanatus est, vt Auctor de viris illustribus prodidit in Calatini vita. C. Plinius insuper M. Calpurnium Flammam Tribunum militum in Sicilia donatum fuisse corona graminea obsidionali ab exercitu seruato, scribit libro XXII. c. VI. historiarum naturalis. Tantum ergo virum postea etiam magistratus gessisse verisimile est.

Solus superstes M. Calpurnius inter commilitonũ cadauera repertus semituius.

C. Sulpicius. C. f. Ser. n. Galus. Sequetur hic Consul sic scriptus in marmoribus Capitolinis, vbi & notanda est sæculi istius prisca pronuntiatio & scriptura in cognomine GALVS, pro Gallus: quo tempore liquidas consonantes in vna voce raro geminare sole-

Liquidas consonantes raro geminarunt antiqui.

bant, quemadmodum & Quindilianus, aliique veteres annotarunt. Fuit autem hæc patricia Sulpiciæ gentis Gallorum familia, atque admodum nobilis; sed maximè claruit huius nepote C. Sulpicio Gallo, de quo suo loco dicemus. Huius autem, de quo nunc agimus, esse denarios argenteos, docti plures opinantur cum nomine, C. SVLPICI. C. F. in quorum vna parte visuntur velut Castrorum gemina capita laureis coronata: adscriptæ tamen notæ, D. P. P. docent deorum Penatium esse, non Castorum. Tali namque iute-

Nummus C. Sulpicij explicatus.

num duorum forma Penates publicos, aut deos patrios (vt eos Virgilius, ac etiam Hyginus appellarunt) Romani coluerunt, Dionysio Halicarnasseo teste: quos credebant Æneam stirpis suæ principem post Troiæ excidium, cum Palladio, velut tutelaria futuri Imperij, suæque felicitatis numina secum in Italiam vexisse, atque in agro Laurenti Lauinium condentem oraculorum monitu cum delubro templum atque sacra ibidem constituisse. Vbi etiam postea, quamdiu Romanum ferè stetit imperium, admodum religiosè culti fuerunt; adeò vt summi Romanorum regio cum imperio magistratus, Dictatores scilicet, Consules, atque Prætores, quotiescumque honorem inibant, singuli solemniter Lauinij Penatibus dis pariter ac Vestæ rem diuinam facere solebant, vt auctores habemus

Dei Penates Romanorum.

M. Varronem, Tullium, T. Liuium, Pædianum, Macrobius & alios plures. Iam in altera dicti denarij facie iacet porca grauida prægnans, ante duos militari in habitu hastatos, supra quos extat item vnica nota P. porcam, vel penu, ni fallor, significans. Hæc etenim simul cum Penatibus Lauinij culta celebrabatur inter Troiana mystica sacra, propter ora-

Porca prægnans Lauinienfis.

culi memoriam, quo iussus Æneas erat oppidum in Italiam veniens condere, sedemque figere, vbi mensas comederent, & quadrupes fessa procumberet; quemadmodum diffusè, pulchreque narrat Dionysius Halicarnassensis antiquitatum Romanarum libro I. Cum itaque primùm Æneas in littore Laurenti non procul à Tiberis ostio classeni appulisset, porca grauida è naui quadam in litus narando profugiens, in silua proxima semet abscondiderat. Quæ casu post inuenta sub ilice cubans cum partu triginta porculorum

Oraculum ac omen vrbis condenda.

Omen alba
porca.
Penus.

Locus religio-
sus.

Reliquia suis.

Sulpicia gen-
tis antiquissi-
ma nobilitas.

Suspicius vel
Suspicus à
sue spiciendo.

Spicio, idem
quod, intueor

Gallus cogno-
men unde in
gète Sulpicia.

alborum, Æneæ cum Troianis aduenis oraculo satisfacere visa est: cum maximè prius è nauibus egressi in terram non procul inde prandentes, mensas è pane factas famelici deuorassent. Itaque felicissimum quietæ pacis, summæque fertilitatis omen dedit fatalis hæc alba porca, cum quasi penum rerum omnium ad vitæ comoda necessariorum ipsi aduenis valde largum vberemque ostento suo demonstraret. Hanc igitur Æneas, cum oppidi pomerium deduxisset, atque diis suis ædes sacras designasset, Penatibus suis cum omni foctu sacrificauit. Nec non locus, vbi prodigiosa sus hæc inuenta fuerat, ob casus memoriam religiosus est habitus: atque tamquam penuarium sacrum circumseptus, ne quis profanus adire posset, semper mansit, etiam M. Varronis ac Dionysij Halicarnassei vsque tempora, quemadmodum ipsi suis scriptis prodidere. Quin etiam Varro scribit libro de re rustica II. cap. IV. suo tempore Lauinij vestigia istius antiquitatis apparuisse, simulacra scilicet porculorum ahenea in publico posita, nec non corpus matris à sacerdotibus, quod in falsura fuerat, demonstrabatur. Proferebantur tunc igitur, tamquam quid miraculi, Penatium deum velut è penu hæc superstitionis reliquiae. C. Sulpicius C. f. autem, cuius sic nomen in iam citato denario sub porcæ simulacro legimus, Penatium deorum ac porcæ signis istis valde priscam generis sui nobilitatem ostentare voluisse videtur, & fortassis ad Sulpiciæ gentis antiquum nomen alludere: quasi maiorum suorum aliquis Æneæ comes profugam è nauibus porcam sub ilice in silua prægnantem primus conspexisset, atque inde Suspicius aut Suispicus à priscis Latinis à sue spiciendo fuisset appellatus, cuius deinde posterì à Romanis paullulum mutata voce Sulpicij vocati sint. Eadem namque vocum est compositio, suspicium, suispiciumve, ac haruspicium, vel extispicium ab prisca Latina voce spicio, pro intueor, aut video. Quam apud veteres olim in vsu fuisse, ex Ennio, M. Catone, & Plauto citatis verbis nos docet Sex. Pompeius Festus. Gentis autem Sulpiciæ nobilitatem antiquissimam Suetonius in Imp. Galbæ vita declarat, scribens hanc non minus quàm Dardanum, quàm Æneam ipsum, sed magna, veteresque profapia genus originemque suam ad ipsum Iouem protulisse. Familiæ verò nomen, siue cognomen Galus vel Gallus ab ilico ac quercuum gallis forte profuxit, quod idem ille princeps familiæ repertam in iliceto porcam gallarum corollis antiquo more coronatam ad aras victimam duxerit. Sed hæc coniecturas, Lector, pro tuo candore diiudica, & in meliorem partem cape.

C. Lutatius. C. f. C. n. Catulus. Sic descriptus in Capitolinis. Hic postea Pontifex Maximus, & Consul in Sicilia Pœnos magno prælio debellauit, primumque bellum istud Punicum confecit. Eius in quaestura propter Consulatum victoriam triumpho dignam apparent esse cusi denarij: in quorum vna facie conspicitur Triumphus dei laurea coronatum caput cum tali titulo: C. CATVLI. C. F. Notæ, Q. in hac & in altera facie significat in eius quaestura cusi esse denarium, vbi & videtur stans ad trophæum erectum Victoria dea, quæ in appendente scuto suum elogium scribit. Consularem igitur quaestoriam prouinciam obrinuisse, ex eius hoc numismate colligere est.

[M. Sempronius. M. f. M. n. [Sp. Papius. Sp. f. Sp. n.
Tuditanus.] Curfor.]
[L. Papius. L. f. Sp. n. [C. Iunius. C. f. C. n. Bubulcus.
Curfor.] Brutus.]

SER. FVLVIVS. M. F. M. N. PAETINVS. AN. CDXCIX
NOBILIOR. PRO. COS. DE. COSSVRENSIBVS
ET. POENEIS. NAVALEM. EGIT. XIII. KAL. FEBR
M. AIMILIVS. M. F. L. N. PAVLLVS. AN. CDXCIV
PRO. COS. DE. COSSVRENSIBVS. ET. POENEIS
NAVALEM. EGIT. XII. K. FEBR

Consulibus superioris anni Ser. Fulvio & M. Emilio prorogatum Imperium haud dubie fuit; quos in marmoribus triumphorum Capitolinis legimus, finito magistratu Proconsulibus naualem triumphum egisse de Cossurensibus & Pœnis, idque mense Ianuario. Non illud igitur his oblitit damnosum naufragium, quo minus ob res terra marique præclare gestas dis hominibusque debitos honores Romani soluerint. Non solum enim de Pœnis, verum etiam de Cossurensibus hi Imperatores Procoss. naualem triumphum egisse, nobis ostendunt Capitolinae columnæ triumphales in istis marmorum fragmentis. Altipulatur quidem de victoria Cossurense his Zonaras solus, referens Ser. Fulvium & M. Emilium Consules, cum è Sicilia in Africam nauigarent, tempestate in Cossuram delatos, Pœnos ac insulam illam expugnasse, præsidiumque muniisse: sed eandem postea, audito

Duorum Procoss. nauales triumpho.

audito Romanorum naufragio, à Pœnis recuperatam fuisse. Præterea nihil his triumphis congruum apud Auctores me legisse memini: nisi quòd in Liuij quadragesimo secundo reperiam, M. Æmilium rostris nauium vestitam columnam monumentum victoriæ suæ in Capitolio posuisse: quam instante bello Macedonico secundo, nocturna tempestate disiectam memorat. Verùm ille Liuij in exemplaribus mutilus extat locus, hoc modo:

„ In suspensa ciuitate ad expectatione noui belli, nocturna tempestate columna rostrata in
 „ Capitolio * bello Punico Cos. cui collega Ser. Fuluius fuit, tota ad imum fulmine discuf-
 „ sa est. Vide locum stellula notatum hiulcum & mutilum esse, verbaq; desiderari quædam,
 „ ac inprimis nomen collegæ Ser. Fuluij, cuius ob victoriam columna illa in Capitolio po-
 „ sita fuerat. Et quando constat ex Fastis, fuisse hunc M. Æmilium Paullum; profectò lo-
 „ cum istum, non secus ac doctissimus Carolus Sigonius sentit, paucis interiectis, in hunc
 „ ferè modum supplere & restaurare, historia sic postulante, vix dubitarem: Columna ro-
 „ strata in Capitolio * M. Æmilij primo * bello Punico Cos. cui collega Ser. Fuluius
 „ fuit, &c. Victoriæ igitur M. Æmilij Cos. hanc maritumam non solum triumpho nau-
 „ uali, verùm etiam rostrata columna populus Romanus honorauit. Quod decus, haud
 „ scio, an cuiquam Romanorum ducum sine triumpho accessione contigerit. Extant etiam
 „ argentei denarij, in quibus armatæ Romæ caput expressum est ab vna parte; in altera na-
 „ uis prætoris insignis, cui superposita est corona laurea, in signum naualis victoriæ rostratis
 „ adeptæ. Et circumscriptus titulus: M. AIMIL. M. F. L. N. PAVLLVS. S. C. & insignia no-
 „ bis ostendunt, ab ipso hoc Æmilio Paulo in victoriæ triumphique memoriam eusum
 „ hoc numisma fuisse. Reperiuntur item alij veteres Romanorum denarij, qui repræsentant
 „ collegæ naualem victoriam atque triumphum suis notis ac symbolis. Habent enim in vno
 „ latere caput Victoriæ, in altero maris numen Neptunum in quadriga triumphali, & ad-
 „ scriptus est hic titulus: SER. PAETIN. M. F. NOBILIOR. PR. COS. In ancipiti igitur expedi-
 „ tione ista Neptuno votum vouisse Ser. Nobiliorem Procos. ex istis nummis eius fit ve-
 „ rissimile. Cossura inter alias à Geographis recensetur insula, quæ in mari Mediterraneo
 „ inter Siciliam & Africam sita sunt. Posita est autem ex aduerso Clupeæ, vt auctor est Plin-
 „ ius: cui accedit Itinerarium Imperij Romani, quod extat Antonini titulo. Distare nam-
 „ que dicit ab Africæ Clupea per stadia DXC. & à Lilybæo Siciliæ per stadia CLXXX. si modò
 „ numeri in exemplaribus correctè notati sunt. Aliter quidem docet Strabo: collocat enim
 „ in medio ostio Carthaginiensis sinus contra Selinuntem Siciliæ fluuium, & Lilybæum
 „ promontorium, & distare à Sicilia per sexcenta ferè stadia scribit. Ceterum in nomine
 „ varietas est aliqua apud auctores. Etenim Plinio Cossura vocatur, Stephano de urbibus
 „ Κόσσυρα, Straboni & Zonaræ Κόρσσυρα. Itinerarium Romanum iam citatum, & Pom-
 „ ponius Mela cum Fastis Capitolinis conueniunt, & Cossuram appellant. Omnino palam
 „ est, hanc insulam diuersam esse à Corcyra, quæ in eodem mari Italiæ atque Epiro vicinior
 „ est, olim Alcinoi hortis Homericò carmine celebrata.

T. Liuij locus
 mutilus.
 Columna ro-
 strata M. Æ-
 milij Pauli.

Nūmi triū-
 phales.

Cossura insu-
 la sita.

Nominis va-
 rietas.

Corcyra Epi-
 ri.

ANNI. P. R. C. D.

Consules.

CN. SERVILIUS. CN. F. CN. N. CAEPIO. C. SEMPRONIUS. TI. F. TI. N. BLAESVS.

POLYBIUS, Solinus cap. xxx. & Cassiodorus Consules adducunt Cn. Seruilium & C. Sempronium: tabulæ Græcæ Cæpionem & Blæsum. Lapsus tamen exscriptor est, qui Καπίτωνος, pro Καπίτωνος exarauit. Ioannes Zonaras Seruilium Cæpionem & C. Sempronium nominat huius anni Consules. Eutropius & Marianus Scotus Cn. Seruilium Cæpionem & C. Sempronium Blæsum plenius prodidere: sic etiam ferè Paullus Orosius, qui prænomina solummodò omisit.

Consulum prouinciæ Sicilia atque Africa fuere, qui cum classe ducentarum sexaginta nauium, vt auctores sunt Orosius & Eutropius, in Siciliam, ineunte vere profecti sunt: & Lilybæo frustra tentato, in Africam transuecti, maritumam oram omnem depopulati sunt, ciuitatesque mediterraneas aliquot etiam diripuerunt. Onustis inde præda immensa nauibus redeuntes, vt à Polybio refertur, ad Meninga Lotophagorum insulam ignari locorū in parua Syrtis vadosa lapsi non sine iactura, nauibus euacuatis, vix tandem elabi incolumes contigit. Iulius Solinus in Polyhistoro suo cap. xxx. annotauit, classem Romanam Cn. Seruilio, C. Sempronio Consulibus, inter Syrtium vadosa impune perfractasse. Verùm Polybius refluxu maris inter arenas in arido destitutam classem, ac inopem consilij Romanum aliquamdiu constitisse scribit: verùm præter spem, reuersis tandem

Africam de-
 populantur
 Consules.
 Meninx in-
 sula.
 Syrtis parua.

*Naufragium
secundò passì
Romani.*

*S. C. de classis
Romana mo-
do.*

aquarum magnis fluctibus, classem ex arenis elatam, cum prius è nauibus abiessent onera, nauigare cœpisse. Non igitur impunè, nec sine damno è Syrtium periculis elapsus est Romanus. Qui fuga simili navigatione dum petit Italiam, tempestatibus rursus circumuentus, circa Palinurum Lucaniæ promontorium, scopulis illisa classe, naufragium fecit, & centum quinquaginta naues onerarias cum nobili præda perdidit, sicut Orosius memorat. Cum igitur tam crebræ calamitates maritimæ displicerent, S. C. decretum fuit, à præliis impostum naualibus abstinendum esse; nec amplior quàm sexaginta nauium classis ad subsidium Italiæ instructa maneret, qua exercituum supplementa, nec non alia necessaria transuehi in prouincias possent. Hæc ferè Polybius, & alij iam citati.

CENS. D. IVNIUS. D. F. D. N. PERA. ABD. L. POSTUMIUS. L. F. L. N.

MEGELLVS. IDEM. QVI. PR. ERAT. IN. MAG. MORT. EST

Apud alios quos videre contigit auctores, nullam horum Censurum mentionem reperio. Si Liuium haberemus integrum, is nobis haud dubiè plura detegeret, & fortasse non deesset commentandi materia. Ob mortem verò L. Postumij cum collegæ D. Iunio religiosum esset perficere censuram, is abdicauit ex more maiorum. Quod in causa fuit, ut & infuens annus nouos Censores habuerit, de quibus nos suo loco.

Prætor.

L. Postumius. L. f. L. n. Megellus. Qui. idem. Censor. erat. & in magistratu. mortuus. est. quemadmodum hoc testantur Capitolina marmora. Quæ nobis alia sanè multa in hisce Romanæ historiæ tenebris detegerent, si haberemus integra. Hoc insuper nunc nobis ostendunt, tum temporis quoque præturam à Consularibus ac Censoriis administratam aliquando fuisse.

Ædiles curules.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. //

N. Fabius. M. f. M. n. Buteo. [T. Antonius. T. f. Q. n. Merenda.]

*Equiria du-
plicia.*

*Cæpulus Mar-
tialis in monte
Cælio.*

Extant elegantes argentei cum armatæ Romæ deæ capite in vna parte, & in altera, cum decurrentis equitis, & lauream coronam ostendentis imagine; cui subscriptum hoc nomen: N. FAB. BUTEO Quid si hæc ad equestres decursiones Equiriorum festo quodam die magnificè factos in huius ædilitate? Has Marti suo Romanus duplices stans diebus solemniter celebrabat, tertio scilicet Kalendas, & pridie Idus Martias in campo Martio. Quem si tunc Tiberis inundaret, sacræ decursiones istæ fiebant iisdem diebus in monte Cælio, loco in eum finem consecrato, qui inde campus Martialis est nominatus, ut auctor est Sex. Pompeius Festus. Et fuisse duplices animaduertimus, curules scilicet & singulares. Nam de prioribus Fastorum secundi sine sic canit Ouidius poeta:

Iamq; dua restant noctes de mense secundo,

Marsq; citos, iunctis curribus, urget equos.

Ex vero positum permansit Equiria nomen,

Quæ deus in campo prospicit ipse suo.

De posterioribus autem scribens libro sequenti, non curruum, sed equorum dumtaxat mentionem sic facit:

Altera gramineo spectabis Equiria campo,

Quem Tiberis curuis in latus urget aqueis:

Qui tamen eiecta si forte tenebitur vnda

Cælius accipiet puluerulentus equos.

Equitum singularium igitur magnificam decursionem exhibitam à se N. Fabius numismate hoc suo testari forsitan voluit.

Ædiles plebis.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. //

C. Fabricius. C. f. C. n. Luscinius. L. Minucius. // . f. // . n. Thermus.

Tribuni plebis.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. //

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. //

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. //

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. //

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. //

L. Cæcilius. L. f. C. n. Metellus. II. C. Atilius. A. f. A. n. Bullbus.

L. Flami-

L. Flaminius. L. f. // nepos. [Q. Fundanius. Q. f. Q. n. Fundulus.]
 [C. Pompilius. Sex. f. Sex. nepos.] [L. Volumnius. L. f. L. n. Flamma. Violens.]
 [L. Genucius. L. f. L. n. Auentinēsis.] [L. Cædicius. M. f. M. nepos.]
 [L. Mænius. C. f. C. nepos.] [A. Virginius. P. f. P. nepos.]

Quæstores vibani.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciales.

//. // . // . f. // . n. // . Cn. Seruili. } Coss. in Sicilia & Africa.
 // . // . // . f. // . n. // . C. Semproni. }
 // . // . // . f. // . n. // . Gallicus. // . // . // . f. // . n. // . * Lucerinus *
 // . // . // . f. // . n. // . Calenus. // . // . // . f. // . n. // . Ostiensis.

Ti. Sempronius. Ti. f. C. n. Gracchus. Quem postea Consulem habebimus in Capitolinis marmoribus sic descriptum. Fuit pater Ti. Gracchi bis Consulis postea, qui Procos. dum exercitum contra Pœnos ducit, Lucani hospitis prodicione in insidias ductus, post plures victorias tandem ab Annibale circumuentus occiditur, vt suo loco declarabitur.

Q. Lutatius. C. f. C. n. Cerco. Et huius sequentur Consulatus atque Censura, in qua mortuus est, vt suo loco dicemus. In hac autem illius quæstura cusi, ni fallor, pulcherrimi denarij, in quibus Romæ deæ caput videtur galea Græca tectum, cui spica est à temporibus adfixa pennæ loco. Adscriptæ sunt litteræ: ROMA. CERCO. Ab alia parte repræsentatur Pallas septiremis prætoria cum deæ capite in prora. Hanc verò circumdant mediam duo querni rami coronæ in modum eleganter connexi. Expressum supra septiremum ita Quæstoris nomen: Q. LV TATI. Q. Quæstor igitur apud classem in Sicilia fuisse videtur, vt ex notis iam enarratis ferè colligi potest.

*Pallas septi-
remis præto-
ria nassæ.*

P. Valerius. P. f. // . n. Læuini. Filius P. Læuini, qui primus contra Pyrrhum regem bello Tarentino proelium commiserat.

[Ser. Sulpicius. C. f. C. n. Longus.] Cuius pater ter Consul fuerat, & de Samnitibus triumphauerat, vt ratio temporis insinuare videtur.

[L. Sextius. L. f. L. n. Lateranus.] [Sex. Iulius. L. f. C. n. Cæsar.]
 [L. Geganius. T. f. L. n. Macerinus.] [A. Virginius. A. f. A. n. Rutilus.]

Prouincia prorogata.

Cn. Cornelius L. f. Cn. n. Scipio. Asina. Pro. cos. Siciliam. prorogato. imperio. obtinuit. Quod tamen non nisi ex marmoribus Capitolinis nobis sit manifestum, quæ duos huius anni d. triumphos de Pœnis adferunt, Cn. Asinæ Procos. scilicet, mensè Martio, & C. Sempronij Consulibus Kalendis Aprilibus.

Proquæstore.

//. // . // . f. // . n. // . Cn. Asinæ. Pro. cos. in. Sicilia.
 [Sp. Papius. Sp. f. Sp. n. Curfor.]

CN. CORNELIVS. L. F. CN. N. SCIPIO. ASINA. AN. D

PRO. COS. DE. POENEIS. X. K. APRIL

C. SEMPRONIVS. TI. F. TI. N. BLAESVS. COS. AN. D

DE. POENEIS.

K. APRIL

Ceterum videntur Capitolinorum Fastorum auctores ab aliis diuersos hinc sequi Annales. Nihil enim his triumphis consentaneum, maximè quod ad Sempronium Consulem attinet, ex Polybio, vel scriptoribus reliquis, quorum monumenta ad nostra hæc tempora peruenerunt, elicere possum. An verò Cn. Asina ad arcis Panormitanæ obsidionem continuandam anno superiore in prouincia relictus fuerit, vt idcirco tardiùs Romam reuersus hoc anno demum Procos. triumpharit, incognitum item nobis est. Illud solum modò possum adferre, quod ad hos triumphos spectare quis diceret, vidiisse me denarios argenteos cum Romæ galeatæ capite, in quorum altero latere togatus cum scepro in dextra, sicut triumphantes habere solebant, quadrigam regens triumphalem erat insculptus. Adiunctæ litteræ: CN. SCIPIO ASINA. Et alterum quoque vidimus eiusdem quasi formæ,

*Nummi in
memoriam
triumphorum
cusi.*

cui tamen hoc additum, quòd superuolans Victoria coronam offerat triumphanti; cui subscriptum: C. SEMP. BLAESVS.

ANNI. P. R. C. DI.

Consules.

C. AVRELIVS. L. F. C. N. COTTA. P. SERVILIVS. Q. F. CN. N
GEMINVS.

POLYBIVS hos Consules omisit, in Cassiodoro & Mariano C. Aurelius & P. Seruilius habentur; in tabulis Græcis eorum cognomina Cotta & Geminus: at in Zonara peruerso nimis ordine, atque hoc librorum culpa, leguntur Πέπλιος Γάιος, & Αὐρήλιος Σερέλιος. Nominat eosdem Consules item Cicero in Lucullo, bis simul collegas in hoc magistratu fuisse scribens. Cottam verò Consulem Orofius adducit, item Frontinus libro quarto stratagematum, insignia restauratæ per eundem militaris disciplinæ exempla memorantes.

Zonara locis.

Classis Romana nauium lxx. ditaxat.

Q. Cassij Tribuni militum prauaricatio.

Disciplina militaris ex animo seuerâ.

Consulibus Sicilia prouincia decreta est, additaque classis sexaginta nauium oræ maritimæ tutandæ, & exercitus importandi causa. In Siciliam igitur profecti, cum alia oppida, tum Himeram ceperunt; sed vacuam ciuibus, quos nocte Pœni abduxerant. Postmodum C. Aurelius Consul nauibus ab Hierone rege instructus, iisdem Romano milite impletis, traiecit in Liparam; ibidemque Q. Cassium Tribunum militum in Siciliam rediturus castris præfecit, vt sine oppugnatione vel prælio, sola obsidione urbem premeret. Verum is neglecto Consulis mandato, oppugnationem aggressus multos ex suis amisit. Consul reuersus urbem expugnauit, omnes occidit, & Q. Cassio tribunatum abrogauit. Hæc Zonaras memoriæ prodidit. Nec solum Cassius castrorum præfectus ignominiam passus est, verum & alius nobilis Tribunus militum Valerius iussu Cottæ Consulis virgis cæsus est, quemadmodum Frontinus libro stratagematum quarto scribit. Immo neque tunc cognationi propriæ Consulem pepercisse prodit idem, nam P. Aurelium Pecuniolam sanguine sibi iunctum, quem obsidioni Lipararum præfecerat, cum agger incensus, & castra pænè capta fuissent, virgis cæsum inter gregales militare, & muneribus fungi iussit. Atque hoc ipsum disciplinæ exactæ seuerum exemplum Val. Maximus libro secundo cap. vii. non præterit, ex quo Frontinus illud desumpsisse videtur:

CENS. **IV.** VALERIVS. M. F. M. N. MAXIM. MESSAL. P.

SEMPRONIVS. P. F. P. N. SOPHVS. L. F. XXXVII

Censoria seueritas.

Disciplina militaris ex animo seuerâ.

Censorum nomina in Liuianis epitomis corrigenda sunt ad tabularum Romanarum fidem, legendumque, P. Sempronius Sophus, & M. Valerius Maximus, Censores, cum Senatam legerent, tredecim Senatu mouerunt. Valerius Maximus inter exempla seueritatis censoriæ magnam partem equestris ordinis ab his quoque Censoribus notatam refert, libro secundo, cap. ix. quadringentos videlicet iuuenes publicis equis spoliatos, & in numerum arariorum redactos fuisse: quòd in Sicilia ad opus munitioum explicandum ire iussi, imperium neglexissent. Narrat hoc idem pulchrè Frontinus libro paulò antè dicto: Aurelius Cotta Consul, inquit, cum ad opus equites, necessitate cogente, iussisset accedere; eorumque pars detrectasset imperium, questus apud Censores effecit, vt notarentur. A patribus deinde obtinuit, ne eis præterita æra procederent. Tribuni quoque plebis de eadem re ad populum pertulerunt, omniumque consensu stabilita disciplina est. Hæc Frontinus. At Censores lustrum condidere, sicut etiam monstrat Capitolinū marmor, Urbis xxxvii. quo lustro censa fuisse ciuiū capita ccxcvii. ∞. ccxxvii. Liuiana epitome libri xviii. docet, vt habent exemplaria correctiora.

Prætor.

.. .. f. .. n. ..

P. Claudius Ap. f. C. N. Pulcher.

Ædiles curules.

.. .. f. .. n. .. .f. .. n. ..

[L. Æmilius. L. f. Q. n. Barbula.] M. Æmilius. M. f. .. n. Lepidus.

Ædiles plebis.

.. .. f. .. n. .. .f. .. n. ..

Cn. Bæbius. .. f. .. n. Tanphilus. [P. Popillus. M. f. M. n. Lanus.]

Tribu-

Tribuni plebis.

Ad populum ex S. C. tulerunt. Ne equitibus, qui in Sicilia Consulis imperium detrectarant, stipendia procederent. Frontinus libro quarto stratagematum.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

L. Iunius. C. f. L. n. Pullus. II. [P. Furius. C. f. C. n. Aculeo.]
 [C. Cominius. L. f. L. nepos.] [M. Albinus. M. f. L. nepos. II.]
 [C. Fulcinius. L. f. L. n. Trio. I.] M. Trebius. M. f. M. n. Gallus.]
 [L. Numitorius. L. f. P. n. Pullus. II.] [L. Roscius. T. f. T. nepos. II.]
 [C. Antius. C. f. Sp. n. Restio. II.] [L. Mæcilius. M. f. M. n. Tullus.]

Quæstores vr bani.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciales.

//. // . f. // . n. // . C. Cottæ. }
 // . // . f. // . n. // . P. Gemini. } Coss. in Sicilia.
 // . // . f. // . n. // . * Lucerinus * // . // . f. // . n. // . Calenus.
 // . // . f. // . n. // . Ostiensis. // . // . f. // . n. // . Gallicus.

M. Sempronius. C. f. M. n. Tuditanus. Sic extat in Fastis Capitolinis, Consul enim sequetur & Censor. Item reperiuntur argentei antiqui, in quibus extant Iouis pulcherrimum caput, & eius templi quadrifylum frontispicium cum mensa sacra, necnon à templi sinistris fulmen, vt Iouis esse noscas. Circumscriptum nomen: M. SEMPRONI. C. F. TUDITAN. Cufus apparet nummus ex argento decreto ad restaurationem templi Iouis in Tudirani fortasse quæstura vr bana, vel in ædilitate, aut censura.

L. Genucius. L. f. // . n. Clepsina. Cuius pater Consularis.
 [Ser. Sulpicius. P. f. P. n. Sauerzio.] Cuius auus Consularis erat; item triumphalis & Cenforius.
 [L. Æmilius. M. f. // . n. Lepidus.] Cuius pater Consul cum C. Claudio fuerat.
 [Q. Mamilius. Qu. f. Q. ne. Turinus.] [C. Valerius. C. f. C. n. Potit. Flaccus.]
 [L. Quinctius. L. f. // . n. Flamininus.] [L. Albinus. M. f. L. nepos.]

C. AVRELIUS. L. F. C. N. COTTA. COS. AN. DI.

DE. POENEIS. ET. SICVLEIS. IDIBVS. APRIL.

De C. Aurelij Cottæ Consulis rebus gestis paulò antè quædam ex Zonara, Frontino, & C. Cottæ Cos. res gesta in Sicilia.
 „ Valerio Maximo rettuli. Conueniunt quæ scribit Orofius lib. IV. cap. IX. Cotta Consul, inquit, in Siciliam transgressus, plurimis præliis aduersus Pœnos & Siculos terra marique pugnavit, & per totam Siciliam partim hostium, partim etiam sociorum inhumanas strages reliquit. Triumphum quidem mereri ea omnia videntur, tum vrbes Himera & Liparæ expugnata: sed eius mentionem nullibi reperio, præterquam in columnis Capitolinis. Habet tamen Hubertus Goltzius in Fastis suis denarij argentei picturam cum titulo: C. COTTA. quæ Iouis laureati caput, & Victoriam alatam repræsentat coronam trophæo imponentem. Quæ symbola videntur esse victoriæ & triumphi. Nam Iupiter triumphalis corona laurea insignitur: qui idem Feretrius apud Romanos, cui spolia & trophæa consecrabantur, vt latius postea dicam. Iupiter Feretrius, idem triumphalis.

ANNI. P. R. C. DII. /

Consules.

L. CAECILIUS. L. F. C. N. METELLVS. C. FVRIVS. C. F. C. N. PACILVS.

IN Polybij Græcis exemplaribus malè Γραίων Φέρειον habemus, in Latinis autem translationibus ineptè C. Curius, pro C. Furius legitur: vt & in Orofio illius cognomen Placidus

Placidus perpetam pro Pacilus. Alioquin is auctor, item Zonaras & Eutropius tabulis Capitolinis congruunt. Cassiodorus & Marianus L. Cæcilius Metellum produunt cum Furio; tabulæ verò Græcæ Metellum & Pacilum.

*Dominio
maris cadunt
Romani pro
pter classis
armata defe-
cium.
Valdus pœ-
norum in Si-
ciliam missus
exercitus.
Romani no-
uam classem
adornant.
Metelli Cos.
fuga.*

Consules in Siciliam cum omni exercitu mittuntur, quibus ex S. C. sexaginta dumtaxat naues frumenti importandi causâ datæ sunt. Pœni itaque, Romana classe sublata, superiores facti dominium maris tenebant. In Siciliam insuper Afrubal nouus Imperator cum elephantis centum triginta, & equitum peditumque amplius viginti milibus ex Africa missus venit. Itaque nec ea æstate quidquam memorabile gestum; Pœnis, quod ambo adessent Consules, quiescentibus, atque Romanis elephantorum metu consternatis, adeò vt campestribus locis cum hoste congressi non fuerint ausi. Quo metu militum Romæ cognito, decreuere Patres, vt noua classis ad bellum rursus instrueretur. Hæc ferè Polybius, Zonaras & Orofius. Verum Eusebius in Chronico, ex quibus Annalibus mihi incertum est, sexaginta naues Romanas, Metello Consule in fugam verso, à Carthaginiensibus captas fuisse scribit.

Prætor.

//. // . f. // . n. //

A. Manlius. T. f. T. n. Torquatus. Atticus.

Ædiles curules.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. //

Ædiles plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. //

[A. Atilius. A. f. A. n. Bulbus.]

[M. Tullius. L. f. Sex. nepos.]

C. Flaminius. L. f. // . nepos.

[L. Marcius. Q. f. Q. n. Philippus.]

Tribuni plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. //

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. //

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. //

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. //

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. //

C. Fundanius. C. f. Q. n. Fundulus. [M. Canuleius. C. f. C. nepos.]

[M. Licinius. M. f. C. n. Caluus.] [P. Decius. P. f. P. n. Mus.]

[L. Domitius. L. f. L. n. Ahenobarbus.] [M. Metilius. M. f. Sp. nepos.]

[Q. Silius. Q. f. Q. n. Nerua.] [C. Pompilius. Sex. f. Sex. nepos. II.]

[C. Titinius. M. f. M. nepos.] [Q. Fondanius. Q. f. Q. n. Fundulus. II.]

Quæstores vr bani.

//. // . f. // . n. //

//. // . f. // . n. //

Quæstores prouinciales.

//. // . f. // . n. // . L. Metelli. } Coss. in Sicilia.

//. // . f. // . n. // . C. Pacili. }

//. // . f. // . n. // . Ostiensis. // . // . f. // . n. // . * Lucerinus *

//. // . f. // . n. // . Gallicus. // . // . f. // . n. // . Calenus.

*Religionis
cura.*

A. Postumius. A. f. L. n. Albinus. Flamen Martialis postea. Ideoque cum Consul esset, à L. Metello pontifice Maximo prohibitus est in prouinciam ire, atque ab Vrbe sacrisque discedere, vt tum dicemus. Huius videtur esse nummus argenteus cum Neptuni capite, delphine, & tridente, vt nomen indicat, quod adscriptum est: A. POSTUMIVS. A. F. L. N. ALBINVS. Ostendunt autem notæ, argentum istud ad impendia nouæ classis signatum fuisse ab Albino quæstore, vel Vrbanò, vel Consulibus alterius in Sicilia.

C. Claudius. Ap. f. C. n. Centho. Quartus. Ap. Claudij Cæci filius, sicut indicant Capitolina marmora. Extant item sub eius nomine denarij cusi ex argento: C. CLAVDIVS. AP. F. CENTHO. in quibus Romæ caput & Castores in equis decurrentes.

Quibus

Quibus plerumque Romana nobilitas illa fratrum inter se fidem atque concordiam signare solebat.

P. Licinius. P. f. // n. Crassus. Pater Crassi diuitis illius, qui Agelastus ob feueritatem (Plinio teste) vocabatur, & Pontifex Maximus, summisque honoribus usus, per plures annos præfuit Reipublicæ, vt suis locis dicemus.

A. Hostilius. // f. // n. Mancinus. Auus. A. Mancini Consularis, vt notant Fasti Capitolini, & ex interuallo temporis colligimus.

Q. Petillius * Q. f. Q. n. * Spurius. Auus. Q. Spurini, in Consulatu deinde mortui, velut ex annorum interuallo, & Capitolinis marmoribus colligere est.

C. Coruncanius * Ti. f. Ti. * nepos. L. Coruncanius * Ti. f. Ti. * nepos. Sic eos nominat C. & L. Coruncanios Polybius historiarum libro secundo. Poterunt videri minores filij duo illius honoratissimi Ti. Coruncanij primi è plebe Pont. Maximi. Haud dubiũ, quin Senatores atque Patrum conscriptorũ è numero fuerint; cum anno DCCXIII. legati ad Teutam reginam in Illuricum missi, illorum minor natu reginæ iussu occideretur, vt tradit Polybius, quod reginæ responderat animosius quàm expectauerat.

[Sp. Furius. L. f. L. n. Camillus.]

ANNI. P. R. C. DIII.

Consules.

C. ATILIVS. M. F. M. N. REGVLVS. II. L. MANLIVS. A. F. P. N. VVLSO. II.

AMBO anteà Consules fuerant, quapropter numeri secundi Consulatus notæ, vbi desunt in Auctoribus, restituendæ sunt. C. Atilium, L. Manlium prodit Polybius: Regulum iterum & Vulsonem tabulæ Græcæ: C. Atilium Regulum, L. Manlium, Cassiodorus. Rectè autem Orosius libro quarto cap. x. alterum Atilium Regulum & Manlium Vulsonem Consules ambos iterum fuisse dicit. Zonaras C. Atilium Reguli fratrem, & L. Manlium Consules nominat. Non tamen Reguli captiui fratrem germanum fuisse intelligi potest, huic sententiæ etenim tabulæ Capitolinæ refragantur, quæ M. Regulum captiuum M. F. L. N. appellant.

Habitis in hunc annum comitiis, Consules designati Manlius & Atilius quàm primum nouas quinquaginta naues ædificare, veterem præterea classẽ reparare, naualium sociorum copiam instruere iussi sunt. Animauitque postea ciuitatem maritimi belli cura distractam ac anxiam L. Metelli Procos. terrestris victoria contra Afrubalem in Sicilia partam, de qua mox plura dicturus sum. Cuius fama expeditionem accelerauit, amboque Consules cum quatuor legionum nouo exercitu, & classe ducentarum nauium in Siciliam profecti bellum finire, quod iam decimo quarto (vt Polybius tabulis Capitolinis congruens tradit) trahebatur anno, cupientes. Lilybæum velut sedem belli, hostiumque receptaculum summis viribus obfederunt, sed Annibal Amilcaris filius, cum classe ex Africa missus atque intra Urbem receptus, expugnationem prolongauit, difficilioremque reddidit. Consululm alter exeunte æstate Romam ad comitia rediit, alter in obsidione remansit. Historiam latè narrat Polybius, item Zonaras, & Orosius libro quarto, cap. 10.

Nouæ quinquaginta naues ædificatæ.

Nouus exercitus quatuor legionum, & cc. nauium classis in Siciliam abeunt. Lilybaeum obsessum.

Prætor.

//. // . // . f. // . n. // .

N. Fabius. M. f. M. n. Buteo.

Ædiles curules.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

M. Fabius. C. f. M. n. Licinus. M. Cornelius. M. f. // . n. Cethegus.

Ædiles plebis.

Affibus singulis farris modios fuisse, item vini congios, ficique siccæ pondo xxx. olei pondo x. carnis pondo XII. cum L. Metellus in triumpho plurimos duceret elephantos. Plinius ex M. Varrone memorat libro XVIII. naturalis historię cap. 3.

Annona magna vilis hoc anno Roma.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

C. Atilius. A. f. A. n. Bulbus.] [L. Genucius. L. f. L. n. Auentinensis.]

Tribu-

Tribuni plebis,

//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

[P. Mucius. P. f. P. n. Scæuola.] [L. Liuius. L. f. L. n. Denter.]
 [N. Sextius. L. f. L. n. Lateranus.] [L. Cædicius. M. f. M. nepos. II.]
 [L. Mænius. C. f. C. nepos. II.] [A. Virginius. P. f. P. nepos. II.]
 [Ti. Minucius. Ti. f. Ti. n. Augurius.] [C. Licinius. P. f. P. n. Stolo.]
 [M. Decius. M. f. M. n. Mus.] [Cn. Domitius. Cn. f. Cn. n. Caluinus.]

Quæstores vrbanî.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciales.

// . // . // . f. // . n. // . C. Atilij Reguli. } Coss. in Sicilia.
 // . // . // . f. // . n. // . L. Manlij Volsonis. }
 // . // . // . f. // . n. // . Gallicus. // . // . // . f. // . n. // . Ostiensis.
 // . // . // . f. // . n. // . * Lucerinus * // . // . // . f. // . n. // . Calenus.

Q. Valerius. Q. f. P. n. Falto. Cuius Consulatum ita nobis repræsentant Capitolini Fasti. Sic item eius extant bigati argentei, cum Romæ galeatæ capite, & Victoria quæ bigam agitat, in quibus eius nomen ita legitur: Q. VALER. Q. F. FALTO.

C. Mamilius. Q. f. Q. n. Turinus. Cuius item Consulatus sequetur in Capitolinis.

[C. Quinctius. C. f. // . n. Claudus.] Consularis viri filius.

Sp. Furius. Sp. f. // . n. Purpureo. Pater L. Purpureonis, qui Prætor de Gallis triumphauit anno DLIII. Denarius reperitur bigatus, cum Romæ capite, & laurea supra bigam, additæ notæ SP. PVR.

C. Licinius. P. f. P. n. Varus. Et hunc Consulem habebimus in marmoribus Capitolinis. Eiusdem videntur esse nummi argentei elegantes cum Iunonis capite, amiculo suo, id est, caprina pelle vestito in vna parte: in altera stat in habitu Pontificali cum lituo ad aram, cui admouet capram immolendam popa. supra scriptum NVMA. POM- PILI. subtus. C. LICIN. VARVS. Hæc autem numismatis signa proculdubio pertinent ad religionem sacrificiaque Iunonis Sospitæ, à Numa Pompilio rege primùm Romæ instituta ritu Aboriginû antiquissimo, quo Lanuuij superstitionisimè colebatur. Decretum argentum ad ædis restorationem, vsumque sacrificiorum C. Licinius Varus hoc ferè tempore Quæstor forsan vrbanus videtur ex ærario expendisse, atque eius rei memoriam impensarumque causam in numismate signari curasse.

M. Æmilius. M. f. // . n. * Numida. Qui postea ludis sæcularibus magister xvirum notatur in Fastis Capitolinis, qui tamen nullum ei cognomen attribuunt. At Liuius libro xxvi. Numidam vocat, raro quidem Æmiliis cognomine.

[C. Foslius. M. f. M. n. Flaccinator.] [Q. Mucius. P. f. P. n. Scæuola.]

Prouincia.

L. Cæcilius. L. f. C. n. Metellus. Procos. Siciliam prorogato imperio obtinuit. C. Furio superioris anni collega in Italiam cum parte exercitus reuerso, Metellus Panormi cum suo milite moram trahens, Martis aleam elephantorum metu nullibi tentare est ausus. Idcirco ferocior factus Asdrubal Pœnorum dux, Lilybæo profectus Panormitanum agrum instante messis tempore populabundus inuasit, ac passim ad suburbana vsque, Metello se intra mœnia continente, cuncta vastauit. Denique ad obsidionem pergens, dum flumen vrbi vicinum trajicit, elephantum ex prima acie Romanorum telis in suos propulsati, turbant ordines: mox subita portis omnibus eruptione Metello duce facta, insigni proelio Pœnus vincitur: quo viginti, vt tradunt Eutropius & Orosius, hostium milia occisa sunt, & elephantum viginti sex. Reliqui centum & quatuor finito proelio

viii

Nummus
C. Vari.
Iuno Sospiti
Lanuvina.

Sætra Iuno-
nis à Numa
Rege Roman
primùm tra-
ducta fuisse
nummus in-
dicat.

L. Metellus
Procos. ad
Panormum
compulsus à
Pœn & ad præ-
lium insignem
de Asdrubale
victoriam re-
tulit.
Elephantum tur-
bant aciem.
Clades Pœno-
rum.

viui in potestatem redacti sunt. Polybius decem cum Indis suis captos, reliquos dissectis Indis vagabundos post proelium receptos scribit. Asdrubal cum paucis Lilybæum profu-
git, & absens à Pœnis capite damnatus, postea in crucem actus est: Ceterum hac clade perculsi & fracti Carthaginenses, pacem, vel captiuorū permutationem, missis Romam cum M. Regulo captiuo legatis, petierunt. At Reguli ipsius potiùs Reipubl. commo- dum, quàm suam salutem curantis hortatu omnia iis negata fuerunt. Ipse, vt promiserat, cum legatis re infecta Carthaginem reuersus, miserandis modis excruciat, interiit. Vide præter iam dictos Zonaram, Appianum in Libyca, Gellium libro VI: L. Florum, Aucto- rem de viris illustribus, Valerium Max. lib. VI. & IX. & alios.

*Asdrubal à suis in crucē actus.
Pœni pacem vel captiuorū permutationem petunt per M. Regulum captiuū. M. Regulū erga patriam summa fides:*

Proquæst.

///. // . // . f. // . n. // . L. Metelli. Procos: in Sicilia:

Q. Petillus * Q. f. Q. n. * Spurius.

L. CAECILIUS. L. F. C. N. METELLVS. PRO. COS. A. DIII

DE. POENEIS

VII. IDVS. SEPTEMB.

Plures veterum huius triumphi meminerunt, & inter primos, Lilius, in epitomè libri XIX. hæc nobis sunt reliqua: Cæcilius Metellus rebus aduersus Pœnos prosperè ge-
stis, speciosissimum egit triumphum, tredecim ducibus hostium, & centum viginti ele-
phantis in eo ductis: Io. Zonaras Lilio suffragatur, item Seneca in libro de breuitate vi-
tæ ad Paulinum. Idem, inquit, narrabat, Metellum victis in Sicilia Pœnis triumphan-
tem vnum omnium Romanorum ante currum centum viginti elephantos captiuos du-
xisse. Alij plerique de hoc triumpho verba facientes nonnihil discrepant in elephantorū numero. Nam Orofius centum quatuor captos & per Italiam ductos, maximum Italicis gentibus spectaculum præbuisse scribit. Accedit L. Florus, qui centum circiter captos tradit, & magni aestimat prædam, si vel venatione, non bello captus fuisset grex ille. Eutropius centum & triginta enumerat: Sed Dionysius Halicarnassæus antiquita- tum libro secundo, de Vestæ sacris multa scribens, hunc L. Metellum de Siculis & Pœnis memorabilem triumphum ex centum triginta octo elephantis egisse dicit. Augetur adhuc numerus à Plinio lib. VII: cap. VI: qui auctor est, centum quadraginta duos Ro-
mam adductos fuisse, & addit, quemadmodum ratibus, quas doliorum vacuorum ordi-
nibus connexis superstrauerant, transportati ex Sicilia fuerint in Italiam. Quod pulchrè Zonaras, & Frontinus stratagematum libro primo cap. VII. etiam explicant. Verrius Flaccus eisdem pugnasse ludis in Circo prodidit, & interfectos iaculis: quoniam neque ali placuerat, neque donari regibus. L. Piso inductos dumtaxat in circum, & vt contem- ptus eorum incretaret populo Romano, ab operariis per circum totum actos hastis præpilatis. Alibi quoque Plinius per occasionem nonnulla ad celebrem hunc Metelli trium- phum spectantia suggerit, vt libro VII. cap. XIII. & lib. XVII. cap. III. quæ breuitatis causa omitimus. Illud dumtaxat his addam, & primum & nobilissimum hunc Cæ- cilie gentis triumphum posteris in generis ac stemmatis honorem, victoriæq; illius me- moriam sæpiùs elephantorum simbolo in nummis argenteis exprimere voluisse: atque ita notatos Metellorum denarios plures in Italia, & alibi me vidisse memini. Illustrat & Goltzius triumphum istum nummo pulcherrimo: nam ab vno latere repræsentat Vestæ caput, ex cuius æde flagrante sacra hic L. Metellus Pontifex Max. cum fummo periculo suo eripuit: in altero Victoriæ, quæ triumphantem in quadriga coronat: Adscriptus est titulus iste: L. CAECIL. L. F. C. N. METEL. PR. COS. EX. S. C. Est item alius cum Romæ capite, & Ioue triumphante in quadriga; ad cuius templum in Capitolio triumphus solemni sacrificio peragebatur. Titulus insculptus, L. METEL. L. F. C. N. huius ob victo- riam cufum fuisse indicat.

Elephantū cxx. in triū- pho ducti.

Quomodo vi- ribus per ma- re vecti in Italiam. Ludis in circo Romano pu- gnasse.

Nummi Me- tellorum cum elephantis cufi ad victoriæ memoriam.

Nummi triū- phales L. Me- telli huius.

ANNI. P. R. C. DIV.

Consules.

P. CLAVDIVS. AP. F. C. N. PVLCHER. L. IVNIVS. C. F. L. N. PVLLVS.

CORRECTE habentur Consulium nomina in Polybio & Cassiodoro, sed omittun- tur cognomina: quæ proferunt tabulæ Græcæ Pulchrum & Pullum ponentes. Extat tamen error librorum in exemplari meo, vbi Πύλλος scriptum, pro Πύλλος. Ce- terum prænomena malè variantur apud plerosque auctores: nam in Orofio, prænomen Iunij Caius est; Claudij verò in Cicerone, Plinio, Valerio Maximo, Eutropio & Maria-

Error in prænominibus Consulium.

no, non Publius, sed Appius legitur, librariorum errore, quibus hōe vnicum celebrius Claudiorum prænomen notum fuit. Ita deceptus interpret Polybij, hunc Appium Claudium vocavit, quem Publum passim Græcum exemplar appellat. Rectè autem nominat Consules Cenforinus de die natali cap. xiv. Sæculares ludos tertium P. Claudio Pulchro, L. Iunio Pullo Consulibus factos fuisse scribens, quemadmodum Livijs & Valerius Antias computarunt. Verùm Fasti Capitolini in annotandis Sæcularibus, ut antè diximus, alios auctores sequuntur. Plinius libro xv. capite primo memoriæ prodit, olei libras duodenis assibus veniisse Romæ, (ita enim legendum est, non duodenas assibus, ut vulgò legitur) anno Urbis quingentesimo quinto, P. Claudio Cæci nepote, L. Iunio Consulibus. Et more suo discrepat in anno vno à Capitolinis tabulis: insuper in hoc amplius à Cicerone, quòd Claudium hunc Consulem Ap. Cæci nepotem scribat. Nam Cæci filium fuisse testatur Cicero in libro de diuinatione, & de natura Deorum secundo. Cuius sententiæ etiam sunt Capitolinorum Fastorum auctores, & Gellius libro x. capite vi.

*Ludi secularis tertium facti secundum Val. Antiasem & T. Livium.
C. Plinij locus animaduersendus.*

P. Claudij expeditio contra Adherbalem Pœnum.

*Religione cõtempna pugnâs P. Claudius Cos. magnam cladem accepit.
L. Iunius Cos. in fuga classem suâ naufragio ad littora perdidit.
L. Iunij exitus.*

P. Claudius ad populum reus factus, ut damnationem effugeret.

Consulibus P. Claudio Sicilia, L. Iunio classis obuēnit. Claudius, dum collega classem instruit, in Siciliam ad Lilybætanum exercitum profectus est, supplementoque decem milium accepto, nauibus, quæ aderant, omnibus selecto milite completis, intempesta nocte Adherbalem aggressurus Drepanum nauigat. Prima luce sequenti hostibus obuiam factus, ad prælium se parauit. Cumque ex more auspiciam fumeretur, & pulli pascere nollent: Ergo bibant, inquit, & abijci eos in mare iussit. Et ita cupidine prælij inflammatus aduersis auspicijs pugnavit, ac victus est. Ex tota classe, quæ centum viginti nauium erat, ut auctor Orosius, vix triginta naues seruatae sunt, octo milia militum perisse, viginti milia capta feruntur. L. Iunius collega classem alteram centum item viginti nauium ab hostibus ad vicina littora compulsam naufragio perdidit: exercitus tamen parte seruata, Lilybæum contendit. Et quia Consul culpa hæc clades accepta fuerat, L. Iunium damnationis ignominiam voluntaria morte præuenisse tradunt Cicero & Valerius Max. lib. i. cap. iv. Zonaras post cladem acceptam à Pœnis tandem captum scribit, cum prius Erycem ipse cepisset, præfidiisque muniisset. P. Claudium verò à Senatu reuocatum, cum Dictatore dicto coactus abdicasset, populi iudicio concidisse voluit Polybius & Cicero de diuinatione, & de natura Deorum, lib. ii. item Valerius loco iam citato. Aliter tamen lib. viii. cap. i. hic scribit P. Claudium quidem populo infesto obiectum, cum effugere debitam pœnam nullo modo posse crederetur, subito coortæ tempestatis beneficio tutum à damnatione fuisse, quæstionem verò nouam, veluti dijs interpellantibus, de integro instaurari non placuisse. Rei bellicæ historiam latè narrat Polybius lib. i. Vide etiam quæ Zonaras, Florus, Frontinus, Orosius, & alij de his scribunt.

M. CLAUDIVS. C. F. GLICIA. QVI. SCRIBA. FVERAT. DICTATOR.

SINE. MAG. EQ. COACT. ABDIC. IN. EIVS. LOCVM. FACTVS. EST

A. ATILIVS. A. F. C. N. CALATINVS.

DICT.

L. CAECILIVS. L. F. C. N. METELLVS. MAG. EQ.

REI. GERVNDAE. CAVSSA.

P. Claudij cos. protervia. Scriba Dictator, Dictator frustra dictus, ludos prætectatus spectavit.

A. Calatinus Dictator primus extra Italiã duxit exercitum. Romanorum in profectu bello Punico constantia. Errores in cognomine Glicia M. Claudij Scriba. A. Calatinus Dictator nil memorabile gessit in Sicilia. L. Metelli honores.

P. Claudius Consul re malè gesta Romam, ut dixi, reuocatus, cum Dictatorem dicere à Senatu iuberetur, veluti iterum illudès discrimini publico M. Claudium Gliciam dixit, vltimæ sortis hominem, scribam nempe & viatorem suum. Qui confestim coactus abdicare magistratu, postea nihilominus tamquam summo magistratu functus, ludos prætextatus spectavit. In eius locum Dictator factus est A. Atilius Calatinus, & L. Cæcilius Metellus magister equitum, ambo triumphales. Hic primus Dictator, auctore Livio, exercitum extra Italiam duxit. Tanta autem animorum pertinacia bellum post tot damna à Romanis reparatum fuisse scribit Zonaras, ut quemdam in Senatu de pace cum Pœnis faciendâ loqui ausum occiderint. Vide quæ de hac Dictatura in Liuiana epitome lib. xix. & Suetonij Tiberio legimus: sed utrobique Claudij Glicia cognomen fœdo errore corruptum est. Nam in hoc Illicia, in illo C. Glaucia vocatur. Nominat insuper Calatinum Dictatorem cum Metello magistro equitum Zonaras, nihilque memorabile ab his gestum fuisse dicit. Idem à Dione traditur, quamuis Calatinum non nominet: vnum quippe Dictatorem fuisse refert, qui nullam rem gerens in Siciliam est profectus, ut libro xxxvi. legimus. L. verò Metellum Plinius libro vii. cap. xliii. Pontificem, bis Consulem, Dictatorem, & magistrum equitum fuisse testatur. Quos omnes eius honores Fasti Capitolini etiam expriment.

Prator.

Prætor.

//. // . // . f. // . n. // .
C. Furius. C. f. C. n. Pacilus.

Ædiles curules.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
M. Fabius. M. f. M. n. Buteo. C. Sulpicius. C. f. Ser. n. Gallus.

Ædiles plebis.

Olei libras duodenis assibus plebi dedere. Plinius lib. xv. cap. i. ex actis magistratum hoc memorat : & , vt apparet , Ædiliū , quorum erat annonam Romæ curare.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
[P. Furius. C. f. C. n. Aculeo.] [L. Mæcilius. M. f. M. n. Tullus.]

Tribuni plebis.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

C. Fundanius. C. f. Q. n. Fundulus. II. C. Lutatius. C. f. C. n. Catulus.
[M. Sempronius. M. f. M. n. Tuditanus.] [C. Iunius. C. f. C. n. Bubulc. Brutus.]
M. Calpurnius. // . f. // . n. Flamma. [L. Domitius. L. f. L. n. Ahenobarb. II.]
[Sp. Icilius. Sp. f. Sp. n. Ruga.] [M. Tullius. L. f. Sex nepos. II.]
C. Sempronius. C. f. M. n. Tuditanus.

//. Papius. n. f. Cn. nepos. Lex Papia de virgine Vestali fortienda hoc tempore lata videtur, nempe post Pontificatum Max. plebi communicatum in Ti. Coruncanio, quod circa annum D. contigisse Liuiana indicat epitome, sacerdotiis aliis iam diu antea plebi communicatis. Meminit legis Gellius in Noctibus, lib. primo, cap. XII. Vbi Papiæ lex vocatur. Verba autem Gellij sunt hæc: Sed Papiam legem inuenimus, qua cauetur, vt Pontificis Maximi arbitrato viginti è populo virgines legantur, fortitioque in concione ex eo numero fiat. Quæ quidem lege sacerdotium Vestale communicari tum etiam plebeiis cœpit, cum Pontifex Max. arbitrato suo legere virgines ad sortem è populo qualescumque posset. Sed hanc Pontificis Max. lectionem atque fortitionem Lex Popillia quædam sustulit, & Papiam istam antiquauit: vt ibidem Gellius addit, cuius verba referam. Sed ea, inquit, fortitio ex lege Papia non necessaria nunc videri solet. Nam si quis honesto loco natus adeat Pontificem Max. atque offerat ad sacerdotium filiam suam, cuius dumtaxat, saluis religionum obseruationibus, ratio haberi possit, gratia Popillia legis per se ratum fit. Sed quando lata fuerit hæc Popillia lex, non liquet nobis: quæ ad A. Gellij, Philipporumque Cæsarum vsque tempora durauit, quemadmodum ex Gellij verbis colligere possumus.

Lex Papia de Vestalium lectione.

Popillia lex de Vestalibus.

Quæstores vr bani.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciales.

//. // . // . f. // . n. // . P. Claudij. Cos. in Sicilia.
//. // . // . f. // . n. // . L. Iunij. Cos. ad classem.
//. // . // . f. // . n. // . Ostiensis. // . // . // . f. // . n. // . Gallicus.
//. // . // . f. // . n. // . * Lucerinus * // . // . // . f. // . n. // . Calenus.

Ti. Claudius. Ti. f. Ap. n. Nero. Ap. Claudij Cæci nepos. Cuius puto denarium esse cum Dianæ capite & Victoria in biga, item hoc titulo: TI. CLAVD. TI. F. AP. N. EX. S. C. LXXIIII. Fortasse cufus ex argenti pondo LXXIIII. Hieronis Syracusanorum regis tributo. Magna namque religione Dianam colebant Syracusani. Hic pater C. Ne-

Syracusani magna religione Dianam colebant.

ronis, qui Consul cum M. Liviio Afrubalem Annibalis fratrem proelio victum occidit, caputque eius ante Annibalis castra proiecit, si rationem temporis admittamus.

Q. Fulvius. M. F. Q. n. Flaccus. Qui Senatum Campanum securi percussit. Eius plures magistratus sequentur.

[Q. Ogulnius. Q. f. L. n. Gallus.] Pater eius Consul & Dictator fuerat.

P. Sempronius. P. f. P. n. Sophus. Filius P. Sophi Consularis ac Censorij, qui item de Picentibus triumphauerat. Huius videntur esse denarij cum Iouis capite, & eius mensa sacra, sic inscripti, P. SEMP. P. F. SOPHVS.

[Ti. Sempronius. C. f. C. n. Gracchus.] [C. Atinius. C. f. C. n. Longus.] Ser. Cornelius. Ser. f. // n. Merenda. Cuius pater Consul fuerat.

[L. Quinctius. C. f. // n. Claudus.] C. Quinctij Claudij Consularis filius alter.

Prouincia.

//. //. //. f. //. n. //. Procos. Siciliam. prorogato. imperio. obtinuit.

Iussus obsidionem Lilybetanam continuare vsque in aduentum successoris : vt Polybius & Zonaras. L. Manlius. A. f. P. n. Vulso.

Proquaest.

//. //. //. f. //. n. //. * L. Manlij. * Procos. in. Sicilia.

Sp. Furius. Sp. f. // n. Purpureo.

A N N I. P. R. C. D V.

Consules.

C. AVRELIUS. L. F. C. N. COTTA. II. P. SERVILIUS. Q. F. C. N. N. GEMINVS. II.

SEQUENTI anno, Zonaras ait, Consulatum inierunt C. Aurelius & P. Seruilus. Sic in Cassiodoro, P. Seruilium & C. Aurelium habemus. In tabulis autem Graecis leguntur Cotta II. & Geminus II. quod tabulis Capitolinis, & Ciceronis Lucullo conuenit. Ex his enim constat & antea collegas in eodem magistratu fuisse. Quocirca in Cassiodoro & Zonara numeri Consulibus sunt adiungendi, quos Marianus non omisit.

Consules in Sicilia Pœnos terrestri bello prosequuntur. Italiam frustra tentat Carthalo Pœnus. Stipendiarium sedutio contra Pœnos. Amilcar Barca Pœnorum Imp. Romanorum & Hieronis Suracusano- rum regis foedus & amicitia.

Consules Lilybæum & Drepanum terrestribus copiis infestantes continenti Pœnos prohibuerunt, eorumque socias ciuitates adflixerunt, Carthalone & Punica classe, qua tum superior erat, maritumam oram Italiae frustra tentante. Nam cum audisset Prætozem cum Vrbanò exercitu obuiam occurrere, reuersus in Siciliam est: vbi conductitius miles Pœnorum ob non soluta stipendia atroci contra ipsum seditione insurrexit. Sed tempestiuè cum adesset cum nouis auxilijs Amilcar cognomento Barca successor Carthaloni missus, multos ex seditionis occidit, multos in mari demersit. Cum omnibus deinde copiis in Italiam trajiciens maritumam oram omnem latè populatus est. Romani in Sicilia cum Hierone Suracusano rege perpetuam amicitiam sanxerunt, remissis eidem tributis annuis: eamque amicitiam Rex semper quoad vixit, fidam & integram seruauit. Vide Zonaram & Orosium libro I v.

Prætor.

//. //. //. f. //. n. //. Cum exercitu vrbanò Carthaloni Pœno Italiae oram maritumam vastanti obuiam missus, eundem reppulit & fugauit. Zonaras.

M. Fabius. C. f. M. n. Licinus.

Ædiles curules.

//. //. //. f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

Ædiles plebis.

//. //. // f. //. n. //. .//. //. //. f. //. n. //.

[Q. Fundanius. Q. f. Q. n. Fundulus.] [P. Decius. P. f. P. n. Mus.]
[M. Licinius. M. f. C. n. Caluus.] [Q. Silius. Q. f. Q. n. Nerua.]

Tribuni

Tribuni plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Ti. Sempronius. Ti. f. C. n. Gracchus. Q. Lutatius. C. f. C. n. Cerco.

[L. Sextius. L. f. L. n. Lateranus.] [Q. Anicius. Q. f. Q. n. Prænestinus.]
 [P. Publilius. P. f. Q. n. Philo.] [Q. Apuleius. Q. f. Q. n. Pansa.]
 [Q. Scantius. M. f. // . nepos.] [Q. Platorius. M. f. M. nepos.]
 [C. Pompilius. Sex. f. Sex. nepos. III.] [Q. Manilius. Q. f. Q. nepos.]

Quæstores vr bani.

// . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciales.

// . // . f. // . n. // . C. Cottæ. }
 // . // . f. // . n. // . P. Gemini. } Coss. in Sicilia.
 // . // . f. // . n. // . Gallicus. // . // . f. // . n. // . * Lucerinus *
 // . // . f. // . n. // . Calenus. // . // . f. // . n. // . Ostiensis.

L. Poblilius. L. f. L. n. Malleolus. Frater M. Malleoli, qui Consul postea in Capitolinis extat; nam ambo Ædiles plebis simul fuerunt, vt suo loco declarabimus. Coniecturam hanc Sex. Pompeij locus, antea mihi non visus, confirmat, quem postea adducam.

P. Valerius. Q. f. P. n. Falto. Consul sequetur in Capitolinis marmoribus, sicut item illius frater Q. Valerius Falto. At huius Publij videtur esse nummus æreus, qui reperitur cum Iani capite, & naui rostrata, vt indicant adiunctæ litteræ: P. FALTO. Q. F.

Sp. Caruilus. Sp. f. C. n. Maximus. Bis Consul & triumphalis, qui primus Romæ diuortium fecit, vt postea dicemus. Hic ita quidem in Capitolinis marmoribus est descriptus, qui in tabulis Græcis Rugæ cognomen habet.

[L. Marcius. C. f. C. n. Rutilus.] [T. Popillus. T. f. T. n. Sabellus.]
 [Q. Lutatius. Q. f. C. n. Catulus.] [P. Clælius. P. f. Q. n. Siculus.]
 [M. Valerius. M. f. // . n. Max. Potitus.]

Patre Consulari natus.

ANNI. P. R. C. DVI.

Consules.

I. CAECILIUS. L. F. C. N. METELLUS. II. N. FABIVS. M. F. M. N. BVTEO.

RECTE quidem Zonaras Cæcilium Metellum & Numerium Fabium hos Consules nominat, si adefset Metello secundi Consulatus nota, sicut in Siculis tabulis, quæ Metellum II. & Buteonem Consules per sola cognomina proferunt. At in Mariano perperam L. Lucilius, C. Fabius habentur, vt etiam in Cassiodoro & aliis ferè vbique prænomen huius Fabij in Marcus vel Cneus malè mutatum est ab iis qui per N. litteram Numerius notari solere nesciuerant. Metellum verò bis Consulem fuisse, ex Plinij locum iam antè citato constat.

Anno, vt scribit Polybius, belli Punici primi decimo octauo Amilcar Barca vastatis Locrorum & Bruttiorum agris, cum omni classe Siciliam repetit, & in agro Panormitano locum occupat cum portu natura munitu, inter Rhegium & Panormum altè mari super eminentem, vbi castris positus belli sedem fecit. Interea classis priuatorum opibus Romæ instructa maritimas Africæ oras vastare cœpit, & ad Hipponem ædificia ac naues in portu incendit: cum publicè tamen bello nauali propter clades acceptas abstineretur. Consulum alter ad Lilybæum tenuit exercitum, alter Fabius Amilcari oppositus ad Panormum vi-

Amilcar Barca belli sedem in Sicilia cõtra Romanos parat. Classis priuatorum Romana pergit in Africam. Consulum res gesta.

Captiuorum
commutatio
inter Roma-
nos & Pœno-

Æfulum &
Alfium colo-
nie deductæ.

Censor nondū
Consularis.

Ciuum nu-
merus minu-
tus propter
naufragia &
clades.

toriam adeptus Drepanum obsedit. Columbariam infulam cepit. Hæc ferè Zonaras memorat. Polybius Consules nullos nominando historiam horum temporū leuiter percurrit vsque ad C. Lutatium Consulem, qui bello finem imposuit. Cum Pœnis item eodem anno captiuorum commutationem factam fuisse, ex Liuiano compendio & Zonara colligimus: viritim scilicet, & quia numerū Carthaginenses non explebant, ceteros suos pecunia redemisse. Item si quid certi ex supputatione Velleij constare potest, eodem anno in Italia coloniæ à Romanis deductæ sunt Æfulum & Alfium: anno videlicet xvi. post Æferniam, verū is numerus mendosè in Velleij exemplaribus xxxii. est notatus. Alfium constat maritimæ esse Etruriæ: Æfulum verò suspicatur Sigonius idem esse, quod nunc Asculum dicitur, & caput deinde Piceni fuit.

CENS. A. ATILIUS. A. F. C. N. CALATINVS. A. MANLIVS. T. F.

T. N. TORQVAT. ATTICVS. LVSTR. F. XXXVIII.

Censuram nomina extra tabulas Capitolinas nusquam reperio, quorum A. Manlius nondum Consul fuerat. Lustrum tunc conditum xxxviii. de quo ita in epitomis Liuianis lib. xix. scribitur. Lustrum à Censoribus conditum est, censa sunt ciuium capita ccli. ∞. ccxxii. Atqui numerus ciuium valdè imminutus videtur, habita ratione multitudinis superiore lustro adductæ. Et nisi numerorum notæ in exemplaribus fallunt, damnū hoc imputari potest crebris naufragiis, & cladi, culpa P. Claudij Consulis acceptæ.

Prætor.

//. // . f. // . n. // .
C. Atilius. A. f. A. n. Bulbus.

Ædiles curules.

//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Ædiles plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
[P. Mucius. P. f. P. n. Scauola.] [L. Liuius. L. f. L. n. Denter.]
C. Lutatius. C. f. C. n. Catulus. [C. Licinius. P. f. P. n. Stolo.]

Tribuni plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
M. Sempronius. C. f. M. n. Tuditanus. M. Anicius * Q. f. Q. n. * Gallus.
[Q. Mamilius. Q. f. Q. n. Turrinus.] [Q. Sicinius. Cn. f. Cn. nepos.]
[C. Titinius. M. f. M. nepos. II.] [M. Titius. M. f. L. n. Rufus.]
L. Genucius. L. f. // . n. Clepsina. [L. Albinus. M. f. L. nepos.]
[N. Sextius. L. f. L. n. Lateranus. II.] [L. Genucius. L. f. L. n. Auentinensis. II.]

Quæstores vr bani.

//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciales.

//. // . f. // . n. // . L. Cæcilij. }
//. // . f. // . n. // . N. Fabij. } Coss. in Sicilia.
//. // . f. // . n. // . Calenus. // . // . f. // . n. // . * Lucernus *
//. // . f. // . n. // . Ostiensis. // . // . f. // . n. // . Gallicus.

M. Poblicius. L. f. L. n. Malleolus. Cuius nomen sic extat in tabulis Capitolinis, nam Consul deinde fiet.

L. Cornelius, L. f. Ti. n. Lentulus Caudinus. Consul & Censor, qui primus etiam

etiam de Liguribus triumphauit. Primi Lentuli Caudini filius. Nomen eius sic exprimit Fasti Capitolini, & nummi antiqui bigati.

Ti. Villius. Ti. f. * P. n. * Tappulus. Pater P. Tappuli Consularis, vt marmora Capitolina declarant.

T. Clælius * T. f. Q. n. * Siculus. Denarius est argenteus cum Romæ capite & corona laurea, item cum Victoria in biga, sub cuius equis spica, & titulus: T. CLOYLI. Spica Sicilia nota propter frugum feracitatem. Spica sæpius Sicilia nota solet esse, quod feracissima sit frugum: ideoque verisimile, quasi esse eusum denarium, ad vsum Siculi belli à T. Clælio Quæstore, vel vrbano, vel Consululum vnus in Sicilia. Quod quidem magis verisimile faciunt eiusdem alij nummi, quorum in vna facie Iouis laurea coronatū caput expressum, iuxta quod littera F. Feretrij Iouis esse, videtur signare. Nam altera facies eiusdem numismatis vincitū captiuū ducem sub suspensis in arboris trunco spoliis, & Victoriā deam tale trophæum coronantem nobis ostendit, vbi nomen adscriptum, T. CLOYLI. Itaque memoriā insignis victoriæ, trophæique propter hanc Ioui Feretrio consecrati ab altero Consululo T. Clælius ex argento manubiali cuso numismate sic promulgare voluit. Quamuis rerum hoc bello gestarum abruptam habemus historiam propter veterum Auctorum inopiam, ex Io. Zonaræ folijs tamen compendio facile discimus, L. Metellum II. ac N. Fabium Consululos hoc anno plures in Sicilia victorias de Pœnis obtinuisse, quamuis Auctor ibidem sit mutilus, & in eius exemplaribus multa desiderentur. Hinc verisimile sit etiam tum trophæa Romanos Consululos Ioui consecrasse, sicut antiqui, de quibus nunc agimus, indicant denarij. Iouem verò Feretrium apud Romanos, vt victoriarum triumphorumque rectorē ac præsidem cultum fuisse constat, quare Victor & Triumphator est appellatus, Phornuto teste, in libello de Deorum natura. Plutarchus in Parallelis ex Aristidis Milelij rerum Italicarum tercio scribit, Postumium Albinum Imperatorem Romani exercitus ad Caudium in prælio contra Samnites grauius vulneratum ex cæcorum hostium spoliis trophæum erexisse, tinctaque sanguine dextra titulum huic inscripsisse clypeo talem, Romani de Samnitibus Ioui, in cuius potestate sunt trophæa. Simile quid ex Chrysermi Peloponnesiacis narrat de Othryade Spartanorum Imperatore, qui vulneribus afflictus in prælio contra Argiuos, semifractis inter cadauera innitens hastis, exurgens congestis scutis tale trophæum erexit, ac Ioui in cuius potestate sunt trophæa, proprio sanguine titulum inscripsit. Hinc est quòd apud Græcos Τροπαιῖον cognomine dictus sit Iupiter, & Σκυλοφόρος, quasi spolia ferens: nec alium esse Romanis Feretrium Iouem disertè nobis explicat Dionysius Halicarnassensis antiquitatum Romanarum libro secundo, qui te latius, Lector, de hac re poterit instruere.

M. Claudius. C. f. // . n. Glicia. Qui Dictator per ludibrium veluti dictus abdicare mox coactus fuerat, vt antea dictum est. Vt erat infimæ fortis homo, ita stolidæ superbix fuit: qui per dedecus licet ab Imperio summo deiectus, ludos tamen prætextatus spectauit, nec à Reipublicæ muneribus semet abstinuit postea. Quapropter illudentis fortunæ blandimenta sequutus, temeritatis suæ postea pœnas pependit, quemadmodum suo loco declarabo. Eius esse videtur argenteus denarius elegantissimus, qui in Goltzianis eius dictaturæ accommodatus est, cum rostrata nauis in vna, & Apollinis laureati capite in altera, iuxta quod regium est sceptrum, vt Apollinem notet, quem Romani in sacris animatorum corporum regem colebant religione Græca solem existimantes. Qua ratione crebrò vocatur Ἀναξ, & Βασιλεὺς, à Græcis poëtis, vt in Homero, Orphei hymnis, Aristophanis Pluto, & Solonis elegia, quæ nobis apud Io. Stobæum extat. Apud classem igitur hic M. Claudius Quæstor in Sicilia alterius Consululis fortasse fuit.

C. Papius. C. f. L. n. Maso. Qui postea Consul in Albano monte primus triumphum duxit, & in Fastis Capitolinis ita recensetur. Fuit auus maternus Africani minoris P. Scipionis Æmilianus, vt auctores sunt Plutarchus in Æmilio Paullo, & Plinius libro xv. cap. xxix. Pontifex deinde mortuus est, anno DCL. vt testatur Liuius lib. xxv.

[L. Mamilius. L. f. Q. n. Vitulus.] Huius pater Consul fuerat suffectus P. Decio anno CDXXXVIII.

[Q. Sestius. P. f. P. n. Capitolinus.] Eius auus in quæstura seditione militari perierat, vt antea dictum est.

Prorogata f. prorogata.

C. Aurelius. L. f. C. n. Cotta. pro. cos. classem. priuatorum. prorogato. in annum. imperio. obtinuit. Præter ordinariam classem reipublicæ sexaginta nauium

Senatus decreto, populisq; iussu classi priuatorum Imperator datus.

Hipponem regium oppugnari Romana classis.

Seratagema notabile.

C. Aurelius Cotta Procos. classem duxit.

Numisma C. Cottæ Procos.

Helice vel Cynosura nauatarum sidera.

Pegasus classis ac navigationis significatum.

Emporia quæ loca vocentur.

Italiæ titandæ, transportandique in Siciliam exercitus causâ decretam; concessum hoc, & sequentibus annis durante bello fuisse scribunt Polybius & Io. Zonaras; vti ciues, qui prædatum ab hostibus in Africam nauigare cuperent, suis impensis naues ædificarent, veteres reficerent, classem nouam, quantam possent, instruerent atque armarent. Quæ quidem tanta confestim est facta, vt hæc aula fuerit oram Africæ maritimam non solum latè populari, cladeseque multas hostibus inferre: verum etiam Hipponem regium oppidum inuadere, in portu nauigia omnia & ædificia ibidem multa incendere. Vbi cum intereâ portus ostium catenis clausissent hostes, adeo vt in ipsorum potestate videretur classis esse: summo ex periculo sua quadam industria sese feliciter expedire Romani. Nam impetu magno cum in catenas proris naues agerent, miles omnis cum oneribus in puppes transit; sic proræ leuiores factæ catenas facilius superarunt: mox in proras cum oneribus denuò reuersi puppes vacuarunt, vt ita leuata catenas transfilerint. Quod eodem hoc anno contigisse, narrat Io. Zonaras Annaliû secundo. Fit autem nobis verisimile, huic priuatorum classi quempiam Romanorum ducem cum imperio præfectum fuisse. Iam quia C. Aurelium Cottam anni superioris Consulem alterum reperio in antiquis denariis proconsulari cum imperio res gessisse, ducor ad opinandum, illi prorogatum imperium in hunc annum sequentem fuisse; & dum Consules in Sicilia cum Amilcare bellum gerunt, classem priuatorum Romanam è Sicilia in Africam duxisse, & Procos. cum imperio res ibidem feliciter gessisse, portum ac naualia, vt diximus, Hipponensium incendiis cum vastarit, atque emporia per oram Africæ maritimam latè depopulatus fuerit. Cuius rei gestæ memoriam nummus eius insinuare nobis videtur, qui repræsentat in vna parte Romæ dex caput elegantissimum galea Græca iubata tectum cum litteris hæc: C. AVR. COT. PC. hoc est, C. Aurelius Cotta Proconsule. In altera parte Pegasus alatus decurrit, supra quem stella stat, Helicen vel Cynosuram fortasse notans, secundum quæ sidera naucleri apud antiquos nauigare solent, vt Ouidius Tristium primo pulchrè canit:

*Esse duas Arctos, quarum Cynosura notetur
Sidoniis, Helicen Graia carina notet.*

Iam antea in huius libri principio quædam in M. Æmilij Pauli Quæstura, cur Pegasus naues ac nauigationem apud antiquos significet, adduxi: quæ hîc repetere necesse non est, cum ad illa recurrere, & reuocare in memoriam studiosus Lector facile possit, & ad præsens argumentum faciant. Sub Pegaso decurrente leguntur hæ litteræ: EMPOR. quæ designare videntur, Emporia felici nauigatione Pegasi superata, captaque fuisse. Quod ad Emporium attinet, non vnus loci vel oppidi proprium nomen hoc est: verum constat tam Latinis quam Græcis significare maritima imprimis oppida à Græcis condita, & loca portu, naualibus, atque structuris opportuna mercibus conuehendis, mercatorumq; conuentui, nec non nundinis celebrandis accomodata. Quæ ferè semper in regionibus annonæ ac rerum omnium copia ditissimis solent fieri. Pleraque in Africæ litoribus fuisse è regione Sicilia, Liuius indicat lib. xxix. scribens, quod P. Scipio maior Procos. in Sicilia cum anno Urbis DCLIX. transfueheret exercitum Lilubæo in Africam, gubernatoribus edixerit, emporia vt peterent; Fertilissima, inquit, eoq; abundans omnium copia rerum est regio. Stephanus Buzantius in vrbium populorumque Lexico recenset eiusdem nominis oppida quatuor, Celticæ, Macedoniæ, Siciliae atque Campaniæ. Emporium in Celtica Massiliensium esse coloniam dicit, cuius non semel Liuius, nec non Polybius & Strabo meminere. Stephanus item ex Alexandro Polyhistoro memorat Tanaim oppidum à Græcis ad Mæotim paludem conditum, etiam Emporium appellari. Iam & Tullius epistolarum ad Atticum lib. v. Emporij Puteolanorum in Campania mentionem facit. aliud item adfert Emporium Strabo nauale ad Medamam Locrorum in Bruttiorum litore aduersus Liparæorum insulas. Multa igitur huius nominis oppida locaque diuersis in regionibus fuisse constat. Verum de his iam nimis multa, ad stadij nostri cursum reuertamur oportet.

Proquæstore f. f.

11. 11. 11. f. 11. n. 11. C. Cottæ. Pro. cos. apud. classem,
Sp. Caruilus. Sp. f. C. n. Maximus.

ANNI. P. R. C. DVII.

Consules.

IV. OTACILIUS. C. F. III. N. CRASSVS. II. M. FABIVS. C. F. M. N. LICINVS.

M. FABIVM & IV. Otacilium Consules prodit Cassiodorus: tabulæ Græcæ Crassum & Licinum habent: sed mendosè in exemplari meo *Λικινίης* legitur. Otacilij prænomen corrigendum in auctoribus plerisque in quibus corruptum, & nota secundi Consularatus adiungenda; quando constat & antea Consulem fuisse Otacilium. Atque ita etiam in Gellio nomina Consulium emendari debere, eadem hæc marmora Capitolina ostendunt, vbi libro decimo perperam leguntur, T. Licinius & T. Acilius Crassus. Polybius (vt dixi) hos aliosque sequentes Consules ad C. Lutatium vsque præterit, bella eius temporis leuiter percurrans. Idem facit & Zonaras, post anni superioris historiam ita subiciens.

Ab eo tempore diuersi Consules fuere, sed nihil memoratu dignum gessere. Illud quidem maximo detrimento Romanis fuit, quod quotannis Imperatores mutarent, & eos qui belli administrandi munia discabant adhuc, reuocarent, quasi non rei gerundi, sed exercitandi causa ipsos emisissent. Ex his Zonaræ verbis etiam discimus, Consulium his sequentibus annis nulli prorogatum fuisse imperium.

II. CORVNCANIUS. TI. F. II. NEPOS. DICTATOR

M. FVLVIVS. Q. F. M. N. FLACCVS. MAG. EQ.

COMIT. HABEND. CAVSSA.

De hac dictatura nihil amplius apud Auctores reperio in tanta historia illorum temporum ignoracione, annaliumque veterum iactura & inopia. Ex Capitolinis marmoribus dumtaxat nobis constat Ti. Coruncanium tantopere à Tullio, Plutarcho, aliisque laudatum (quem Consulem antea triumphasse, atque Pontificem Maximum è plebe primum propter eximiam iuris diuini ac humani scientiam electum fuisse cognoscimus) tunc senem hoc summo honore Dictatorio functum fuisse, & magisterio equitum M. Fuluium Flaccum, qui item Consularis, & triumphalis erat.

Prætor.

II. II. II. f. II. n. II.

C. Sulpitius. C. f. Ser. n. Gallus.

Ædiles curules.

II. II. II. f. II. n. II. II. II. II. f. II. n. II.

A. Postumius. A. f. L. n. Albinus. C. Claudius. Ap. f. C. n. Centhos.

Ædiles plebis.

C. Fundanius. C. f. Q. n. Fundulus. Ti. Sempronius. Ti. f. C. n. Gracchus. Claudie Ap. Cæci. f. P. Claudij. Qui Consul contra auspicia malè pugauerat, forori maiestatis diem ad populum dixerunt, damnatamque æris grauis xxv. milibus mulctarunt; quod à ludis cum rediret, & turba premeretur, dixisset: Vtinam frater reuiscat, iterumque classem ducat, & istam multitudinem perditum ear, quæ me malè nunc miseram conuexauit. Itaque non in facta modò, sed in voces etiam petulantiores tunc publicè vindicatum est. Pulchrè hoc Gellius libro x. cap. vi. ex Ateij Capitonis commentario de iudiciis publicis: contigisse hoc dicens bello Punico primo, Fabio Licino, Otacilio Crasso Consulibus. Meminere Liuius libro xix. Suetonius in Tiberio, Valerius Max. libro viii. cap. i. Porrò Ti. Gracchum ædilem libertatis ædem ex multatitia pecunia in Auentino fecisse, & dedicasse Liuius lib. xxiii. scribit: in qua filius Ti. Gracchus Procos. picturam epulantium Volonum post victoriam ad Beneuentum de Pœnis & Annone partam libertate donatorum dedicauit postea.

Claudia Ap. Cæci f. propter petulans votum publicè mulcata.

Libertatis ædes ex multatitia pecunia.

Volonum pietatorum pietura.

Tribuni

Tribuni plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Q. Petillius * Q. f. Q. n. * Spurinus. [L. Trebius. L. f. A. nepos.]
 [M. Fulvius. M. f. Q. n. Flaccus.] P. Licinius. P. f. // . n. Crassus.
 [M. Genucius. L. f. L. n. Aventinensis.] [Ti. Minucius. Ti. f. Ti. n. Augurinus. II.]
 C. Coruncanius * Ti. f. Ti. * nepos. [M. Decius. M. f. M. n. Mus. II.]
 L. Coruncanius * Ti. f. Ti. * nepos. [K. Duilius. M. f. M. nepos.]

Quæstores vr bani.

//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

* Cn. Seruilius. Cn. f. Cn. n. * Cæpio. C. Calpurnius. // . f. // . n. Pifo.

Extant denarij argentei, qui testantur Pisonem ac Cæpionem Quæstores Senatus iussu pecuniam ex argento publico procurasse, duoviris ad fruges emendos constitutis. *Portuni, dei simulacrū.* Habent in vno latere Portuni dei caput, iuxta quod tridens, & arcuata dentataque moles, fluctuum amoliendorum causa, quales in portibus extrui solent: item litteræ tales: PISO. COEPIO. Q. In altero latere visuntur sedentes in suis scabellis duoviri togati inter duas spicas erectas, sub quibus hæ litteræ: AD. FRV. EMV. EX. S. C. Et formæ & characteres demonstrant, ex antiquissimis hos esse nummos. Hic Pifo poterit auus videri Consulis anno DLXXIII. in magistratu mortui, teste Liuius, qui in Capitolinis C. CALPURNIVS. C. F. C. N. PISO. scriptus legitur. Cæpio quidem patruelis fortassis fuit Q. & P. Cæpionum, qui primi in gente Serulia Gemini sunt vocati.

Quæstores prouinciales.

//. // . f. // . n. // . M. Fabij. }
 // . // . f. // . n. // . M. Otacilij. } Coss. in Sicilia.
 // . // . f. // . n. // . Ostiensis. // . // . f. // . n. // . Calenus.
 // . // . f. // . n. // . * Lucerinus * // . // . f. // . n. // . Gallicus.

M. Genucius. // . f. // . n. Cippus. Prætor fuit, de quo post plura dicemus. Plebeia gentis Genucius fuit. Et Cippum vocant vulgati Codices: sed in vetustis nummis, P. simplici scribitur hoc cognomen, quemadmodum consonantes antiqui in scribendo geminare non solebant: Quintiliano & Festo testibus.

P. Cornelius. L. f. Ti. n. Lentulus. Caudinus. Denarius illius est argenteus in Goltzianis Fastis, cum Iouis capite, & ariete, P. LENTVL. L. F. CAVDINVS.

[C. Fabius. C. f. C. n. Pictor.]

[A. Postumius. A. f. A. n. Albinus.] [Cn. Furius. L. f. L. n. Brochus.]

Ser. Sulpicius. P. f. // . n. Galba. Pater P. Galbae bis Consul & Dictatoris, vt ex interuallo annorum, & Capitolinis tabulis colligimus, in quibus P. Sulpicius. Ser. f. P. n. Galba. legitur.

ANNI. P. R. C. DVIII.

Consules.

M. FABIVS. M. F. M. N. BVTEO. C. ATILIVS. A. F. A. N. BVLBVS.

CASSIODORVS & Marianus M. Fabium & C. Atilium Consules suggerunt: Buteonem II. & Bulbum tabulae Græcæ; sed error est eorum, qui Buteonem paulò antè Consulem reperientes, eundem esse arbitrati sunt; & fratrem illius fuisse hunc ignorarunt. Quod ex folis Capitolinis tabulis fit manifestum.

M. Fabio Buteone Consule, inquit, L. Florus, classem hostium in Africo mari apud Ægimurum, iam in Italiam vltro nauigantem Romanus cæcidit. Quantus o tum trium-
 plus

„plus tempestate intercidit; quam opulenta præda classis, aduersis acta ventis, Africam & Syrtis omniumque insularum littora impleuit! Atque hæc Flori verba volunt tempestate rursus hoc anno Romanos naufragium passos esse; sed de classe priuatorum ciuium loqui Florum verisimile est, nam Respublica tunc; vt diximus, præter præfidiariam Italia sexaginta nauium nullam habebat. Ex Polybio quidem vel Zonara nihil quod ad huius anni historiam facit, colligere est. Velleius autem Fregenas deductam tum Coloniam indicat, nempe biennio post Afulum & Alsum: cuius etiam in epitome Liuiana libri XIX. fit mentio.

*Naufragium
Romana clas-
sis post victo-
riam.*

*Fregena colo-
nia.*

Prætor:

///. ///. ///. f. ///. n. ///.
C. Aurelius. L. f. C. n. Cotta.

Aediles curules:

///. ///. ///. f. ///. n. ///. ///. ///. ///. f. ///. n. ///.
Q. Valerius. Q. f. P. n. Falto. M. Æmilius. M. f. ///. n. Numida.

Aediles plebis:

///. ///. ///. f. ///. n. ///. ///. ///. ///. f. ///. n. ///.
Q. Lutatius. C. f. C. n. Cerco. [P. Publius. P. f. Q. n. Philo.]

Tribuni plebis:

///. ///. ///. f. ///. n. ///. ///. ///. ///. f. ///. n. ///.
///. ///. ///. f. ///. n. ///. ///. ///. ///. f. ///. n. ///.
///. ///. ///. f. ///. n. ///. ///. ///. ///. f. ///. n. ///.
///. ///. ///. f. ///. n. ///. ///. ///. ///. f. ///. n. ///.
///. ///. ///. f. ///. n. ///. ///. ///. ///. f. ///. n. ///.
C. Mamilius. Q. f. Q. n. Turrinus. C. Licinius. P. f. P. n. Crassus.
Cn. Pupius. Cn. f. Cn. nepos. II. [M. Fuluius. M. f. M. n. Pætinus.]
C. Sempronius. C. f. M. n. Tuditanus. II. [C. Atinius. C. f. C. n. Labeo.]
[Q. Anicius. Q. f. Q. n. Prænestinus. II.] M. Anicius * Q. f. Q. n. * Gallus. II.
[Cn. Appuleius. Cn. f. Q. n. Panfa.] [Q. Pætelius. C. f. C. n. Libo. Vilofus.]

Quæstores vr bani.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. ///. ///. ///. f. ///. n. ///.

Quæstores prouinciales:

///. ///. ///. f. ///. n. ///. C. Bulbi. } Coss. in Sicilia:
///. ///. ///. f. ///. n. ///. C. Fabij. }
///. ///. ///. f. ///. n. ///. Gallicus. ///. ///. ///. f. ///. n. ///. Calenius.
///. ///. ///. f. ///. n. ///. Ostiensis. ///. ///. ///. f. ///. n. ///. * Lucerinus *

D. Iunius. D. f. D. n. Pera. D. Peræ Consulis anno CDXXXVII. filius. Cuius denarius esse videtur cum effigie Cereris & biga draconum; quem accommodauit censuræ patris Hub. Goltzius. Est cusus, vt argumentum indicat, ab vr bano Quæstore ad vsu m annona comparanda. Sunt etiam alij bigati cum eiusdem nomine signati.

L. Veturius. L. f. ///. n. Philo. Pater L. Philonis Consulis anno DXLVII. vt in Capitolinis ibi exprimitur.
L. Furius. ///. f. ///. n. Bibaculus. Hic Prætor postea sequetur, & eius pater tunc saliorum Præful siue magister fuit, & ipse Salius. Quod etiam demonstrat patricios Bibaculos Furius fuisse; cum istud collegium ex patriciis primùm à Numa rege fuerit institutum, Liuius, Dionysio, Plutarcho auctoribus. Et Cicero insuper in Oratione pro domo sua tum etiam patricios fuisse indicat.

M. Pomponius, M. f. M. n. Matho. Cuius Consulatus & triumphus extat in Capitolinis marmoribus.

[Q. Sulpicius. Ser. f. Ser. n. Rufus.] [Q. Sulpicius. Ser. f. P. n. Camerinus.]
[Cn. Pomponius. Q. f. Q. n. Rufus.] [M. Liuius. M. f. M. n. Denter.]

ANNI. P. R. C. DIX.

Consules.

A. MANLIVS. T. F. T. N. C. SEMPRONIVS. TI. F.
TORQVAT. ATTICVS. TI. N. BLAESVS. II.

RECTE Marianus Consules rettulit A. Manlium Atticum, C. Sempronium Blæsum II. Cassiodorus A. Manlium, C. Sempronium: tabulæ Græcæ Siculæ Torquatum & Blæsum, Cuspiniani autem Atticum & Blæsum produunt: verùm hic secundus est Sempronij Blæfi Consulatus: nam anno quingentesimo primum gesserat cum Cn. Cæpione. A. Manlius verò Cenfor paulò antè fuerat. Sempronio & Torquato Consulibus, vt auctor est Velleius, Brundisium in agro Sallentino colonia deducta est; cuius rei etiam meminit epitome Liuiana libri XIX. Verùm Zonaras scribit, iam multò antea deductos, quo de illa ciuitate securiores essent Romani, & vicinis Tarentinis, aliisque populis maior fidei cura imponeretur. Iterùm igitur hoc anno colonos eò missos, opinari possumus. Consulibus vtrisque denuò Sicilia cum terrestri exercitu decreta est, qui cum Amilcare Barca ad Panormum & Erycem varia fortuna certarunt. Eryciam urbem cum Amilcar cepisset, montis verticem cum templo Veneris à Romanis occupatum obsedit, & ipse rursus ab altero Romano præsidio à radice montis in vrbe media obsessus est. Vide Polybium libro primo, & Æmilium Probum in Amilcaris vita.

Prætor.

//. // . f. // . n. // .
C. Lutatius. C. f. C. n. Catulus.

Ædiles curules.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

Ædiles plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
M. Sempronius. C. f. M. n. Tuditanus. C. Coruncianus * Ti. f. Ti. * nepos.
L. Coruncianus * Ti. f. Ti. * nepos. Q. Petillius. * Q. f. Q. n. * Spurinus.

Tribuni plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

Q. Fuluius. M. f. Q. n. Flaccus. Q. Ogulnius. Q. f. L. n. Gallus.
P. Sempronius. P. f. P. n. Sophus. [Ti. Sempronius. C. f. C. n. Gracchus.]
[C. Atinius. C. f. C. n. Longus.] [Q. Confidius. Q. f. M. nepos.]
[Q. Plætorius. M. f. M. nepos. II.] [L. Trebius. L. f. A. nepos. II.]
P. Silius. * Q. f. Q. n. Nerua. * M. Silius * Q. f. Q. n. Nerua. *

* Deest libri nomen.

* Deest vox, fortè, deti- tur, òtierq; solet, vti coæquentur sedulum.

^b aliàs, Se. dolo. m. hoc est Sene dolo malo. vt ingeniosè censet Scaliger Iosephus.

Legem de ponderibus publicis coæquandis hoc quasi tempore à P. & M. Siliis Tribuni plebis latam suspicamur, quam adfert Sex. Pompeius Festus ex Iunio, nescio quo, in voce, Publica pondera. Sed admodum conuulsam, mutilam, & incorrectam legem istam reperimus in exemplaribus. Nihilominus eam prætermittere non visum est, sed potius inter alias Reipublicæ Romanæ leges, ne quid in hoc opere, quoad fieri poterit, desideretur, aliquantò correctius adducere. Verba Sex. Pompeij sunt hæc:

Iunius in * scribit, quòd duo Silij P. & M. Tribuni plebis rogarint his verbis: Ex ponderibus publicis, quibus hac tempestate populus ^a òtierque solet, vti coæquatur ^b sedulum, vti quadrantal, vini octoginta pondo fiet, Congius vini decem pondo fiet. Sex,,

sexta-

33 sextarij congius fiet vini. Duodequingaginta sextarij quadrantal fiet vini. Sextarius
 33 æquus æquo cum librario fiet: sexdequinque ^d ij in modio fient. Si quis magistratus ^e alias vina-
 33 aduersus hæc dolo malo pondera, modiosque, vasaque publica, modica, minora, maio- ^d alias libæ.
 33 ræ faxit, iusseritve fieri; dolúmve adduit: quod ea fiant ^f eum qui volet magistratus ^e alias hanc.
 33 multare ^s tur dum minore patris familias taxat, liceto, siue quis im sacrum iudicare vo- ^f alias im,
 33 luerit, liceto. ^s pro eum.

Quæstores vrban.

11. 11. 11. f. 11. n. 11. 11. 11. f. 11. n. 11.

Quæstores prouinciales.

11. 11. 11. f. 11. n. 11. A. Manlij }
 11. 11. 11. f. 11. n. 11. C. Sempronij } Coss. in Sicilia.
 11. 11. 11. f. 11. n. 11. Ostiensis. 11. 11. 11. f. 11. n. 11. Gallicus.
 11. 11. 11. f. 11. n. 11. *Lucerinus.* 11. 11. 11. f. 11. n. 11. Calenus.

L. Postumius. A. f. A. n. Albinus. Bis Consul deinde, & tertium designatus cum esset in Gallia, irruente in Italiam Annibale, cum exercitu suo in silua circumuentus à Boiis est deletus. Huius videtur esse denarius argenteus in quo Solis caput corona radiata, & luna inter sex stellas, nam adest nomen, L. ALBINVS. A. F. A. N.

T. Manlius. T. f. T. n. Torquatus. Qui tertium Consulatum recusauit, & in primo de Sardis subactis triumphauit, & bellis vndequaque confectis Ianum secundò post Regem Numam clusit.

M. Iunius. D. f. D. n. Pera. Sequetur Consul, Censor & Dictator. Quid si huius sint denarij cum Castore & Polluce geminis equitibus? quorum capita pileolis ^{Castor & Pollux pileati} recta sunt ex oui testa diuisa factis, quod ex vno ouo nati fuerint. Sic singulæ stellæ capita illustrent; quia relati inter sidera fuere, vt habent fabulæ. Adest nomen, M. IUNIVS. PERA.

N. Fabius. N. f. C. n. Pictor. Filius N. Pictoris Consulis anno CDXXCVII. & nepos C. Fabij Pictoris principis familiæ; à quo cognomen hoc profluxisse suo loco diximus. Eius opinor extare nummos argenteos, in quibus nomen sic legitur: N. FABI. N. F. ^{Nummus Pictoris} PICTOR. ROMA. F. tamen littera studio videtur transposita in alia nummi parte iuxta Romæ deæ caput galea alata tectum; sed caussa non liquet. Et hic igitur, vt apparet, aui sui æmulus, gloriam sibi suisque ex picturæ studio conciliare voluit, & cognomini suo satisfacere Quirini dei imaginem, ac ædem sacram picturis ornando Quirinalem in colle, ^{Quirinus ædes à N. Fabio depictus.} sicut auus Salutis ædem ornarat. Eius itaque facti sui memoriam in argenteis, vti tunc moris fuit, promulgare voluisse, testantur nummi plures, qui nunc etiam extant antiquissimi, litterarum ac imaginum formis sæculum suum nobis indicantes. Habent in vna facie caput, vt dixi, deæ Romæ cum nota F. in altera Quirinum ipsum in folio regali fedentem cum galea iubata in capite, paludamento siue toga, vt melius apparet, à thorace in scemora pedesque defluente, quo simul Romulum armatum, Quirinumque togatum noscas. Hic sinistra tenet hastam, prisca voce Sabina Quirin vocatam, à quo Romulo inter diuos relato nomen inditum est, Quirinus, sicut in eius astante scuto scriptum est QUIRIN. Insignia sunt hæc quidem diuinitatis, cum veteres ab origine rerum, vt ex Pompeio Trogo Iustinus tradit, hastas pro diis coluerint immortalibus; atque Festo Pompeio teste, viri fortes hac honoratissime donarentur; eò quòd imperij atque armorum summam vsque notarit, sub illaque captiuos, & manubias vendere, & hostes subiugare moris fuerit. Dextera verò manu tutulum cum apice Flaminis tenet, ostendens se post ^{Tutulum cum apice Flaminis cur dextera teneat} Iouem atque Martem patrem à populo Romano sacrificiis solemnibus, & peculiari facer- ^{Quirinus.} dote Flamine honorari. Erat etenim tutulus Flaminum sacerdotum proprius pileus cum apice lana coronato talis, sicut in numismate videtur, sine quo sacrificare, festiue diebus in publicum prodire nefas ipsis erat. Et talem fuisse, ex M. Varrone de lingua, Pompeio Festo, & Seruio Grammatico discere est. Fit itaque verisimile quasi, cum ex nummismate, tum ex auctoribus, Quirinales Flamines aliquot in gente Fabia celebres atque illustres fuisse; nec non eandem Quirinum inter gentilia sacra religione quadam priuata semper coluisse Fabiam gentem, quòd hæc Romulo viuo in terris valde chara familiarisque fuerit. Constat à Romulo Fabium quemdam, ob summam in exequendis mandatis promptitudinem cognomine Celerem vocatum fuisse à Romulo; & cum suæ ciuitatis Rempublicam constitueret, CCC. equitum nobilissimorum ad sui corporis custodiam selectorum ducem ac Tribunum factum: à quo Celeres equites illi quoque sunt appellati, quemad-

quemadmodū ex Auctore de viris illustribus, Eusebij Chronico, Dionysio, & aliis intelligi datur. Iam CCCLXII. annis postea, cū Roma capta Galli Senones Capitolium obfiderent, obfessorum vnus C. Fabius Dorso, ne statum sacrificium suæ gentis in Quirinali colle Quirino fortasse faciendum deferret, cū illuxisset solemnis ille dies, Gabino cinctu ex more cinctus, non arma sed sacra manibus dorsoque ferens per medias hostium stationes nullis terroribus percussus in Quirinalem peruenit: sacrificioq; ritè peracto, stupentibus miraculo audaciæ barbaris, saluus eadem via ad suos in Capitolium rediit. Plures autem Fabiæ gentis Flamines Quirinales fuisse, non ad eò absurdum erit opinari: cū Liuius etiam in anni DLXIV. historia libro XXXVII. scribat, Q. Fabium Pictorem eodem anno Flaminem Quirinalem inauguratum, & Prætorem factum à P. Licinio Pontifice Max. ne à sacris abeilet, prohibitum fuisse ab Vrbe discedere, atque in prouinciam Sardiniam, quam fortitus erat, proficisci. Verū de his iam nimis multa fortasse, ad pensum itaque nostrum reuertamur oportet.

C. Fabius
Dorso.

Q. Fabius
Pictor Fla-
men Quiri-
nalis.

P. Claudius. Ti. f. Ap. n. Nero. Ex Ti. Nerone Ap. Cæci filio natus. Pater fuit Ti. Claudij, qui Consul cum M. Seruilio post reperietur anno DLI. sicut indicant Capitolina marmora.

[L. Titinius. M. f. M. nepos.] [Cn. Apronius. Cn. f. C. n. Lino.]
[T. Virginius. A. f. A. n. Rutilus.]

ANNI P. R. C. DX.

Consules.

C. FVNDANIVS. C. F. Q. N. FVNDVLVS. C. SVLPICIVS. C. F. SER. N. GALLVS.

IN Cassiodoro & Mariano C. Fundanium & C. Sulpicium Coss. legimus; in tabulis Siculis vel Græcis Fundulum & Gallum. sic etiam eos suggerunt Cuspiniani antiquæ tabulæ. Et nescio an quis alius ex veteribus eorum nomina proferat.

Ti. Coruncan-
nius Pontifex
Max. mor-
uus.
L. Metellus
Pont. Max.
Stipendiarij
Pœnorum in
Sicilia desic-
ciunt ad Ro-
manos.
Maris domi-
nium recupe-
rare conatur
Romani.

Ex Ciceronis Catone maiore colligimus, Ti. Coruncanium Pontificem Max. hoc anno mortuum: & in eius locum susceptum fuisse L. Cæcilium Metellum. Sic enim ibi Cato loquitur: Ego L. Metellum memini puer, qui cū quadriennio post alterum Con-
sulum Pontifex Maximus factus esset, duos & viginti annos ei sacerdotio præfuit. In Sicilia stipendiarij Galli malè habiti, à sociis Pœnis defecerunt, præsidio quodam Romanis prodito, atque cum his stipendio conducti deinde militarunt, cū antea peregrinum militem alere non consueuissent Romani. Atque ea freti accessione, priuatorumque Africam infestantium classe indies magis inualefcente; cū quinquennio propter clades acceptas naualibus impensis publicè abstinuissent, maris dominium recuperare, diuturnoque bello finem imponere cupientes, denuò nouam classem cū publica, tum priuatorum impensa instruxerunt. Auctores sunt Polybius & Zonaras.

Prætor.

//. // . f. // . n. //

Ti. Sempronius. Ti. f. C. n. Gracchus.

Ædiles curules.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. //

P. Valerius. Q. f. P. n. Falto. [M. Valerius. M. f. // . n. Max. Potitus.]

Ædiles plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. //

[M. Fuluius. M. f. Q. n. Flaccus.] C. Mamilius. Q. f. Q. n. Turrinus.

Tribuni plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. //

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. //

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. //

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. //

L. Poblucius. L. f. L. n. Malleolus. Sp. Caruilus. Sp. f. C. n. Max. Ruga.

[T. Po-

[T. Popillius. T. f. T. n. Sabellus.] [Q. Lutatius. Q. f. C. n. Catulus.]
 [Ti. Veturius. T. f. T. n. Calvinus.] [L. Marcius. C. f. C. n. Rutilus.]
 [M. Manilius. Q. f. Q. nepos.] [Q. Sicinius. Cn. f. Cn. nepos. II.]
 [L. Titius. M. f. L. n. Rufus.] [Q. Manilius. Q. f. Q. nepos. II.]

Quæstores virbani.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. ///. ///. ///. f. ///. n. ///

Quæstores prouinciales.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. C. Fundanij }
 ///. ///. ///. f. ///. n. ///. C. Sulpicij } Coss. in Sicilia:
 ///. ///. ///. f. ///. n. ///. Gallicus. ///. ///. ///. f. ///. n. ///. Calenus.
 ///. ///. ///. f. ///. n. ///. * Lucerinus * ///. ///. ///. f. ///. n. ///. Ostiensis.

M. Æmilius. M. f. M. n. Lepidus. Augur & bis Consul, sic postea reperitur in Capitolinis. Cuius mortui in honorem, filij tres; Lucius; Marcus; & Quintus; anno DXXXVII. ludos funebres per triduum, & gladiatorum paria duo & viginti dederunt, vt Liius libro XXIII. scribit.

M. Pomponius. M. f. M. n. Martho. Frater M. Pomponij Mathonis. Vtrumque postea habebimus in Capitolinis tabulis.

Ca. Fuluius. Cn. f. Cn. n. Centumalus. Procos. De Illytiis triumphauit postea. [Ap. Claudius Ap. f. Ap. n. Crassus.] Natus ex Ap. Cæci filio maiore Ap. Crasso, qui Consul anno DXXV. de Picentibus triumphauerat.

[L. Anicius. / . f. ///. n. Gallus.] [Q. Papius. Q. f. Q. n. Turdus.]
 [L. Papius. L. f. M. n. Crassus.] [Q. Seruilius. C. f. Q. n. Ahala.]

ANNI P. R. C. D XI.

Consules.

C. LUTATIUS. C. F. C. N. CATVLVS. A. POSTVMIVS. A. F. L. N. ALBINVS.

RECTE Capitolinis Fastis conuenit Eutropius, anno belli Punici primi XXIII. C. Lutatium Catulum, A. Postumium Albinum Consules fuisse scribens: iidem Cassiodoro vocantur C. Lutatius Catulus, A. Postumius: in tabulis Græcis, Catulus & Albinus. Nominantur & ab aliis hi Consules, ac sæpissimè Catulus, quem Polybius & Zonaras rectè *Λστάτιον* appellat, cum in Latinis passim auctoribus perperam addita c. littera *Luc*-tius legatur. Sed ad fidem antiquitatis hæc & similia, vt in exemplaribus corrigantur, typographi curare debent.

Romani, cum classem reparassent ducentarum (vt auctor est Polybius) quinqueremium, belli summam C. Lutatio Consuli commiserunt. Etenim L. Cæcilius Pontifex Max. A. Postumium collegam Catuli prouinciam fortiri, & ad bellum proficisci volentem, quia Flamen Martialis erat, retinuit, nec passus est à sacris recedere, sicut Liius libro XIX. ac Valerius Max. libro I. cap: I. memoriæ produnt. Alteri verò Consuli Lutatio de belli exitu fortes Prænestinas consulere cupienti Senatus obstitit ipse: auspiciis patriis, non alienigenis Rempub. administrari oportere iudicans. Tam ciuitas obseruans religionis patriæ atque auitæ tunc fuit. Cuius insuper ob causam, cum vnus solummodò ad bellum mitti posset Consul, tunc duos Prætores primùm creauit; vt eorum alter Q. Valerius Falto Consuli C. Lutatio ad bellum proficiscenti cum imperio, velut adiutor, adderetur. Qui in Siciliam profecti, Drepanum terra marique summis viribus aggressi sunt; muri que parte deiecta cepissent, nisi Catulo Consule vulnerato, milites circum illum occupati ab oppugnatione destitissent. Nam fœmore transfixo cum iam obrueretur, ægrè à suis ereptus est. Attamen eiusdem paulò post auspiciis aduentantes, Annone duce, quadringentas hostium naues commeatu, in strumento bellico, aliisque oneribus impeditas, in quibus (vt inquit Florus) quasi tota inerat Carthago, ex inopinato ad Ægates intulas inuasert Romani, prosperoque prælio dissiparunt. Nam, vt Polybius historiarum primò scribit, demersæ sunt naues Pœnorum quinquaginta, captæ LXX. onustæ & instruatæ:



etæ: reliquæ Hieronēsum ad insulam fuga se saluarunt, hostium decem milia viui capti. At Orosius naues LXXIII. fuisse captas, demersas centum viginti quinque, hominum XXII. milia capta, cæsa milia XIII. & Romanorū XII. tantum naues periisse tradit. Anno classis Punicæ præfectus initio pugnae desperans, dux fugæ primus fuit, auersaque nauis cum paucis profugit in Africam; vbi non diu post crucis supplicio pœnas dedit, vt apud Zonaram legimus. Qua vna victoria Romanorum bello Punico primo finis impositus est. Nam Consul Romanus cum omni classe & præda Lilybæum reuersus, cum Amilcare terrestria insuper aliquot prælia commisit, duo milia hostium occidit ad Erycem. Quibus claudibus fracti Carthaginenses, Amilcari de pace vel bello quidiuis statuendi potestatem fecerunt. Igitur rebus desperatis, ad Consulem, qui de pace agerent, misit. Consul inducias, pecunia, frumento, & obsidibus imperatis, dedit; vtque Romam legatos mitterent, iussit. Æmilius Probus autem scribit, cum Amilcarem Eryce excedere relictis armis Catulus iuberet, se periturum potius respondisse, quam vt arma contra hostes à patria data hostibus traderet. Vide omnia latiùs apud Polybium, Zonaram, Orosum, Eutropium, & alios.

Anno classis Punicæ præfectus cladis ac fugæ dux primus. Victoria terrestria ad Erycem de Amilcare. Inducias Amilcari ad pacem Romanam petendam dedit Catulus Consul.

Prætores duo primùm creati sunt.

II. II. II. f. II. n. II. Vrbanam. iurisdictionem. sortitus. obtinuit. M. Sempronius. C. f. M. n. Tuditanus.

Primus Prætor peregrinus.

Q. Valerius. Q. f. P. n. Falto. Inter. ciues. & peregrinos. iurisdictionem. sortitus. obtinuit. Et eadem collegæ relicta ex S. C. cum imperio in Siciliam ire iussus est.

Causa cur Prætores deinde duo quotannis creati.

Superioribus comitiis duos primùm Prætores in hunc annum creatos fuisse Romæ, ex Liuianis epitomis conijcere est; nempe, gliscentibus tam foris quam domi negotiis, & crescente extra Italian imperio, cum peregrinorum vis maior indies ad Vrbe conflueret. Creati igitur duo quotannis, quorum alter assiduus inter ciues ius diceret, alter aliquando, necessitate postulante, (sicut & tunc oportebat, cum alter Consul propter sacra domi retineretur) bellicis in rebus Rempublicam administrando Cõsulibus adesset: alioquin, vt Pomponius de origine iuris auctor est, inter ciues & peregrinos iuri dicendo daret operam. Alterum eius anni Prætorem dumtaxat nominatum reperimus Q. Valerium scilicet, quem Zonaras Lutatio Consuli in locum collegæ Postumij (quem, quia Flamen Martialis erat, Pontifex Maximus, ne sacra negligenterentur, in Vrbe manere iusserat) adiunctum fuisse scribit. Eundem Valerium Maximus libro secundo cap. VIII. in prælio nauali contra Pœnos, Lutatio Consule vulnerato, ducis partes subiisse demonstrat, atque maximum ad victoriam momentum attulisse, sicut ex eius triumpho mox constabit. Sed in Zonara cognomen illius mendosè Flaccus legitur, cum Falto sit: & error est iste librarij imperiti alicuius, hoc cognomen sibi ignotum, vt falsum, repudiantis. Ex iam dictis verisimile fit, Q. Valerium peregrinam iurisdictionem in Vrbe sortitum fuisse, cui collegam adiunximus plebeium M. Sempronium Tuditanum, idque ex ductu aliorum eius magistratuum: nam altero abhinc anno, Consul fiet, quemadmodum Valerius tertio.

Zonara locus corrigendus.

Ædiles curules.

II. II. II. f. II. n. II. II. II. f. II. n. II. L. Cornelius. L. f. Ti. n. Lentulus. C. Papirius. C. f. L. n. Maso. Caudinus.

Hos simul collegas in ædilitate curuli fuisse, nos docent insignes argentei, cum eorum nominibus ita inscriptis:

L. LENT. L. F. CAVDINVS. C. PAPIRI. C. F. MASO. AED. CVR.

Iunonis Sospitæ Lanuina sacra publica.

Repræsentant in vna parte Iunonis Sospitæ Lanuinae caput caprina pelle tectum, in altera mensam Dææ sacram cum corona. Quæ signa notare videntur, sacra publica populi Romani solemnia ab his ædilibus Iunonis Sospitæ restaurata insigniter fuisse, & eius rei memoriam in hisce nummis ita notatam esse.

Ædiles plebis.

II. II. II. f. II. n. II. II. II. f. II. n. II. Q. Fuluius. M. f. Q. n. Flaccus. C. Licinius. P. f. P. n. Varus.

Tribu-

Tribuni plebis.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

M. Poblicius. L. f. L. n. Malleolus. Ti. Villius. Ti. f. * P. n. * Tappulus.
 [L. Mamilius. L. f. Q. n. Vitulus.] [Sex. Curatius. C. f. P. nepos.]
 [Q. Aulius. Q. f. Q. n. Cerretanus.] [L. Ælius. L. f. L. n. Pætus.]
 [L. Pomponius. L. f. Q. nepos.] [Q. Fulvius. Cn. f. Cn. n. Pætinus.]
 [Cn. Flavius. Cn. f. Cn. nepos.] M. Claudius. C. f. // . n. Glicia.

Quæstores urbani.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciales.

// . // . // . f. // . n. // . C. Lutatij. Cos. in Sicilia. Pecuniam, frumentum,
 ac obfides induciarum nomine à Pœnis accepit, vt Zonaras & Polybius auctores sunt.
 // . // . // . f. // . n. // . Q. Valerij Pr. in Sicilia.
 // . // . // . f. // . n. // . * Lucerinus * // . // . // . f. // . n. // . Gallicus.
 // . // . // . f. // . n. // . Calenus. // . // . // . f. // . n. // . Ostiensis.

Q. Fabius. Q. f. Q. n. Maximus. Verrucosus. Q. Fabij Gurgitis alter filius
 fama celeberrimus, & ad differentiam fortè fratris, appellatus Verrucosus, ob verrucam
 quam habebat in labris. Item Ouicula dictus est ob mansuetudinem morum. Demum
 in ipso feruore & periculo belli Punici secundi Cunctator appellari cœpit, ob imperato-
 riæ artis singularem prudentiam & grauitatem; vt celeberrimo Ennij poetæ carmine sit
 ita laudatus:

*Vnus homo nobis cunctando restituit rem,
 Non ponebat enim rumores ante salutem,
 Ergo postq̄ magisq̄ viri nunc gloria claret.*

Vitam eius, omillis tamen obscurioribus magistratibus, pulchrè nobis describit Plu-
tarchus.

[C. Valerius. P. f. // . n. Lætinus.] P. Læuini filius alter, qui Consul contra
Pyrrhum regem primus prælio conflixit.

Cn. Cornelius. Cn. f. L. n. Blasio. Patrem habuit bis Consulem, triumphalem,
& Censorem. Ee huius puto nummum esse cum Martis galeati capite, & titulo,
CN. BLASIO. CN. F.

C. Minucius. C. f. // . n. Rufus. Pater Q. Rufi Consularis & triumphalis, vt
marmora indicant Capitolina.

M. Minucius. M. f. M. n. Fessus.] Auguris è plebe primi nepos.

[M. Otacilius. M. f. C. n. Crassus.] Consularis M. Otacilij Crassi filius ex
temporum ratione.

[M. Iuuentius. M. f. M. n. Thalna.] [P. Cornelius. M. f. // . n. Cethegus.]

ANNI. P. R. C. DXII.

Consules.

A. MANLIUS. T. F. T. N. TORQUAT. ATTICVS II. Q. LVTATIVS. C. F. C. N. CERCO

CONSVLVM nomina reperimus in T. Liuiio & Eutropio Q. Lutatium, A. Man-
 lium: Torquatium & Cerconem in tabulis Græcis: Cerconem & Atticum in Cuspi-
 niani tabulis: Q. Lutatium Catulum & A. Manlium in Orofio & Cassiodoro: Luta-
 tium & A. Manlium II. in Mariano Scoto. Erat autem hic Q. Lutatius Cerco C. Catuli
 superioris anni Consul, qui Pœnos vicerat, frater; sicut ex Fastis Capitolinis, & Io. Zo-
 nara.

nara constat. Hinc est quòd prænomena & cognomina vtriusque apud aliquot auctores confundantur, vt in Cassiodoro, Orosio, & Auctore de viris illustribus.

Tiberi inundatio, & incendiū Romæ. L. Metelli Pont. Maximi pietas.

Tiberis inundatio, & incendium, triumphum Romanorum de Pœnis præuenientes, vrbi Romæ damnum ingens intulerunt: æde etiam Vestæ conflagrata, ex cuius sacrario cum per medias flammæ L. Cæcilius Metellus Pontifex Maximus Palladium, ac deos Penates, secreta imperij pignora eriperet, oculis ambufis, & brachio semistulatus euasit. Itaque illi concessum fuit, vt curru, quotiens in Senatum iret, veheretur ad curiam. Quod Metelli istius priuilegium singulare titulis honorum eius ascriptum fuit in elogio antiquissimo, stemmatibus familiæ Metellorum, vt apparet, olim adiuncto, quod extat in Epigrammatum Romanorum libro, & quod etiam citatur à C. Plinio naturalis historiae septimo libro cap. XLIII. & est tale:

Elogium antiquū L. Metelli.

L. CÆCILIVS. L. F. METELLVS
PONT. MAX. COS. II. DICTATOR. MAG. EQ.
XV. VIR. AGRIS. DANDIS. QVI. PRIMVS.
ELEPHANTOS. PRIMO. PVNICO. BELLO. DVXIT.
IN. TRIVMPHO. PRIMARIVS. BELLATOR.
OPTIMVS. ORATOR. FORTISSIMVS. IMPERATOR.
AVSPICIO. SVO. MAXVMAS. RES. GESSIT.
MAXVMO. VSVS. HONORE. SVMMA. SAPIENTIA.
MAXVMVS. SENATOR. PARTAM. EX. AEQVO.
PECVNIAM. MAGNAM. SINGVLIS. LIBERIS. RELIQVIT.
CLARISSIMVS. IN. CIVITATE. FVIT. TRIBVTVM.
EI. VT. QVOTIENS. IN. SENATVM. IRET. CVRRV
VEHERETVR. AD. CVRIAM. QVOD. A. CONDITO
AEVO. NVLLI. ALI. CONTIGIT.

Ostendit quod Metello contigit ante incendium.

Cum idem hic L. Metellus Pontifex Max. pridie quam illud incendium Romæ contingeret, Tusculanum suum peteret, quemadmodum Valerius Max. libro primo cap. iv. narrat: Corui duo in os eius aduersum veluti iter eius impediens aduolauerunt; vixque extuderunt, vt domum rediret. Insequente noctu ædes Vestæ arsit, quo incendio Metellus inter ipsos ignes raptum Palladium, vt diximus, incolume seruauit. Meminere incendij istius item Liuius lib. xix. Dionysius Halicarnassæus antiquitatum lib. ii. Orosius, & Seneca Declamationum libro quarto, Auctor de viris illustribus, D. Augustinus de ciuitate Dei, lib. iii. cap. xviii. Falisci cum rebellassent, sexto die domiti in deditionem veniunt. Quæ prouincia, vt Zonaras auctor est, A. Manlio Cos. obuenerit. Vt autem Eutropius, Valerius Maximus, & Capitolini triumphis demonstrant, vtrisque Consulibus bellum hoc mandatum fuit; de quo plura in triumphis eorum dicemus. Orosius Faliscum bellum istud ad Consules Ti. Gracchum & P. Valerium transtulit, alios quam ceteri, sequutus Annales. Carthaginenses autem tot aduersis præliis fracti, cum spes nulla esset residua Siciliæ diutius retinendæ, legatis Romam missis, pacem impetrarunt. Quod his Coss. contigisse, Liuius xxx. lib. testatur his verbis: Q. Lutatio, A. Manlio Consulibus pax postremo cum Carthaginensibus facta est. Sed Polybium, Zonaram, & alios iam sæpè citatos vide, Lector, vt singula rectius intelligas.

Falisci rebelantes sexto die domiti.

Pœnis pax data est.

CENS. C. AVRELIVS. L. f. C. n. Cotta. M. Fabius. M. f. M. n. Buteo.

Lustrum. fec. xxxix.

A Censoribus hoc anno lustrum conditum fuisse xxxix. ex Capitolinorum Fastorum fragmento constat, in quo C. Aurelij Cottæ bis Consulis nomen adhuc extat, sed eius collega temporum iniuria ibidem intercidit. Nos M. Fabium Buteonem adiunximus, Liuij & Plutarchi auctoritate adducti: quorum hic in Q. Fabij Maximi vita, ille libro xxiii. tradunt, post cladem Cannensem M. Fabium Buteonem virum Censorium & Consularem maximè senem ex iis, qui tunc viuebant, Censoriis Dictatorem creatum fuisse, Senatus legendi causa. De eodem loqui arbitrator Orosium libro quarto, cap. xiii. dum scribit Fabium Censorium Fabium Buteonem filium suum furti in simulatum interfecisse. Quod circa annum Urbis dxxxiiii. non diu ante bellum Punicum secundum contigisse, ex eodem auctore colligimus. Eum itaque hoc lustro censum egisse dicendum est, cum postea nusquam desint suis locis Censores in Fastis Capitolinis, vel in Liuij. Nulla quidem huius lustrum mentio extat in Liuiana historia, nisi quod in compendio

Senem pater.

dio lib. XIX. duas tribus Romæ adiectas reliquis fuisse testatur, Velinam scilicet & Esquilinam: quam tamen Quirinam esse debere Sigonius existimat, quod Esquilina ex quatuor illis vrbanis tribubus fuerit, quas Ser. Tullius rex instituerat. Itaque hoc anno XXXV. tribus sunt expletæ, ex quibus non diu postea, vt Sex. Pompeius tradit, centumvirale iudicium est constitutum, & terni ex singulis tribubus lecti ad iudicandum de causis priuatis, qui centumviri appellati sunt: & licet quinque amplius quàm centum fuerint, tamen quo facilius numerarentur, centumviri dicti sunt. Eusebius autem in Chronico ciuium hoc lustro censorum non prætermisisse numerum videtur, sed ille liber librariorum negligentia incorrectus procul dubio est, atque imminutus ad centum sexaginta milia, quem sanè ducentis sexaginta milibus minorem non fuisse verisimile est, maximè cum duæ tribus hoc lustro accesserint. Sed ex mendosissimo Eusebij codice vix quidquam certi colligere possumus, vti neque ex Mariano Scoto, qui in his Eusebij imprimis Chronicon sequi videtur.

Dua tribus ceteris adiecta & XXXV. facta. Centumvirale iudicium.

Ciuum numerum.

Prætores.

//. //. //. f. //. n. //. Vrbanam
 //. //. //. f. //. n. //. Inter ciueis & peregrinos } Iuris d. d. sortiti obtinuêre.
 C. Mamilius. Q. f. Q. n. Turrinus. P. Valerius. Q. f. P. n. Falto.

Ædiles curules.

//. //. //. f. //. n. //. // . // . // . f. //. n. //
 P. Cornelius. L. f. Ti. n. Lentulus. [C. Fabius. C. f. C. n. Pictor.]
 Caudinus.

Ædiles plebis.

//. //. //. f. //. n. //. // . // . // . f. //. n. //
 [Q. Ogulnius. Q. f. L. n. Gallus.] P. Sempronius. P. f. P. n. Sophus.

Tribuni plebis.

//. //. //. f. //. n. //. // . // . // . f. //. n. //
 // . // . // . f. //. n. //
 // . // . // . f. //. n. //
 // . // . // . f. //. n. //
 // . // . // . f. //. n. //

M. Genucius. // . f. // . n. Cipun. Causa Falisci belli istius postremi obscura est admodum. Ex Plutarchi tamen Gracchis intelligimus, ob tribunitiam potestatem violatam graue bellum Faliscis aliquando motum fuisse: quod Tribunum plebis Genucium quemdam contumelia affecissent, iurgisque incessassent. Inter priorum cum Faliscis bellorum causas & hanc, si fuisset, explicasset, ni fallor, nobis Lilius: vnde ferè colligi potest, dictam iniuriam istud bellum excitasse. Quod ipsum fortassis, si integer extaret Lilius, in huius anni historia reperiremus. Genucios verò plebeios Romæ multò antè in administratione Reipublicæ fuisse, palàm est: & paulò post sequetur cuiusdam Genucij Cipi prætura, potuitque hic idem Tribunus fuisse. Præuio namque minore magistratu ad alios maiores peruenitur. Sed hæc coniectura sit, nihil enim in his certi asserere volo.

Cui Faliscis bellum illasit.

Genucia gentis familia quadam plebeia.

[Cn. Furius. L. f. L. n. Brochus.] [M. Flavius. M. f. M. nepos.]
 [M. Fuluius. M. f. Q. n. Flaccus. II.] [Ti. Sempronius. C. f. C. n. Gracchus. II.]
 [C. Arilius. C. f. M. n. Regulus.] [C. Atinius. C. f. C. n. Longus. II.]
 C. Calpurnius. // . f. // . n. Pifo. [M. Marcius. M' f. M' n. Ralla.]
 [C. Plautius. C. f. C. n. Proculus.]

Quæstores vrbani.

//. //. //. f. //. n. //. // . // . // . f. //. n. //

Quæstores prouinciales.

//. //. //. f. //. n. //. A. Manlij Cos. }
 // . // . // . f. //. n. //. Q. Lutatij Cos. } in Faliscis.

11. 11. 11. f. 11. n. 11. Calenus. 11. 11. 11. f. 11. n. 11. * Lucerinus *
 11. 11. 11. f. 11. n. 11. Ostiensis. 11. 11. 11. f. 11. n. 11. Gallicus.

[Cn. Minucius. Cn. f. M. n. Fessius.] Eius Minucij filius, qui Prætor anno CDXCII. fuit.

[C. Minucius. C. f. C. n. Augurinus.] Denarius argenteus ex antiquis illis reperitur, cum Saturni capite, sicut indicat littera s. adiuncta; & cum naui rostrata, in altero latere nummi, & supra nauem c. AVG. C. Augurinus.

[C. Aquillius. C. f. M. n. Florus.] C. Flori Consulis anno CDXCIV. filius.

[C. Otacilius. C. f. C. n. Crassus.] Qui patros duos Consulares habuit, Titum & Manium Otacilios Crassos.

[Q. Ogulnius. Q. f. Q. n. Gallus.] [P. Sulpicius. Ser. f. Ser. n. Rufus.]

M. Atilius. M. f. M. n. Regulus. Filius maior M. Reguli bis Consulis à Pœnis capti, & crudeliter necati, quem Silius Italicus libro sexto Punicorum Marciam habuisse uxorem, & ex ea duos filios reliquisse, canit.

Hic item bis Consul & Censor postea factus est. Reperiuntur eius denarij cum Romæ capite, & Victoria in biga, cum titulo, M. ATIL. M. F. M. N. REGVLVS. Sic alij quoque cum Dianæ triuix phætra & arcu decoræ, cum Lunula in fronte, & Victoria in triga, quæ palmæ ramum tenet: M. REGVLVS. M. F.

[L. Cornelius. Cn. f. L. n. Blasio.] Filius alter Cn. Blasionis bis Consulis ac Censoris, qui in primo Consulatu de Sassinatibus triumphauerat.

Prouinciæ.

C. Lutatius. C. f. C. n. Catulus. Procos. Q. Valerius. Q. f. P. n. Falto. Pro. pr. Siciliam. prorogato. imperio. obtinuerunt. Ex Senatus auctoritate ac populi Romani iussu Carthaginensibus pacem dedere his legibus: Vti Sicilia, omnibusque insulis, quæ inter Africam & Italiam sunt, excederent: nauibus longis Italiam, aliisque populi Romani socias prouincias ne accederent. Captiuos Romanos sine pretio redderent. Inuicem Romani Pœni que amicitiam haberent, & neuter populus alterius socios, vel male tractaret, vel armis infestaret, vel in amicitiam societatemve reciperet. Neuter in alterius Imperio imperaret, vel milites ex aliena prouincia conduceret. Pœni Romano populo in præsens mille, deinde duo millia, & ducenta talenta Euboica in annos viginti penderent. His ferè conditionibus pax firmata tunc est, & bello Punico primo, quod viginti tribus annis durauerat, hoc tandem, nempe vigesimo quarto, finis est impositus, ut Polybius, Zonaras, & alij consentiunt. Amilcar Eryce, aliisque munitionibus traditis, Siciliam cum suis excedere iussus est; totaque Sicilia Hieronis regno excepto, in potestatem Romanorum prouenit. Coactus est etiam ille bellicosissimus sui sæculi Pœnorum dux Amilcar Annibalis pater, licet infestissimus Romanis esset, pacis leges ipse conscribere, & non sine ignominia discedere: ut ex Liuiana historia haud dubie latius intelligeremus, si extaret. Nam aliis postea per occasionem in locis obiter hæc etiam attingit sicut libro XXI. Pœni, inquit, ab Eryce duodeuicenis denariis æstimati emissi sunt. Et rursus eodem in libro: Pœni, inquit, nauali ad Ægates clade accepta, Sicilia & Sardinia cessere: & se vestigales ac stipendiarios fieri passi sunt. Item libro XXVI. Fœdera, inquit, Carthaginensium cum Romanis Amilcaris scripta manu sunt. Amilcar iussus à Consule præsidium ab Eryce duxit, & graues leges impositas Carthaginensibus mœrens accepit. C. Catulus autem Procos. confecto bello, Pœnisque extra Siciliam propulsatis, cum successorem accepisset Q. Lutatium Consulem fratrem suum, ipse cum Q. Valerio Propr. Romam ad triumphum reuersus est. Vide Polybium, Zonaram, & alios.

Proquæst.

11. 11. 11. f. 11. n. 11. C. Catuli. Procos. in Sicilia.

11. 11. 11. f. 11. n. 11. Q. Valerij. Propr. in Sicilia.

Cn. Cornelius. Cn. f. L. n. Blasio. C. Minucius. C. f. 11. n. Rufus.

C. LVTATIVS. C. F. C. N. CATVLVS. PRO. A. DXII

COS. DE. POENEIS. EX. SICILIA. NAUALEM

EGIT. IIII. NONAS. OCTOBR.

Q. VALERIVS. Q. F. P. N. FALTO. PRO. PR. A. DXII. EX

SICILIA. NAUALEM. EGIT. PRID. NON. OCT.

Vltimo

Ultimo hoc nauali praelio ad Ægates insulas quid virium accefferit Romano Imperio, quantum insuper cladis acceperint Pœni, ex Polybio, Floro, Eutropio, Zonara, & aliis supra citatis, ne hic nimis longi simus, facile studiosus Lector intelliget. C. Lutatius autem, quod eius auspiciis bello diuturno finis impositus esset, rebus in Sicilia, ut dictum, constitutis, Romam reuersus ex S. C. triumphauit: ut testatur Zonaras; & item plures argentei nummi demonstrant, cum ipsius Triumphus dei capite, & quadriga triumphali, quem regit ipse togatus, sceptrum altera manu gestans, suprauolante Victoria, & coronam prætendente, & adscriptus est hic titulus: C. LVTAT. C. F. C. N. CATVLVS. PR. COS. EX. S. C. Triumphum deum Liberum patrem, vel Bacchum Dionysiumve dico, qui & à Græcis *Θεῖον*, hoc est Triumphus appellabatur, ut auctor nobis est M. Varro de lingua Latina lib. v. quod eius inuentor fuerit, primusque triumphum duxerit. Nec imaginis in nummo factæ forma Baccho dissimilis. Est enim iuuenis imberbis, crinitum & cincinnis per collum defluentibus comptum caput: sicut Liberum patrem Romani formare solebant: Pexum enim decenterque cincinatum, neque perplexum aut nodatum capillitium rectæ iustæque statum libertatis indicat. Talem autem nobis depingunt Poëtae plures Liberum patrem. Sic Seneca:

*Et tu thyrsigera Liber ab India
Intonsa iuuenis perpetuum coma.*

Sic item Marullus:

*Esto inuenta flore perpetuo nitens
Imberbis annis omnibus.*

Non tamen hedera vel pampino coronatur Triumphus dei caput, sed laurea pinnata, sicut gentibus ab ea alis utrimque per tempora, *Ψιδος* tales coronas alatas olim appellasse Græcos testatur H. sychius. Et talis quidem est hæc Triumphus Lutatiani laurea in numismate iam adducto. Laurum verò victoriam atque triumphum significasse palàm est. Pulchrè igitur Ouidius cecinit:

Ite triumphales circum mea tempora lauri,

Item Tibullus de sui Messallæ triumpho:

*At te victrices lauros Messalla gerentem,
Portabat nitidis currus eburnus equis.*

Alis atque pennis exornasse capita numinum veteres quæ cogitationum motibus præfunt, colligimus passi in ex antiquitatum monumentis residuis. Insuper Pausanias in Laconica nobis auctor est, apud Amyclæos cultum Bacchum fuisse cognomēto Pfilaneum, quasi pinnatum, & causam explicat naturalem, dicens, quod Dorientes *Ψιδά* pinnas vocare solent: atque inde Bacchum vult appositè Pfilaneum dictum fuisse, quod vinum homines incitat & effert, non secus ac pinnæ volucrem. Verùm subest alia quoque causa cur ita formetur. Eubulum Bacchum, aut Dionysium ceu boni consilij præstitem inter alios esse, Macrobius Saturnalium primo multis argumentis ex Orpheo atque aliis probare conatur, mentemque Iouis, vel mundi signare; Dyonyssium inde, quasi *Διδος* vev appellari: ab eo in hominum mentes intelligendi principium manare; meritoque propter hoc ipsum boni consilij antistitem haberi. Itaque cum mentis humanæ conceptu consilia nascantur, & rerum agendarum opera dirigantur: non rarè contingit, ut feruida mentis alata virtute concepta consilia in præliorum congressibus felici successu victoriam atque triumphum celere adferant, cum occasiones opportunas captant & apprehendunt. Quod etiam suæ mentis virtute C. Lutatium assequutum fuisse, hic eius nummus indicat. Nec Polybius, Zonaras, Orosius aliive auctores dissentiunt, qui prælium istud Lutatij contra Pœnos ad Ægates accuratius describere, simulque tradunt, Lutatium, quamuis grauitè in oppugnatione Drepani sauciatus, nocte iurtempesta præter expectationem Pœnorum classi quadringentarum amplius nauium occurrisse, eorumque consilia de obsidione soluenda celeritate mira præuertisse; ventis quamuis aduersis, turbidoque mari primo diluculo hostem inuadendo mox victoriam obtinuisse. Valerius autem Maximus huius item triumphus pulchrè mentionem facit libro secundo, cap. III. de iure triumphus scribens; qui C. Lutatio soli decretum esse à Senatu triumphum dicit, & ipsum cum Q. Valerio Propr. cum simul peteret, contendisse vehementer, apertius declarat. Sed eius verba breuiter, quia ad hanc historiam plurimum faciunt, hic adijcere non pigebit. Iudicij, inquit, illius tempestiua mentio introducetur, in quo de iure triumphandi inter clarissimas personas & actum & excussum. C. Lutatius Consul & Q. Valerius Prator circa Sicilam insignem Pœnorum classem deleuerant; quo nomine Lutatius Consuli triumphum Senatus decreuit. Cum autem Valerius sibi eum quoque decerni desideraret, negauit id fieri oportere Lutatius: ne in honore triumphus minor potestas maiori

C. Lutatij
Procos. triu-
phus naualis.
Triumphales
argentei num-
mi.

Triumphus
deus Liber
pater Θεῖον
Bos Græcis.
Inuentor triu-
phi.

Triumphus
Bacchi facies
eadem ferè.
Pexum decen-
terq; cincin-
natum capil-
litium quid.

Triumphus dei
peculiaris co-
rona Ψιδος.
Laurus vi-
ctoriæ atque
triumphus
signat.

Alarum pen-
narumve or-
namenta in
capitibus
quid.
Bacchus Pfi-
laneus vel
pinnatus cur-
Alia ratio.

Feruida mē-
tis alata vir-
tus penetrat
imperuia.
C. Lutatij
Consulis ex-
peditionem con-
silium &
executio ve-
lox, victoriæ
& triūphum
peperit.

A. Atilij Calatini iudicium de iure triumphii.

Maiorū magistratum, auspiciorūq; maior potestas.

A. Calatini sententia.

maiori æquaretur. Pertinaciūsq; progressa contentione Valerius sponfione Lutatium; prouocauit, ni suo ductu Punica classis esset oppressa: nec dubitauit restipulari Lutatius. Itaque iudex inter eos conuenit Atilius Calatinus, apud quem Valerius in hunc modum egit: Consulem ea pugna in lectica claudum iacuisse, se autem omnibus imperatoriis partibus functum: Tunc Calatinus priusquam Lutatius causam suam ordiretur: Quæro, inquit, Valeri à te; si dimicandum necne esset, contrariis inter vos sententiis discedisset: utrum quod Consul, an quod Prætor imperasset, maius habiturum fuerit momentum? Respondit Valerius, non facere se controuersiam, quin priores partes Consulibus essent futuræ. Age deinde, inquit Calatinus, Si diuersa auspicia accepissetis, cuius magis auspicio staretur? Item respondit Valerius, Consulibus: At iudex: iam meherclè, inquit, cum de imperio & auspicio inter vos disceptationem susceperitis, & tu utroque aduersarium tuum superiorem fuisse fatearis; nihil est quod ulterius dubitem. Itaque Lutatium quamuis adhuc tacueris, secundum te litem do. Hæc pulchrè ibidem Valerius. Attamen Fasti Capitolini Q. Valerium Propratorem contra hanc Calatini sententiam triumphum nauale quoque ex Sicilia egisse testantur, quem fortassis à populo, pace cum Pœnis facta, læto obtinuit. Atque hic certè primus Propratore triumphauit.

Q. LUTATIUS. C. F. C. N. CERCO. COS. A. DXII

DE. FALISCEIS. K. MART.

A. MANLIUS. T. F. T. N. TORQUATUS. AN. DXII

ATTICUS. COS. II. DE FALISCEIS. IV. NON. MART.

Falisci deuicti, grauiterq; puniti.

Ambo Consules ad Faliscum bellum profecti intra sextum diem illud confecerunt, vrbe hostium capta, & quindecim milibus cæsis, ceteris pace concessa, & agrorum medietate multatis, vt auctores habemus Polybium, Lium, Orosium & Eutropium. Zonaras nonnihil ab aliis discrepans, Manlium Torquatium Consulem bellum hoc confecisse scribit; & primo quidem conflictu, cum agrum depopularetur hostilem, peditatu succubuisse, sed equitatu superasse. Reiterato deinde prælio, hostes penitus domuisse, atque intra mœnia profligasse: atque vrbe paulò post per deditiōem capta, Faliscos armis, equis, suppellectilibus, seruitiis & agri semisse multatos in potestatem redegisse; urbem ipsam euertisse in arduo & munito loco sitam; cuius verò aliam in plano condere permissum fuisse expugnatu faciliorem. Hæc ferè de isto bello Zonaras. Sed Valerius Maximus libro VI. cap. V. hoc bellum Q. Lutatij potius quàm A. Manlij auspiciis confectum fuisse indicat, vbi æquitatis ac iustitiæ populi Romani adducit exèpla, & explicat disertè, qua ratione extremæ vindictæ perniciem euaserint tunc Falisci: Eadem, inquit, ciuitas, aliquoties rebellando, semperque aduersis contusa præliis, tandem se Q. Lutatio Consuli, dedere coacta est. Aduersus quam sæuire cupiens populus Romanus, postquam à Papirio, (cuius manu, iubente Consule, verba deditiōis scripta erant) doctus est Faliscos non potestati, sed fidei se Romanorum commisisse; omnem iram placida mente deposuit, paterque & viribus odij, non sanè facile vinci assuetis, & victoriæ obsequio, quæ promptissimè licentiam subministrat, ne iustitiæ suæ deesset, obstetit. Atque ita nobis victoriam de Faliscis superius adducti auctores demonstrant, ceterum de triumphis Consulū præterquam in marmoribus Capitolinis, nihil reperio.

ANNI. P. R. C. DXIII.

Consules.

C. CLAUDIUS. AP. F. C. N. M. SEMPRONIUS. C. F. M. N.

CENTHO.

TVDITANUS.

Liuius Andronicus poëta Roma primus.

CASSIODORUS C. Claudium & M. Sempronium Consules refert; tabulæ Græcæ & Cuspiniani, Centhonem & Tuditanum: Marianus C. Claudium Centhonem, M. Sempronium. Quorum Consulū mentio etiam fit in Ciceronis Bruto, vbi de L. Liuiō Andronico poëta sic legitur: Atque Liuius, qui primus fabulam C. Clodio Cæci f. & M. Tuditano Consulibus docuit, anno ipso antequàm natus est Ennius, post Romam conditam anno quartodecimo & quingentesimo, vt hic ait, quem nos sequimur. Est enim inter scriptores de numeris annorū controuersia. Et hæc ita Cicero, qui ibidem declarat se Pomponium Atticum suum, quem tunc in illa dissertatione præsentem fingit, in annorum numeris sequi. Itaque discrepat à Capitolinis Fastis hic anni vnus spatio Pomponius, aut Ciceronis exemplaria in nummorum notis (vt crebrò fit) fallunt: sicut & fal-

lera

lere clarum est Tusculanarum primo, ubi etiam de Liuiio Andronico, eademque re in hunc modum scribit: Serius Poeticam nos accepimus, annis enim ferè cccccc. post Romam conditam Liuius fabulam dedit, C. Clodio Cæci f. M. Tuditano Coss. anno antenatum Ennium, qui fuit maior natu quam Plautus & Næuius. Rursus in Catone Maiore rei eiusdem sic meminit: Liuius poëta senex fabulam docuit: Centhone Tuditanoque Consulibus. Vbi tamen in vulgatis plerumque exemplaribus mendosè reperitur Cethogo Tuditanoq; Consulibus: Cethegus enim & Tuditanus aliquot annis postea Consules fuerunt, quando Prætor Cato fuit. Ceterum de Liuiio Andronico scribit eadem vberius & pulchrè Gellius Atticarum noctium libro xvii. cap. vltimo: Cum Pœnis, inquit, pace facta, Consulibus Claudio Centhone Ap. Cæci filio, & M. Sempronio Tuditano, primus omnium L. Liuius poëta fabulas docere Romæ cœpit, post Sophoclis & Euripidis mortem, annis plus ferè centum & sexaginta; post Menandri, annis circiter quinquaginta duobus. Eundem hunc opinor esse C. Claudium, Ap. f. Centhonem, quem Liuius postea inter regem fuisse tradit, anno scilicet Urbis dxxxvi.

Spolegium deducta colonia est, vt auctor Liuius lib. xx. post triennium, vt vult Velieius, quàm deducta est Brundisium: quo anno, inquit, Floralia ludorum factum est initium: Plinius quidem lib. xviii. cap. xxix. Florales ex Sibyllinis oraculis institutos esse scribit, vt omnia benè deflorescerent: idque anno Urbis factum fuisse dxvi. ibidem legitur, verum error in notis esse videtur, atque pro binario ii. quinarius v. in annorum numero forsitan est suppositus. Paulò aliter ludorù originem refert Ouidius poëta, quem admodum mox latius exponam. Consulum prouinciæ quæ fuerint hoc anno, obscurum nobis est, in tam longe sepulta historia. Verisimile tamen Reipub. statum animaduertentibus, hos Consules confectis extra Italiam anno superiore bellis, Italiam prouinciam obtinuisse, colonias ac præsidia deduxisse contra Gallos & Ligures, à quibus solis metus tunc erat; atque Italiæ imperium constituisse.

Spolegium colonia.
Floralium ludorum exordium.
Plinij locus.

Prætores.

<p> // . // . // . f. // . n. // . Urbanam // . // . // . f. // . n. // . Inter ciues & peregrinos M. Valerius. M. f. // . n. Max. Potitus. A. Postumius. A. f. L. n. Albinus. Flamen Martialis. </p>	<p> } prouincias } sortiti obtinuerunt. </p>
--	---

Ædiles curules.

Ludis Romanis primi Tragœdiam & Comœdiam L. Liuiio Andronico poëta præeunte ad scenam dederunt, vt Cassiodorus his Consulibus annotauit. Cui suffragantur M. Ciceronis & A. Gellij loca iam modò adducta. Et eòdem pertinent illa quæ T. Liuius de eadem re scribit, originem scænicorum ludorum explicans libri septimi principio: eos videlicet populum Romanum diurnæ & pertinacis pestilentiæ sedandæ causa religione tactum (vt suo in Annali diximus) à Tuscis Romam transtulisse, & quotannis faciendos inter alia cælestis iræ placamina instituisse, eosdemq; paruis quidem initio sumptibus (cùm histriones ex Etruria semper acciti sine carmine villo, sine imitandorum carminu actu ad tibicinis tantum modulos saltarent, & haud indecoros motus more Tusco darent) fieri solere, cùm Tuscos artifices imitari Romæ mox iuuentus cœperit alternis versibus ac inconditis, nec absõnis à voce motibus ioculariter inter se certando. Acceptam itaque artem sæpiusque excitatam fuisse vernaculis artificibus: qui non sicut antè Felcennino versui similem compositum temerè ac rudem alternis iaciebant; sed impletas modis Satyras, descripto iam ad tibicinem cantu, motuq; congruenti peragebant. Deinde Liuium poëtam ait post aliquot annos ab Satyris ausum esse primum argumento fabulam ferere: eundemq; (vt tunc moris erat) suorum carminum actorem fuisse. Et cùm sæpius reuocatus vocem obtudisset, venia petita, puerum ad canendum ante tibicinem statuisse, & cantum egisse aliquantò magis vigenti motu, quia nihil vocis vsus impediabat. Hæc ferè de Andronico T. Liuius, quæ isto anno primum contigerunt, vt M. Tullius, aliiq; iam dicti auctores consentiunt, quo primum ipse in scenam pro Satyris fabulas, hoc est, Tragœdiam & Comœdiam, sicut Cassiodorus interpretatur, introducere cœpit. Atque hæc eadem ferè, & vt apparet, ex ipso Liuij loco iam adducto Valerius Maximus de Andronico tradit libro secundo, cap. iv. de spectaculorum origine scribens. Paulatim, inquit, ludicra ars ad Satyrarum modos perrepsit, à quibus primus omnium poëta Liuius ad fabularum argumenta spectantium animos transtulit. Isque sui operis actor, cùm sæpius à populo reuocatus vocem obtudisset: adhibito pueri & tibicinis concentu, gesticu-

Ludi scænici primi Roma facti.
Liuij locus explanatus.

Histriones Tuscii.
Ad tibicinem saltare.

Vernaculi histriones.
Liuius Andronicus auctor & actor suorum carminum.
Puer cantor.
Liuius gesticulator.

Fabula pro Satyris.

Pœta primū
scriba dicitur.

gesticulationem tacitus peregit. Festus Pompeius autem affirmat, pœtas antiquitus pro-
prio nomine appellari solere Scribas; eamque ob causam postea etiam in morem venisse,
vt scribæ librarij, qui rationes publicas scribunt in tabulis, & histriones in Auentino ad
Mineræ dona ponerent in honorem Liuij pœtæ: quia is & scribebat fabulas & agebat:

.. . . f. .. n. f. .. n. ..
[Q. Sulpicius. Ser. f. Ser. n. Rufus.] L. Furius. .. f. .. n. Bibaculus.

Ædiles plebis.

.. . . f. .. n. f. .. n. ..
L. Poblcius. L. f. L. n. Malleolus. M. Poblcius. L. f. L. n. Malleolus.

Plurimi locu-
pletes pecula-
tus rei, atque
multati.
Ludi atque
ædes deæ Flo-
ræ.
Cliuus Pobl-
cius.

Hic octauo pōst anno Consul fuit; & reperitur in Capitolinis marmoribus: alter Lu-
cius, frater eius fuit, quemadmodum mox ex Festi loco, quem adducam, constabit.
Plurimos locupletes, quōd agrum populi Romani publicū occupassent vsurpassentque
ad populum reos adduxerunt, & peculatus damnarunt: & ex pecunia multatitia deæ
Floræ ludos faciundos instituerunt. Ædem eiusdem deæ iuxta circum maximum ex-
struendam, cliuumque, qui ab eorum nomine Poblcius appellatus est, sternendum cu-
rarunt. Ædis autem Floræ, tunc ex eadem multa constructæ, meminit Tacitus libro An-
nalium secundo, eam scribens ab Augusto restitutam, & à Tiberio deinde dedicatam
fuisse, C. Cæcilio, L. Pomponio Consulibus, anno Urbis DCCLXIX. scribit enim ita in
eius anni historia: lisdem temporibus deū ædes vetustate aut igni abolitas, cœptasque ab
Augusto dedicauit: Libero, Liberæque, & Cereri iuxta Circum maximū, quàm A. Postu-
mius Dictator vouerat; eodemque in loco ædem Floræ ab Lucio & Marco Publiciis,
ædilibus constitutam. Atqui M. Varronem in primis grauem auctorem scribere etiam,
animaduertimus libro de lingua Latina quarto, cliuum Publicium ab ædilibus plebeijs
Publiciis, qui eum publicè ædificarunt, nominatum esse. Sex Pompeius de eadem re ver-
ba faciens, hæc melius declarat. Publicios istos qui cliuum strauere, Malleolos cogno-
mine dictos, & fratres fuisse significans; ex qua item pecunia hoc fecerint, docens his
verbis: Publicios, inquit, cliuus appellatur, quem duo fratres L. M. Malleoli Ædiles,
* curules pecuarijs condemnatis, ex pecunia, quam ceperant, munierunt: vt in Auenti-
num * vehiculi Velia venire possint. Sed vitium mihi videtur esse in Festo, sicut vbique,
mendosus est, quod ædiles curules Poblcius ibi legamus tunc fuisse: quod non verissi-
mum est: cum M. Varro palàm plebis ædiles eos nominet loco iam adducto. Cui item suf-
fragatur P. Ouidius Fastorum libro quinto, ludorum Floralium causas recensens, &
illorum initium ædilibus hisce eisdem auctoribus factum esse, sub Floræ deæ persona
pulohrè canens his verbis:

Venerat in morem populi depascere saltus,

Idq; diu licuit, pœnaq; nulla fuit.

Vindice seruabat nullo sua publica vulgus,

Iamq; in priuato pascere inertis erat.

Plebis ad ædiles perducta licentia talis

Publicios, animus defuit antè viris.

Rem populus recipit, multam subière nocentes,

Vindicibus laudi publica cura fuit.

Multa data est ex parte mihi, magnog; fauore

Victores ludos instituere novos.

*Parte locant * cliui, qui tunc erat ardua rupes,*

Vtile nunc iter est, Publiciumq; vocant.

* lege cliuū.

P. Victoris lo-
cus.

Ex iam adductis auctorum locis manifestum nobis fit, cliuum istum Publicium men-
dosc Publicium nominari in P. Victore de regionibus vrbs Romæ, quem ex vetustis
exemplaribus correctum, & ampliatur suis commentarijs Reipublicæ Romanæ in-
feruit Onufrius Paneuius, vbi recensetur antiquissimi istius cliui nomen inter publica &
celebria regionis Auentinensis loca. Et insuper ex iisdem cognoscere est, locum Ouidij
pœtæ non intellectum corrupisse librarios in versibus iam citatis, vbi habetur: Parte lo-
cant cliui, cum legi debeat (Parte locant cliuum.) Ait enim ibi Flora dea, multæ illius,
permagnæ plebiscito captæ partem victores ædiles Publicios sibi dedisse ad ludos: & par-
te cliuum locasse sternendum, qui primū rupes, & postea iter vile fuit. Quod ipsum
& Sext. Pompeius affirmat loco superius allegato: quippe idè cliuum munisse ædiles
Publicios, vt in Auentinum vehicularij vehia venire possent. Sic enim prorsus legenda
esse opinor Festi illa verba, quæ in vulgatis exemplaribus admodum corrupta proferun-
tur

tur ita. Vt in Auentinum vehiculi velia venire possit. Non enim autumo cliuum Publicium ab Auentino ad Veliam vsque stratum vel extensum fuisse: qui locus M. Varrone teste, ab altera parte Palatini montis supra Germalum respectat forum Romanum & comitium. Sed Vehiam antiquitus plaustrum onustum ab Oscis tracto vocabulo significasse constat, vt vehiare, vehere, & vehitura, vecturam, ipso etiam Festo hæc comprobante, atque has voces olim sine aspiratione scribi solere, demonstrante, quemadmodum ex Paulo Festi compilatore colligere est: sed vt ad Floralia redeamus, hoc anno Romæ primùm orta; tradit ibidẽ Ouidius poëta, ludos eisdem multis annis postea primùm annuatim fieri cœpisse; cum prius non itato tempore, sed aliquando dumtaxat religione iniecta conciperentur, fierentque, quemadmodum suo in Annali dicemus. Floralia autem initium his Consulibus factum, Velleius Paterculus, vt diximus, auctor est. Vnde etiam constat, tunc temporis Publicios istos ædiles fuisse; qui ludos primùm, vt testis est Ouidius, instituerunt. Quos quidem Malleolos vocatos cum Sex. Pompeius affirmet, duce ad opinandum, alterius Marci Consulatum ordine subsecuturum, etiam in Capitolinis tabulis; memoriamque istius facti in argenteis item nummis expressam esse, quales adhuc temporis reperiuntur, cum capite Genij populi Romani, & arietis vel ouis simulaero, nempe ob pecuarios populi iudicio publicè multatos. Genius enim publicus populi Romani Reipub. vindex esse dicitur, & ouis antiquissima multa fuit, & vsurpata, priusquam ære; signato ciuitas vteretur, & rem pecuariam notat; vnde & peculatus, & pecuniæ nomina promanare dicuntur; sicut diffusius nobis explicat idem Festus ex M. Varrone epistolicarum quæstionum libro primo. Ceterum in nummo iam dicto legitur etiam M. Publicij nomen ita expressum, M. PUBLICIVS MALLEOLVS.

Sex. Pompeij Festi locus.

Vehia quid.

Floralia ludi.

Nummi argentei Malleolorum.

Genius populi Romani. Ovis antiquissima multa.

Tribuni plebis.

11.	11.	11.	f.	11.	n.	11.	11.	11.	11.	f.	11.	n.	11.
11.	11.	11.	f.	11.	n.	11.	11.	11.	11.	f.	11.	n.	11.
11.	11.	11.	f.	11.	n.	11.	11.	11.	11.	f.	11.	n.	11.
11.	11.	11.	f.	11.	n.	11.	11.	11.	11.	f.	11.	n.	11.
11.	11.	11.	f.	11.	n.	11.	11.	11.	11.	f.	11.	n.	11.

M. Pomponius. M. f. M. n. Matho. D. Iunius. D. f. D. n. Pera.
 [Cn. Pomponius. Q. f. Q. n. Rufus.] [M. Liuius. M. f. M. n. Denter.]
 [Q. Petelius. Q. f. Q. n. Libo. Vilofus.] [M. Allienius. M. f. M. nepos.]
 [C. Confidius. Q. f. M. nepos.] [C. Plætorius. C. f. L. nepos.]
 [Sex. Staius. Sex. f. Sex. nepos.] M. Claudius. C. f. 11. n. Glicia. 11.

Quæstores vr bani.

11.	11.	11.	f.	11.	n.	11.	11.	11.	11.	f.	11.	n.	11.
-----	-----	-----	----	-----	----	-----	-----	-----	-----	----	-----	----	-----

Quæstores prouinciales.

11.	11.	11.	f.	11.	n.	11.	C. Claudij	} Coss. in * Italia *
11.	11.	11.	f.	11.	n.	11.	M. Sempronij	
11.	11.	11.	f.	11.	n.	11.	Gallicus.	11. 11. 11. f. 11. n. 11. * Lucerinus *
11.	11.	11.	f.	11.	n.	11.	Calenus.	11. 11. 11. f. 11. n. 11. Ostiensis.

M. Æmilius. L. f. Q. n. Barbula. Vt in eius Consulatu Capitolino legitur. Pater Consul fuit anno CDLXXII. deque Tarentinis anno sequenti procos. triumphauit.

Cn. Octavius 11. f. 11. nepos. Auus Cn. Octauij illius, qui primus in ea familia Consul fuit, & antea Prætor de Perse rege triumphum naualem obtinuit, vbi Capitolina marmora Cn. f. Cn. nepotem nominant. Antiqua & nobilis primùm hæc gens fuit, à Tarquinio Prisco rege in Senatum, & à Ser. Tullio inter patricias lecta, sed procedente tempore ad plebem se contulit, vt auctor est Suetonius in Augusto. Atqui nullam eius gentis memoriam aut magistratum ante hæc tempora reperimus in historia, quæ duplici familia, vtraque tamen plebeia, vt magistratus indicant, sequetur deinceps.

Octavia gentis antiqua nobilitas.

[C. Duilius. C. f. M. nepos.] Eius, qui primus naualem egit de Pœnis, filius.
 [M. Mamilius. Q. f. Q. n. Vitulus.] Cuius pater Consul fuit anno CDXCI.

L. Apustius. L. f. C. n. Fullo. Primus postea Consul eius familiæ, ac nominis ita notatus in marmoribus Capitolinis; è quibus patrem eius, & auum antea inter minores magistratus adduximus.

[M. Papirius. L. f. M. n. Crassus.] [L. Acilius. L. f. // . n. Glabrio.]

[T. Quinctius. L. f. L. n. Capitolinus.]

Prouincia.

Q. Lutatius. C. f. C. n. Cerco. Procos. Siciliam. prorogato. imperio. obtinuit. Post triumphum de Faliscis, quem Kalendis Martiis Consul anno superiore duxerat, dum collega res in Faliscis constituit, in Siciliam extra ordinem missus ad obtinendam illam prouinciam videtur, fratre eius C. Catulo successorem flagitante, & ad triumphum redire cupiente. Quod ipsum ex Ioanne Zonara colligimus. scribit is etenim Q. Lutatium Cerconem Consulem in Siciliam profectum omnia cum Catulo composuisse, & Siculis arma ademisse: atque ita Siciliam à Romanis, excepto Hieronis regno, seruitute multatam dicit. Igitur si Q. Lutatius Cerco Siculis arma ademit, profectò cum imperio prouinciam obtinuisse, atque eam cum decem legatis ordinasse dicendū erit. Itaque hæc prima Romanorum extra Italiam prouincia hoc anno facta est, & legibus de iure dicundo datis, vectigalibus ac decimis annuis ordinatis, deinceps in prouinciæ certam formam est redacta. Atque hanc primam fuisse fateretur etiam Tullius, Actiōne quarta in Verrem, Siculos defendens: Sicilia, inquit, omnium nationum exterarum princeps, se ad amicitiam fidemque populi Romani applicuit; prima omnium, id quod ornamentum imperij est, prouincia est appellata, prima docuit maiores nostros, quàm præclarum, esset exteris gentibus imperare. Sed hæc iam dicta non protinus de tota Sicilia intelligere debemus, sed de illa tantum parte, cuius possessione Pœnos hoc bello expulerant; nam Hieroni, vt dictum est, regi, tamquam fido & amico socio, suum regnum tutum ac saluum remansit. Quæ pars Siciliæ quandonam veteri prouinciæ post mortem regis adiuncta fuerit, suo loco dicemus. Nec etiam arbitramur, huius administrandæ causæ, ab hoc temporè Prætores quotannis cum Quæstore in Siciliam missum esse, quamdiu duotantum in Vrbe Prætores quotannis creabantur: sed potius priuatos Consulares aut Prætores cum imperio extra ordinem ab initio missos esse, donec & subacta Sardinia cum Corsica in prouinciæ formam redigeretur, & Romæ quatuor Prætores in eum finem creati cœperunt, vt quotannis duo, si videretur, in has duas prouincias mitti possent. Nam tunc primus C. Flaminius Prætor Siciliam, Solino teste, sortitus est, & quo anno hoc contigerit, suo loco patebit. Eodem exemplo postea Hispanias à P. Scipione subactas populum Romanum ab initio priuatis cum imperio extra ordinem commisisse, donec sex Prætores creati cœperunt, ex Liuiο manifestum est, & suis Annalibus demonstrabo.

Siculis arma
adempta, qui
in Pœnorum
potestate fue-
rant.
Sicilia Ro-
manorū
prouincia extra
Italiam pri-
ma.

Hieronī Sy-
racusanorū
regi suū re-
gnum relicū.
A quibus gu-
bernata Sici-
lia ab initio.

Hispaniarū
prouincia à
quibus pri-
mum guber-
nata.

Proquæst.

//. // . f. // . n. // . Q. Lutatij. Procos. in Sicilia.
Cn. Cornelius. Cn. f. L. n. Blasio.


FINIS LIBRI VII. QUI EX AVCTORIBVS,

Pacuuio. Catullo. Lucophrone. Io. Tzetze. Orpheo. Anacreonte. Platone. Pampho Atheniensis. T. Liuiο. Solino. Polybio. A. Gellio. Paulo Orofio. Pausania. Pindaro. Horatio. Dionysio Halicarnasæo. Ioanne Zonara. L. Floro. Eutropio. Palephato. Artemidoro. Iano Cornario. Sibilla vate. Ioanne Sprengio. Diodoro Siculo. Dione Callantiano. Simonide. Iano Parrhasio. Cassiodoro. Mariano Scoto. Val. Maximo. Auctore de viris illustribus, qui Sex. Aurelius Victor nunc. Lucano. Silio Italico. Lactantio. Statio Poëta. Velleio Paterculo. Nummis antiquis. Homero. Callimacho. Hygino. Ouidio. Valerio Probo. Valerio Flacco. Fastis magistratuum & triumphorum Capitolinis. Ptolomæo. Ascon. Padiano. Sex. Pomp. Festo. C. Plinio maiore. Macrobio. Seneca Philosopho. M. Cicerone. M. Varrone. Censorino. Seruio Grammatico. Iustino vel Trogo. Strabone. Iul. Frontino. Dino Augustino. Eusebio. Marmoribus antiquis. Quinctiliano. Hub. Goltzio. Titulo columnæ rostrate C. Duilij. Sex. Rufo. Ioanne Sambuco. Lucretio Poëta. Prisciano. Suetonio. Stephano Buzantio. Timæo. Chryssippo. Myrsilo. Sallustio. Claudiano Poëta. Dionysio Africo. Eustathio eius commentatore. Tabulis Consulū Græcis. Io. Cuspiniano. Appuleio. M. Catone maiore. Claudio Quadrigario. Appiano Alexandrino. Virgilio Marone. Ennio. Plauto. Itinerario Romano. Pomponio Mela. Verrio Flacco. L. Pisone. Valerio Antiate. Dione Cassio. Magistratuum ætatis. Phornuto. Plutarcho. Aristide Milesio. Chrysermo. Aristophane. Solone. Io. Stobæo. Ateio Capitone. Emilio Probo. Iunio. Seneca tragico. Hesychio. Tibullo. Marullo.

IN HIS LOCI NOTATI,

Stephani Buzantij, pagina 7. Iulij Solini. 9. Pomponij Mela. 12. Diodori Siculi. 12. T. Liuij. 13. 41. 44. 50. 71. Orofij. 13. 49. 65. Eutropij. 13. 49. Cassiodori. 13. 20. 49. 53. Mariani Scoti. 13. 20. 31. 49. 53. Valerij Max. 13. 49. Sex. Pompei Festi. 16. 53. 60. 72. 73. C. Plinij maioris. 18. 29. 49. 71. Polybij. 19. 22. 45. 49. Io. Zonara. 19. 28. 38. 44. 52. 55. 64. Iulij Frontini. 20. 28. Sex. Rufi. 24. Quinctiliani. 24. Auctoris vel Sex. Victoris de viris illustribus. 33. 66. Marmoribus Capitolini. 33. Iustini vel Pompeij Trogi. 34. Tabularum Græcarum. 41. 49. 57. 58. M. Ciceronis. 49. 70. Suetonij Tranquilli. 50. A. Gellij. 51. 57. Velleij Paterculi. 54. Chronici Eusebiani. 67. Corn. Taciti. 72. Ouidij. 72. P. Victoris. 72.

CHARACTER
 IANI ADULTI
 LIBRI VIII.
 ANNALIVM ROMANORVM
 STEPHANI VINANDI PIGHII.



SIC. SÆVOS. MARTIS. FLUCTVS. BENE. CATVS. EANVS
 VOLT. RECTO. DIVERSA. TVENS. PERFRINGERE. CLAVO

LIBER hic octavus magistratum atque provinciarum historiam inter duo gravissima bella Punica, resque domi militiaeque per annos viginti laudatissime gestas explicat. Quo tempore, iam à subiugata Italia, & Pœnis Sicilia marique pulsis, Romana civitas virtutum fama valde per orbem terrarum excrevit: adultaque legibus armisque summi imperij certa fundamenta iuste non minus quam fortiter agendo struere cepit. Cum igitur eodem tempore terra marique victor populus pacem provinciis ubique gentium dando Ianum Romæ cluserit: eius character non ineptus videbitur IANVS ætate, viribus, atque virtutibus ADULTVS

Incrementum
 Romane
 maiestatis.

Character
 huius libri
 cur Ianus
 adultus.

Qui patiens operum validæ iam signa iuventæ
 Prodere non cessat prima lanugine barbæ.

Qualem in Fonteiorum antiquis formatum denariis videmus, qui gentis sue nomini bene ominati Janum iuvenem impulsorem motuum fontibus præesse crediderunt: à quorum ita nomen horum Fonteius defluxit. Huic igitur genti, ut & Aquillie, nec non Acilie, que nomen ab aquarum fluxu traxere, Ianus peculiare numen fuisse videtur, ut ex eorum nummis colligere est. Romanis enim tunc temporis, nec non quamdiu libertas Republicæ salva fuit, plerumque fuit familiariter usitatum, ut quisque magistratus, monetæve præfectus, nummorum quos cudi iubebat, notas ac symbola in scopum suum mira industria quam aptissime intenderet, & accommodaret. Quod, ut

Fonteiorum
 Ianus.

Vnde dicti.

Aquillij &
 Acilij vnde.

Fonteiarii
nummi note
declariantur.

in multis, sic & in C. Fonteiarii iam adducto numismate factum animaduertimus. Qui ad Romani imperij potentiam inualescentem respiciens, nummos ad classis, ni fallor, impendit cusurus Quæstor; in his Janum iuuenem imberbem quasi, & iuxta notam denarij vulgatam & sui magistratus Q. nec non alijs similibus notam valoris ac ponderis quatuor vnciarum 0000. sub collo Iani, & pro Q. litteram T. quæ trientis ibidem est nota, formari curauit; sic in alia nummi facie quadremem nauem benè instructam.

Ianus Ne-
ptunius
M. Aquillij.

Iam M. Aquilius antiquissimos æreos asses reliquit, in quibus seniore Ianium expressit Neptuni vtrisque capillata barbataque facie: in quorum altero latere proa nauis extat cum anchora & tridente, in hunc modum Neptuni religioso cultui Ianium suum

M. Aquil-
lius manans
aqua.

applicans, & simul innuens, ab aqua manante nomen suum deriuari. Aliter M. Acilius Quæstor, qui Ianium laureatum Æsculapij facie in suis denarijs formauit: & à tergo non nauem, sed lauream coronam cum suo nomine posuit. Cuius symboli causam, ut & aliorum ita variantium, nos alibi commodius adferemus. Vides igitur, Lector, ut Romanis magistratibus liberum tunc fuerit, numismatum notas pro lubentia variare, & ad opinionem scopumque suum traducere. Quorum sequi vestigia nunc etiam visum nobis, & huic Annali octauo IANVM ADVLTVM cum prima barbæ lanugine iuuenem, quemadmodum in C. Fonteiij denarijs antiquis expressus est, ob causas antè dictas

Ianus Clu-
sius atque
Patulcius
summæ po-
testatis cog-
nomina.

pro charactere dicare: qui viribus iuuentæ fultus, ad maiora semper aspirans, Clusius atque Patulcius, cum volet, esse poterit. His namque cognominibus Ianus inuocari à sacrificio Romano solet, magnam eius numinis vim atque potentiam promulgante: qua claudit & aperit, simulque sistit atque maturat rerum omnium motus, maximè fines & principia motuum regens. Quod ita persuasum antiquis illis fuit, ut nefas visum, quid serij magnitæ, quid etiam sacrificij inchoare, auxilio Iani non prius inuocato, quasi factu facilia redderet, prosperaretque faciunda quæuis. Hinc M. Tullius de natura deorum secundo sic ait: Cumque in omnibus rebus vim habeant maximam prima, & extrema: principem in sacrificando Ianium esse voluerunt, quod ab eundo nomen est deductum. Ex quo transitiones peruia Iani, foresque in liminibus profanarum ædium ianæ nominantur. Hæc ita Tullius. Cui eleganter admodum apud Ouidium poetam Fa-

Mutationū
principia &
extrema in-
primis obser-
uasse veteres.

storum libro primo Ianus ad stipulatur ipse: roganti Poëta, cur primis anni noui Kalendis Ianuarij sic ab eo dicti mensis læta cuique verba, faustaque inuicem precari soleant, respondens:

Omina principijs, inquit, adesse solent.

Veteris anni
egressus, &
nouij ingres-
sus Iani sub
tutela.
Iantor cæli
Ianus bifrons.

Quod igitur exitus veteris & ingressus noui anni in Iani fuerit tutela, persuasum, ut diximus, erat. Hinc bifrons etiam fugebatur, & ianitor cæli: ne in limine sedens flexu ceruicis tempora perderet, sed cernere, non moto corpore bina liceret: quæ intus, scilicet & foris fierent, & ut hic cælestis ianitor aula Eoas partes Hesperiasque simul obseruaret, ut hæc Iani verbis ex Poëta desumptis ferè dicam. Nec satiri, Lector, hoc ingeniosissimi Poëta carmine possum, pensitando, quàm graphicè nobis designet, cælestem summi numinis providentiam (cuius item ex parte Ianus argumentum quoddam est) omnium, quæ in mundo sunt, curam gerere, cunctaque prospicere. Sic enim elegantissimum cum Iano colloquium finiens canit:

Dixit, & attollens oculos diuersa tuentes,

Aspexit toto quidquid in orbe fuit.

Ianus ex
Cælo natus.

Hunc igitur ianitorem dextera baculum, clauemque sinistra tenentem sibi apparuisse fabulatur Poëta: & ut ex Cælo fuerit ortus, cum rerum elementa sine imagine prius confusa

confusa in ordinem, dignamque mundi formam à Deo redigerentur, exposuisse his versibus:

Tunc ego, qui fueram globus, & sine imagine moles,
 In faciem redij dignaque membra deo.
 Nunc quoque confusa quoniam nota parua figuræ est,
 Antè quod est in me postque videtur idem.
 Accipe quæ sita quæ sit causa altera formæ,
 Hanc simul vt noris officiumque meum.
 Quidquid vbiq; vides, cælum, mare, nubila, terras;
 Omnia sunt nostra clausa patentque manu.

Et quæ sequuntur antiquissimis physiologia illius priscæ mysteriis plena, quibus populum tunc ciuitatum rectores in religionis cultu continebant. Ceterum Aborigines in Italia ab initio, & postea populus Romanus, ac eius imperio subiectæ prouinciæ, sicut temporis & primæ in terris vitæ exordium, ita & humanarum actionum cursum Iani sui tutelæ videntur adscripsisse. immò sub eius nomine coluisse ætherei spiritus motum perennem, qui generando corrumpendove rerum omnium vices alternat, quemadmodum ex variis historiarum de Iano fabulis, poematumque figmentis antiquissimis colligimus. Hinc est, quòd Ianum ab eundo prisci olim Latini vocarint Eanum, vt Macrobius ex Cornificij Etymorum tertio, & ex Cicerone Cornificius prodidere. Ciceronis locum de natura deorum libro secundo, pauldò antè citavi. Iam verò cum Aboriginum Eanus, vel motus iste (quem Plato cum suis asseclis animam mundi imaginatur) cælum, sidera, elementa, mundi que partes omnes (vt volunt) moderatur & conseruat: etiam ipsum cælum, solem, lunam, aliaque mundi corpora & membra, quæ in continuo sunt motu, eodem sæpè nomine vocarunt. Sic & ipsum tempus cum Eano vel primo motu natum Saturni fabulis accommodantes Iani socium & equalem (ἐταῖρον Græci vocant) fuisse volunt. Hunc exulem nauigio fabulantur aduectum, à Iano receptum hospitio, regni participem factum; simul populos Italie legibus latis ad iustitiæ regulam perduxisse, agriculturam, & artes varias inuenisse: hisce significantes fabulis, temporum & occasionum cursu humanum genus ab exortu suo sensim hæc omnia didicisse, rerumque necessitates tota vita sæpius occurrentes artium ac disciplinarum inuentrices fuisse. Quæ quidem omnia multis verbis & exemplis explicare, non huius est loci, & iusti voluminis foret argumentum. Nimia namque fabularum libertate ex Cabo natum (vt quidam voluerunt) Ianum prisci vates illi rursus in obscurum ignorantie Cabos præcipitarunt, sicut poetarum non secus ac pictorum vetus licentia fuit. In eundem itaque modum, vt in mundi totius corpore & membris Ianus, sic etiam operari in homine paruo mundo putabatur. Cuius cum animum (quo sapit, disponit, & agit anima) sensus atque voluntates in mente variando commouet, Patulcius vel Clusius esse dicitur. Nam rerum agendarum vitandarumve necessitates suggerens, consiliis ingressus & egressus aperit aut claudit. hinc illi clauis attribuitur. Vbi autem actionum progressus prouehit, insigne illi est virga vel baculus: hic quasi ad summouenda progressus obstacula, nec non ad viam ostendendam illa. Quin etiam Romæ Ianum in antiquissimo pariete depictum vidi, & in gemmis item exsculptum cum clauæ in sinistra, & flagello in dextera: quo deorum currus, atque mentis equos agitans incitare dicebatur. Inter Ianos igitur, quos vetustas Aboriginum coluit, hic cum flagello non imus vel medius, verum summus

Ianus Aboriginum quid videatur esse

Ianus Eanus priscis Latinis ab eundo dictus.

Iani multi veterum. Temporis exordium. Saturnus deorum filios, temporis generantis & corruptoris symbolum.

Artium omnium inuentrices temporum vicissitudo & necessitas.

Ianus in homine microcosmò.

Patulcius & Clusius Ianus cur.

Liberi arbitrij vis Iani clauis.

Cur illi virga vel baculus.

Cur flagellus.

Iani celebres Romæ inter multos in primis tres.

videri poterit, quemadmodum tribus diuersis fanis celebratos imprimis fuisse constat ex Ciceronis Philippica sexta, Horatio & Martiale poetis, P. Victore, Sex. Rufo & aliis.

Prouidentia
diuina tri-
plex fecun-
dum veteres.

Ianus pater,
ac deorum
deus dictus.

Catus rerum
fator, & prin-
cipium deo-
rum Ianus.

Quae sic quidem non solum à locorum situ sunt appellati, sed, ut opinor, etiam ex Nume regis instituto, primaque disciplina Pythagoricae philosophiae fontibus hausta: cum prouidentiae diuinae triplicis, qua mundus primum creatus, caelestia deinceps, atque demum terrestria, & qua rectè cuncta dispensantur, mysterium in se contineant. Quapropter, cum ad summam illam prouidentiam respicerent Romani sacerdotes, Ianum patrem, atque deorum deum inuocare solebant: quod ex antiquissimo Saliari carmine prodit Macrobius Saturnalium primo. Sic & eius argumenti sunt & alia indicia non vulgaria. Equidem memini me legisse hymni cuiusdam antiqui versiculos de Iano apud Terentianum Maurum citatos ex Septimo, quem Lilius Giraldus opinatur Imp. L. Septimium Seuerum Afrum fuisse. In his quidem Ianus, non deorum deus: sed catus rerum fator, & principium deorum appellatur. Versus ipsos quamuis ex incorrecto descriptos exemplari, cum animaduersione digni sint, hic subijcere non pigebit, ut potero, correctius:

Iane pater, Iane tuens, diue biceps, biformis.
O cate rerum fator. ô principium deorum.
Stridula cui culmina, cui cardinei tumultus,
Cui referata mugiunt aurea claustra mundi.

Ianus mundi
fator, & tem-
poris.

Nec minus potestatis huic Martialis poeta libro X. epigrammatum tribuit, qui Ianum mundi & annorum fatorem esse, publicisque in sacris primum inuocari dicit, canens ita:

Annorum, nitidique fator pulcherrime mundi,
Publica, quem primum, vota precesque canunt.

Deorum deus,
id est, moto-
rum motor.

Θεός, vel
deos cur à
motu sic
mortales
vociant.

Aboriginum
Ianus corpo-
rum caele-
stium ac ter-
restrum mo-
tor & rector.

Cur bifrons.

Sed vide quoniam caeca, veraeque lucis orba superstitio seduxerit misellos antiquos. Si principium, atque deus deorum, & fator mundi Ianus, vel Eanus: quid reliquum NUMINI SUMMO? qui ut SPIRITVS sui VERBO mundi creator est & rector omnia dispensat: ita deorum deus, principiumque semper erit: hoc est, Eani atque motorum omnium deus aut motor primus. Nomen hoc namque Θεός, καὶ κίνητος Θεός, Graecis, vel Deus Latinis à motu, vel cursu, atque ambitu primum suum nomen accepisse, Cratylus apud Platonem, & Platonis commentator Proclus adserunt. Nec aduersatur Moschopelus, ex Aristotelis sententia Θεός, à θεώ, vel θελω deriuari docens. Nominis autem istius originem hanc nobis adfert Plato. Nam cum ab initio mortalium genus cerneret solem, lunam, astra, nec non caelos omnes in perpetuo cursu esse: vivere, & immortalia esse corpora crediderunt, & ab huiusmodi cursus natura Θεός, id est, Deos appellarunt. Supra quos omnes deos Romani ex Aboriginum religione prisca Ianum suum in primo calorū mobili tamquam deorum deum, atque motorum primum collocasse videntur: motuum & actionum omnium exordia & fines in eius esse tutela putantes, adeo ut motores alios virga, vel scutica sua properare, vel etiam motus, actionesque, cum vellet, clavis sua claudere, & sistere posse videretur. Quare bifrontem finxerunt, ne flexu cervicis tempora perderet, & ut ortus ac occasus, rerumque exordia & fines, non moto corpore simul cerneret: quemadmodum apud Ouidium poetam locum ante citato memorat ipse, ubi & arroganter satis sese iactitat, dicens:

Me penes est vnum vasti custodia mundi,
Et ius vertendi cardinis omne meum est.

Et rursum paullo post :

Præsideo foribus cæli cum mitibus Horis,

Et redit officio Iuppiter ipse meo.

Quid eo superbius? Verum hic Ianus grandior Iſaia propheta Lucifero videtur, qui super sidera Dei exaltare solium suum, & esse similis ALTISSIMO voluit: sic etiam nunc Ianus depulsus est diuini verbi fulmine, simulque detractus ad infernum in profundum lacu, ut ipsius Prophetæ verbis hoc dicam. Redeo nunc post excursus de Iano satis longum ad id quod proposueram. IANVM. ADVLTVM. Videlicet, ex antiquo C. FONTEI numismate desumptum fore characterem huius Annalis octavi: quo representet Romanæ ciuitatis prudenter tunc gubernatæ quamdam imaginem. Erit enim symbolum circumspecta, valideque virtutis, quæ iusti & equi terminis se continens, iniqua diruens, & adæquans (ut cylindrus in vertice Iani medio positus indicat) insuper ex præteritis prouidè futura disponens, vim maiestatemque sui imperij constantia forti tuetur, & cum iustitiæ laude, recteque factorum gloria terrarum ubique promouet & propagat. Quæ virtus quanto cum consensu, & quàm flagranti studio inter ordines Romanæ ciuitatis auitæ religionis cultu, legum & disciplinarum obseruantia, publici commodi, non priuati amore, nec non in omni officiorum decore, maximè durantibus duobus bellis Punicis, laudabiliter inualuerit, magna exemplorum Annales hos perlustrantibus occurret copia. Verum enimuerò cùm IANVS sua duplici facie imprimis sanæ mentis, ac rectè rationis Prouidentiam notet, & veteres poëtæ Græci finxerint admodum appositè sororem hanc esse Iustitiæ, & Fortunæ bonæ, non male matrem: persuasum populis fuisse colligimus, omnis felicitatis veræ Prouidentiam illam primam ac æternam esse fontem. Quæ cùm à summi numinis, vel Iouis (ut vocabant) Opt. Max. nutu dependens operetur, mundi dominam, omniumque in eo rerum procuratricem, atque ipsius etiam naturæ reginam existimasse videntur. Vis etenim siue facultas naturæ cùm summæ Prouidentie auspiciis ad generationem & incrementa rerum nascitur & progreditur, eiusdem filia non ineptè fingitur ab antiquis poëtis: qui hoc idem ex ipsis arcanis philosophiæ veteris hausisse videntur, ex qua primi ciuitatum conditores populis religionem & leges constituere conati sunt; fabulisque mysteria religionis suæ variis obtexere, quo profanum vulgus ab altiore contemplatione sacrorum arcerent, & dissertationes de deo, rebusque diuinis grauioribus ab imperitorum animis auerterent, ne disensionum essent exordia, priuatæque religionis ob ritus diuersos clandestina fierent in urbibus conuenticula. Itaque prudenter admodum Romanus, & quæuis alia benè constituta imperia publicæ religionis arbitrium penes solos eius Antistites esse voluerunt, quemadmodum disertè Valerius Maximus ex M. Tullio sic testatur: Maiores nostri statas solemnesque cærimonias, pontificum scientia; benè gerendarum rerum auctoritates, augurum obseruatione, Apollinis prædictiones, vatum libris; portentorum depulsa, Etrusca disciplina explicari voluerunt. quod vtinam etiamnum seruetur! Apud pontifices igitur, augures, decem-viros Sibullinorum librorum, & aruspices, diuini cultus, ac cærimoniarum præcipua cura manebat. His quidem non ignotam ex arcanis sacrorum mysteriis fuisse dictam æternæ Prouidentie filiam, certum est. Quam cùm Eutychem vel ἀγαθὴν τύχην Græci vocarent; ipsi Fortunam Bonam, Sanctam, ac Salutarem, variisque cognominibus aliis, quo hominum vota tendebant, honorantes, sicut ex ararum eius deæ nunc temporis Romæ atque ubique per Italiam, Romanasque prouincias extantium inscriptionibus

Iſaie c. xlv. Ianus, vt Lucifer cælo detrusus nunc.

Causa cur Ianus character huius libri.

Cylindrus in vertice Iani quid signet.

Felicissimus ciuitatis Romanæ status.

Prouidentia foror Iustitiæ, & Fortunæ bonæ mater.

Vis & facultas naturæ Prouidentie primæ filia.

Mysteria religionis cur fabulis obtexerint antiqui Vates.

Arbitriū religionis apud sacerdotes sacrorum peritos.

Fortuna Bona, Sancta, Salutaris, Prouidentie filia.

Eadē Primi-
genia dicta.

Veterū sen-
tētia de For-
tuta.

Fortuna Bo-
na in Capi-
tolio cur cul-
ta.

Capitolium
arx imperij
Romani
summūq;
Iouis tem-
plum.

A summe
Providētia
fonte mul-
tū.

Ingratus vir-
tutū studio-
sis regressus
ad obliuionis
ignauiam.
Lethæi cāpi
apud Plato-
nem.

Iani nau-
giū, felicita-
tis vehiculū.
Rerum in
mūdo varie-
tas instabi-
lis, mari vel
Oceano si-
milis.

Vitā homi-
nis nauī cō-
pararunt
Aegyptij,
vt animę ve-
hiculū cor-
pus sit.
Genius
naucletus.

palam est. Quin etiam nominarunt Primigeniam, quasi primogenitam ac generantem: cum forte crederent, omnium rerum metamorphoses, quæ Providentiæ diuinæ nutu in perpetuo sunt motu, & quarum ferè omnium causæ manifestæ non sunt, Fortunam vocari posse: non minus quàm vim ipsam naturæ, cum in actu est, & operatione nobis incognita. Eadem in sententia & Veteres Philosophos plures fuisse constat. Spensippus motum cuiuscumque rei ab occulto in occultum Fortunam esse dixit. Anaxagoras, Democritus, & Stoicorum nonnulli definierunt causam esse occultam humanæ rationi minimè cognitam. Plato rectiùs, non causam, sed quoddam *τὸ μὴ οὐρανόθεν ἢ ἀεραίοθεν* esse statuit: casum, scilicet, a seclam naturæ vel voluntatis aut delectus, & causam nihilominus earum rerum, quæ per accidens fiunt, & aliter fieri poterant. Plutarchus in Problematis rerum Romanarum inquirens cur Fortunam Primigeniam Romani vocent, & venerentur, inter alias & hanc causam adfert ex media philosophia, & naturalium rerum, vt ait, contemplatione depromptam. Fortunam, scilicet, rerum omnium principium esse, naturam verò *καὶ τὸ ζῶν*, secundum fortunam, vel euentis fortuitis constitui, quando ordinē inter se inordinata sortiuntur. In summo hæc igitur cultu fuit apud Romanos, & vt varij sunt rerum euentus, ac hominū vota multiplicia: sic variis etiam rituum ac sacrificiorum modis, diuersisq; in locis adorabatur. At in primis Providentiæ summæ filiam hanc, quam Primigeniam & Bonam dixerunt, in Capitolio apud Iouem Opt. Max. suū colere voluerunt: non secus ac Iunonem, Mineruam, Mentem, Nemesein, Fidem, ac Terminum, Ianumque: quo scilicet, regni, rationis, artium, nec non iustitiæ, atque virtutū omnium, quibus imperia conseruātur, potestates non negligerentur, opinati, salutem, nec non felicitatē humani generis harum numine conseruari. Quapropter in Capitolio Romano sacra fieri his solebant, cum arx imperij per orbem terrarum censeretur esse, sicut in capite mentis rectoricis ac providentiæ sedes est, sine quibus imperiū rectē tutari vel exerceri nequit, vnde etiam monti à capite nomen est auguratō. Præsidebat igitur in Capitolio numinum huic suæ clientelæ Iupiter Opt. Max. custos ac moderator imperij, cuius infinita providentiæ regi ac temperari omnia ad omne bonum, cum ipse dicatur Optimus, persuasum erat. Ab isto quidem supremo Providentiæ fonte multos defluere per mundi membra singula, perq; corpora animata quæcumque, numinis eiusdem riuos ac scaturigines, quibus omnia moderari ac regi (IANO cardinem vniuersi voluente, rerumq; vicissitudines temporum cursu mutante) vetusta Aboriginum illa theologia poetarum fabulis, & sacrificiorum ritu demonstrabat, nec aliud ferè diuini Platonis philosophia docere videtur. Sed hæc de Providentiæ & Iano forsā nimis multa. Verū quis ex amœnissimis istis heroum campis Elysijs subitō pedem retrahere, & per disertos Lethæos campos ad amnis Amelitæ ripas ignauas recurrere lubenter potest? Iam vt vt se res habet, non possum tamen non, vt charactera perficiam, hoc etiam loco quædam de Iani nauigio, quo cum omnigenæ felicitatis aureum quoddam seculum vexisse in Italiam fabulantur, adijcere. Cum autem elementorum, corporumq; animatorum in mundo motus ferè varius, incertus, & occultus videatur, multaq; passim præter expectationem humanæ rationis fiant: mundum ipsum Oceano mutationum procellis multis facundo perquam aptissimè compararunt olim Philosophorum primi, & humanarum rerum in vita varium & periculosum cursum, nauibus inter maris fluctus velificantibus. Vitam itaque, quam hic in mundo tamquam inter Oceani fluctus agit qualibet anima corpori connexa, nauis hieroglyphico notarunt item Aegyptij: in qua tamquam in sua quadam cymba vehitur patuli super æquora mundi, vt Lucretij poetæ verbis dicam, Genius rationis velum, & clauum regente.

Nec

Nec cuiquam deesse volunt remiges, aut nauales socios: nempe naturales ac ingeni-
 vigores, quibuscum impellit, & nauem suam prosperè moderatur, & ad portum
 optatum dirigit, quamdiu provide rationis facultas clauum tenet. Quapropter hæc
 Iani bifrontis, id est, provide virtutis nauis fortunam bonam, immò salutem, ac felici-
 tatem omnium maximam secum vehere haud absurde putabatur. Cuius argumenti
 typos varios & elegantes in Romanorum sculpturis, & nummis reperimus: vt in
 antiquissimis ratitis cum Iani, Saturni & Herculis capitibus: in quibus naues, tam-
 quam in portu tuto, saluæ & quietæ visuntur sine remis, velis, aut armamentis vllis.
 Quid enim aliud nobis ostendunt, quàm Iani providentiam, Saturnie mentis debitam
 temporum & occasionum obseruationem, atque iustam Herculis Alexicaci clauam po-
 pulis ac prouinciis tranquillum pacis portum aperire, & omnigenæ felicitatis aureum
 quoddam seculum aduehere? Quod Italiae quidem præstitisse dicta numina, finxere ve-
 teres: & barbaram Aboriginum gentem ad vitæ ciuilioris communionem religione, le-
 gibus, atque virtutum artiumque cultu traduxisse, fabulis elegantissimis insinuarunt.
 Itaque nauem non semper vnus animæ vehiculum esse voluerunt, sed vt nauium sunt
 plura genera & formæ, nec non diuerse molis ac magnitudinis: ciuitates etiam (quæ
 multorum hominum æquo societas iure simul viuentium coctus sunt) immò prouincias
 & imperia per sæculi sui tempestates nauibus vehi, perquam ingeniosa comparatione
 tradiderunt. Sic eleganter admodum Horatius Flaccus poëta carminum primo Ode XIV.
 ciuitatem imperiumque Romanum ciuiliū bellorum cladibus suo tempore conuulsum
 & exarmatum, noua tamen bella ciuilia cæco perturbationum ac partium discordan-
 tium studio reparantem, appellat nauem quassam ac laceram, armamentisque suis spoliā-
 tam: & ne se denuò fluctibus seuis ingerat, sed portum fortiter occupet, & teneat
 (nisi ludibrium ventis debeat) hortatur. Quem vide, Lector, & probabis ingenio-
 sam Poëtæ comparationem. Quin etiam antiqui Romanorum nummi plures, Augusti sci-
 licet & Caesarum aliquot successorum in gratiam ac honorem cusi FELICITATIS. AVG.
 titulo, representant nauem longam benè instructam, remorum iusto ceuimate nauigan-
 tem ad sedentis in puppe nauarchæ imperium sine velorum adminiculo, ne cogatur ven-
 tis, id est, volubili atque versuta fortunæ nonnumquam obsequi. Qua typi forma pul-
 cherrimè nobis demonstrant pacatæ, beneque constitutæ ciuitatis, ac reipublicæ formam,
 ac bonam fortunam prouidentia natam: cum eius successus principis prudentia, magi-
 stratumque debitis officiis, atque vniuersi administratione diligenter promouetur.
 Quod felicitatis publicæ præcipuum, atque securum esse fundamentum constat; non se-
 cius ac remigij nauigatio quamuis laboriosior, attamen tutior existimatur, atque felicio-
 que non mali vagi iactantia, velorumque inflata superbia, sed concordis remorum fit im-
 pulsus. Quare Græci hanc nauigationem prouerbio Δεύτερον πᾶν, hoc est, secundam &
 prosperam vocare solebant, vt Iulius Pollux, Pausanias, & Eustathius testantur.

Nūmi deo-
 rum cū na-
 uibus quid
 signent.

Nauis item
 rerum publi-
 carum vehi-
 cula.

Pacatæ &
 tranquille
 reip. nauis.

Remigij na-
 uigatio, se-
 cunda tuta-
 que.

IANVS ADVLTVS
LIBER VIII.
ANNALIVM ROMANORVM
STEPHANI VINANDI PIGHII.

ANNI P. R. C. DXIV.

Consules.

C. MAMILIVS. Q. F. Q. N. TVRINVS. Q. VALERIVS. Q. F. P. N. FALTO.



*Q. Ennius
poeta natus.*

CAIVS Mamilius & Q. Valerius in Cassiodoro & Mariano Consules in hunc annum proferuntur: Turinus & Falto in tabulis Græcis & Cuspiniani; incorrectè tamen in vtrisque Falco legitur pro Faltone. Rectè etiam nominat eosdem Gellius, loco superiore Annali adducto. Claudium, inquit, & Tuditanum Consules sequuntur Q. Valerius & C. Mamilius; quibus natum esse Q. Ennium poetam M. Varro in primo de poetis libro scripsit. Astipulatur Varroni M. Tullius in Bruto de claris Oratoribus: vbi anno ante natum Ennium fabulas dedisse L. Liuium Andronicum poetam testatur. Congruit item Sicco Polètonius Modestus libro de auctoribus Latinis secundo, Q. Ennium Tarantinum Rudiis natum scribens Q. Valerio & C. Manilio cons. sed corrigendum ibi nomen alterius Consulis, & legendum C. Mamilio.

*Pœnis denuò
suspecti.*

Consulum prouincias & res gestas obliuione sepeliit temporum iniuria & edacitas. Nihil enim de huius anni historia reperimus apud auctores, præter illa quæ adduximus: colligere tamen est ex antea dictis, & sequentibus rebus; Consules extra Italiam non mouisse arma, sed Gallorum Ligorumque conatibus suspectis intentos fuisse. Item Pœnis denuò bellum minatos esse, in Sardinia & Corsica aliisque mediterranei maris insulis penitus abstinerent: suspicio enim erat haud parua, Sardiniam Corsicamque ab ipsis Pœnis ad rebellionem contra Romanos concitari, vt ex Polybio & Zonara patet.

Prætores.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. Vrbanam. ///. ///. f. ///. n. ///. Peregrinam.
iurisdictiones. sortiti. obtinere.

L. Cornelius. L. f. Ti. n. Lentulus. C. Licinius P. f. P. n. Varus.
Caudinus.

Ædiles curules.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. ///. ///. f. ///. n. ///

L. Postumius. A. f. A. n. Albinus. T. Manlius. T. f. T. n. Torquatus.

Ædiles plebis.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. ///. ///. f. ///. n. ///

Sp. Caruilus. Sp. f. C. n. Max. [Q. Aulius. Q. f. Q. n. Cerretanus.
Ruga.

Tribuni

Tribuni plebis.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

M. Iunius. D. f. D. n. Pera. [C. Numitorius. C. f. C. nepos.]
 [C. Arennius. // . f. // . nepos] [C. Volscius. C. f. M. n. Fictor.]
 [L. Mamilius. L. f. Q. n. Vitulus II.] [L. Titinius. M. f. M. nepos.]
 [Sex. Curatius. C. f. P. nepos II.] [L. Papirius. Q. f. Q. n. Turdus.]
 [Ti. Veturius. T. f. T. n. Caluinus II.] [Cn. Apronius. Cn. f. C. n. Limo.]

Quæstores vrbanî:

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciales:

// . // . // . f. // . n. // . C. Mamilij. }
 // . // . // . f. // . n. // . Q. Valerij. } Coss. in * Italia *.
 // . // . // . f. // . n. // . Ostiensis. // . // . f. // . n. // . Gallicus.
 // . // . // . f. // . n. // . Calenus: // . // . // . f. // . n. // . * Lucernus *

Q. Fabius. Q. f. Q. n. Max. Verrucosus. II. Quem bis Quæstorem fuisse testatur antiqua inscriptio, adhuc temporis extans apud Petrum Victorium Florentiæ: sicut postea suo loco dicitur.

C. Atilius. M. f. M. n. Regulus. Filius alter M. Reguli bis Cos. à Pœnis capti, & vigilando necati: quem Silius Italicus libro belli Punici sexto Serrani cognomine videtur insignire: quod tamen in Consulatu eius Capitolini auctores non agnoscunt. Asses cum Iano & naui rostrata videntur huius esse cum titulo: C. ATTIL. REG.

L. Postumius. L. f. L. n. Megellus. Filius Consularis L. Megelli, quem in Censura simul ac Prætura mortuum esse legimus in Fastis Capitolinis. Atque huius Quæstoris denarius argenteus esse videtur cum Iouis Anxuris capite, & eius biga, in quo titulus iste est: L. POSTUMI. L. F. MEGELLVS.

[Q. Fabius. Q. f. M. n. Ambustus.] Cuius pater deditur Apolloniatis fuerat.

[P. Numitorius. C. f. C. nepos.] [C. Sallonijs. C. f. P. n. Sarra.]
 [A. Postumius. L. f. A. n. Albinus.] [Ser. Sulpicius. Q. f. Q. n. Paterculus.]

Prouincia.

// . // . // . f. // . n. // . Procös. Siciliam prorogato imperio extra ordinem obtinuit.

Q. Lutatius. C. f. C. n. Cerco.

Proquæst.

// . // . // . f. // . n. // . * Q. Lutatij * Procös. in Sicilia.

Cn. Cornelius. Cn. f. L. n. Blasio.

ANNI P. R. C. DXV.

Consules.

TI. SEMPRONIUS. TI. F. C. N. GRACCH. P. VALERIUS. Q. F. P. N. FALTO.

IN Cassiodoro & Mariano perperam Ti. Graccho iungitur P. Cornelius, pro P. Valerio: in tabulis Siculis siue Græcis, & iis quas citat Cuspinianus, Consulum nomina solum habentur Gracchus & Falto: quorum hic frater est Q. Faltonis anno superiore Consulis, qui propr. triumphauit de Pœnis. Zonaras autem prodit Sempronium

niū Gracchum & P. Valerium. Plenè satis recenſet Conſulum nomina libro quarto cap. xi. Oroſius, in hunc annum traducens bellum Falifcum, quod triennio antè geſtum fuit. Ait enim ibi ita: Ti. Sempronio Gracchio, P. Valerio Falſone Cōſulibus, cum Falifcis, bellauere Romani: vnoque in prælio xv. millia Falifcorum interfecta. Ceterum Polybius, Zonaras, Eutropius, & item Capitolini triumphi teſtantur bellum hoc Falifcum antea, vt diximus, geſtum fuiſſe.

Falifcorum
clades.

Bellum cum
Gallis ciſal-
pinis & Li-
guribus.

Anceps præ-
lium cum
Gallis.

Fortitudo

Conſulis in

iterando prælio

Victoria per-

tinax, &

magna Gal-

lorū clades.

Pœni multa-

ti.

Bellum cum

Sardis &

Corſis nouū.

Sardis ven-

alis.

Eodem anno, vt inquit ibidem Oroſius, Galli ciſalpini Romanis noui hoſtes exorti ſunt, aduerſum quos varia forte bellatum eſt. Item aduerſus Ligures tunc primū, vt ait Liuius, exercitus promotus: qui, vt Florus adijcit, Etruriam Romanorum prouinciam incurſabant. Igitur Conſules ſortiti ſunt prouincias, P. Valerius Galliam, Ti. Gracchus Ligures: de quibus ipſum obtinuiſſe victoriam ſcribit Io. Zonaras. P. Valerium verò à Gallis primò prælio ſuperatum fuiſſe; deinde cum auxilia ſibi mitti ab vrbe Roma intellexeret, denuò (priuſquam illa aduenirent) Gallos aggreſſum eſſe, vt ipſemet potiùs victoria potiretur, aut mortem oppeteret, atque idè fortuna quadam viciffè. Atque Oroſius idem ferè narrat, primò videlicet conſictu tria millia Romanorum cecidiſſe, ſecundo quatuordecim millia Gallorum occiſa eſſe: ſed ob priorem cladem Conſuli negatum triumphum fuiſſe. Addit Zonaras eiufdem anni quædam alia. Sardiniam quippe Pœnonis nondum à cladibus reſectos, miniſque Romanorum territos omnino reliquiſſe: pecunia inſuper multatos eſſe, quòd negotiatores Romanos in mari occurrentes deprædaſſe accuſarentur. Porrò bellum tum Romanos inceptaſſe cum Sardis & Corſis, qui imperiū detrectabant, & pacis cum Carthaginienſibus in itæ conditionibus ſtare, & à Pœnorum amicitia diſcedere nolebant, Sex. Pompeius nobis demonſtrat ex Sinnio Capitone variam originè antiquiſſimi prouerbij de Sardis venalibus explicans. Nam ſcribit Ti. Gracchum Conſulem collegam P. Valerij, Faltonis Sardiniam Corſicamq; ſubegiſſe, nec prædæ quidquam aliud quàm mancipia cœpiſſe, quorum viliffima multitudo fuerat. Hæc quidem Pompeius Feſtus ex Sinnio. Sunt tamen qui prouerbij originem referunt ad poſtteriorem Gracchum huius nepotem, qui de Sardis triumphauit, vt poſtea in ſuo Annali referemus. Ex iam dictis quidem fit manifeſtum, Ti. Gracchum Conſulem, conſecto Liguriſtico bello, exercitum ad Sardiniam hoc anno traieciſſe.

Prætores.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. Vrbanam iuriſdictionem fortitus obtinuit.
[C. Fabius. C. f. C. n. Piſtor.]

///. ///. ///. f. ///. n. ///. Peregrinam iuriſdictionem fortitus obtinuit.

M. Genucius. ///. f. ///. n. Cipo. Iſidem fortaiſſe cuius Tribuni plebis ob cauſſam triennio priùs Falifcum bellum fuit ſuſceptū: nullos enim alios Genucios inter eius temporis magiſtratus inuenio. Marci quidem prænomen hunc habuiſſe, colligi poterit ex bigatis argenteis antiquiſſimis, qui videntur eſſe cuſi ab iſtius filio ſicut indicat titulus inſcriptus: M. CIP. M. F. Sed hæc ita dicimus, vt in re tam veteri & obſcura nihil velimus affirmare. Illud tamen conſtat, Prætorem ipſum fuiſſe, & peregrinam iuriſdictionem obtinuiſſe: cum exercitū duxerit. Equidem ſuſpicor, P. Valerio Conſuli ſubſidio contra Gallos iuiſſe, quemadmodum tunc Prætores peregrini ad bellum, cum res poſtularer, sæpè mittebantur: quandoquidem Zonaras affirmet, vt antè dictum eſt, Valerio Conſuli poſt eladis nuntium ab Vrbe mox auxilia ſummiffa fuiſſe. Huic autem Genucio Prætori, cum

Rarum pro-
digium, & eius
ſuperſtitioſa
procuratio.

Genucij erga
patriam pie-
tas, & obser-
nantia iura-
menti publi-
ci religioſa.
Rauduſcu-
lana portæ
vix ſic dicta.

paludatus exiret, rarum & admirabile prodigium obueniſſe refert Valerius Max. lib. v. cap. vi. exempla pietatis in patriam recenſens his verbis: Genucio Cipo Prætori paludato portam egredienti nouum & inauditum generis prodigium incidit. Nam in capite eius ſubitò veluti cornua emerferunt; reſponſumque eſt, regem eum fore, ſi in Urbem reuertiffet. Quod ne accideret, voluntarium ſibi met, ac perpetuum indixit exilium. Dignam pietatem, quæ (quod ad ſolidam gloriam attinet) ſeptem regibus præferatur. Cuius teſtandæ rei gratia capitis effigies ærea, qua exceſſerat, portæ incluſa eſt; dictaq; Rauduſculana, quòd olim æra raudera dicebant. Sed Epicuri ſectator Plinius, hiftoriæ naturalis lib. xi. cap. xxxvii. Genucij Cipi hæc cornua non ſecus ac Acteonis, fabuloſa fuiſſe intelligit. Sic enim ait: Cornua multis quidem & aquatiliū, & marinorum, & ſerpentium variis data ſunt modis: ſed quæ iure cornua intelligantur, quadrupedum generi tantum. Acteonem enim, & Cippum etiam in Romana hiftoria fabuloſos reor. Quin hanc eandem hiftoriam, niſi malumus dicere fabulam, narrat item in transformationibus ſuis Ouidius poëta lib. xv. eleganter & lucidè: prodigium iſtud à bello redeunti Cipo vel

vel Cippo, (quemadmodum posteriores cognomen hoc scripsere protuleruntque) obuenisse scribens. Intellectaque eius significatione Urbem non intrasse, sed extra eam conuocasse Senatum ac populum, de prodigio retulisse, ac sibi met ultro, ne quid res publica fati suo detrimenti acciperet, exilium decerni voluisse. Ex S. C. igitur M. Cippo decretum aratro circumscribere posset, ex cuius redivis viueret; effigiemque capitis cum cornibus ad rei memoriam æratis postibus insculptam fuisse. Sed ipsum audiamus Poëtam hæc pulchre canentem. Cuius tamen versus omnes adducere non constitui, sed eos breuitatis causa præteribo, qui salua historia omitti possunt:

M. Cippo pro pietate in patriam honores decreti, & agri publici modus decretus.

** At sua fluminea quæ vidit Cippus in vnda
Cornua: vidit enim, falsamque, in imagine credens
Esse fidem, digitis ad frontem sæpe relatis,
Quæ vidit, tetigit. Nec iam sua lumina damnans
Restituit, ut victor domito veniebat ab hoste.
Ad calumque, oculos, & eodem lumina tollens,
Placat odoratis herbosas ignibus aras,
Vinaque, dat pateris, mactatarumque, bidentum,
Quid sibi significent, trepidantia consulit exta:
Quæ simul aspexit Thyrrene gentis aruspex,
Magna quidem rerum molimina vidit in illis.
Rex, ait, o salve: tibi enim, tibi Cippe, tuisque,
Hic locus, & Latia parebunt cornibus arces,
Tu modo rumpe moras, porta que, intrare patentes
Appropera, sic fata iubent. Namque Urbe receptus
Rex eris, & sceptro tutus potiere perenni.
Rettulit ille pedem, toruamque, à manibus Urbis
Avertens faciem; Procul o procul * omina, dixit,
Talia dæ pellant; multoque, ego iustius euum
Exul agam, quam me videant Capitolia regem.
Dixit: & extemplo populumque, grauemque, Senatum
Conuocat; & prisco diuos de more precatus;
Est, ait, hic vnus, quem vos nisi pellitis Urbe,
Rex erit; is qui sit, signo, non nomine dicam.
Cornua fronte gerit, quem vobis indicat augur
Si Romam intrarit, famularia iura daturum.
Is si dignus erit, grauibus vincite catenis,
Aut finite metum fatalis morte tyranni.
Latè sonat populus; sed per confusa * frementis
Verba tamen vulgi vox eminet vna, Quis ille est?
Et spectant frontes, prædictaque, cornua querunt.
Rursus ad hos Cippus: Quem poscitis, inquit, habetis.
Et dempta capiti, populo prohibente, corona;
Exhibuit gemino præsignia tempora cornu.
Demisere oculos omnes, gemitumque, dedere.
Atque illud meritis clarum, quis credere possit?
Inuiti videre caput, nec honore carere
Vlterius passi, festam imposuere coronam.
At proceres, quoniam muros intrare vetaris,
Ruris honorati tantum tibi Cippe dedere,
Quantum depresso subiectis bobus aratro
Complecti posses ad finem lucis ab ortu.
Cornuaque, * aratis miram referentia formam
Postibus insculpunt, longum mansura per euum.*

** Aut, in vulgatis.*

** omina, malè in vulgatis.*

Aruspicina quanta tunc religio.

** frementis, malè in vulgatis.*

** aratis, malè in vulgatis.*

Sed in vulgatis Ouidij exemplaribus perperam legitur, Cornuaque auratis, pro æratis. Nam Valerij Max. locus adductus ostendit, æream capitis ipsius effigiem portæ inclusam fuisse. Item M. Varro, portam Raudusculam nuncupatam esse scribens, quod ærata fuit, libro quarto de lingua Latina; propterea quod æs raudus tunc diceretur. Cuius rei item Sex. Pompeius Festus meminit. Sed si eius de verborum significatione libri ad nos peruenissent integri, plurimum fortasse lucis huic historię adferret, quantum ex minutis illis

fragmentis Antonij Augustini, doctissimi viri cura ac diligentia in vsum studiosorum publicatis colligere possumus: in quibus adhuc Prætoris Cippi prænomen, & Valerij Consulis nomen videmur agnoscere.

Ædiles curules.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
M. Æmilius. M. f. M. n. Lepidus. [Ap. Claudius. Ap. f. Ap. n. Crassus.]

Ædiles plebis.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
M'. Pomponius. M'. f. M'. n. Marho. [C. Atilius. C. f. M. n. Regulus.]

Tribuni plebis.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
Cn. Fulvius. Cn. f. Cn. n. Centuinalus. M. Pomponius. M'. f. M'. n. Marho.
[L. Anicius // . f. // . n. Gallus.] [Q. Papius. Q. f. Q. n. Turdus.]
[M. Aquilius M. f. M. n. Florus.] [L. Carvilius. L. f. Sp. n. Maximus.]
[M. Aulius. M. f. Q. n. Cerretanus.] [C. Ælius. C. f. C. n. Pætus.]
[M. Curius. M'. f. M'. n. Dentatus.] M. Claudius. C. f. // . n. Glieia. III.

Quæstores urbani.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciales.

// . // . // . f. // . n. // . P. Valerij. cos. in Gallia.
// . // . // . f. // . n. // . T. Gracchi. cos. in Liguria.
// . // . // . f. // . n. // . Gallicus. // . // . // . f. // . n. // . * Lucrinus *
// . // . // . f. // . n. // . Ostiensis. // . // . // . f. // . n. // . Calenus.

C. Seruilius. P. f. // . nepos. Qui postea Prætorius, teste Polybio libro tertio, à Boiis Gallis captus est, cum triumuir esset coloniarum deducendarum Placentiam, transcendente cum exercitu in Italiam Annibale Pœno. Liuius hunc Seruilium sella curuli sedisse scribit lib. xxx. & filio Consule C. Seruilio tandem liberatum è seruitute fuisse, quemadmodum suo loco postea dicemus. Cognomen huius non inuenio, constat tamen plebeium fuisse. Nam ex eo duo prognati sunt gemini Seruilij, Caius & Marcus, ambo Consulares, collegæ patriciorum in Consulatus magistratu, quo maximè tempore hic duobus ordinibus æque semper communicabatur Consulatus.

L. Cornelius. M. f. // . n. Cethegus. Pater C. Cethegi Consulatis postea, sicut ex Capitolinis marmoribus colligimus.

[M. Lætorius. M. f. M. n. Plancianus.] Filius M. Planciani magistri equitum anno CDXCVI.

T. Quinctius. L. f. // . n. Flamininus. Pater T. Quinctij, qui Philippum Macedoniarum regem deuicit: nam ita proditur in tabulis Capitolinis in filij titulis.

Q. Cassius. // . f. // . Longinus. Auus Q. Longini, qui Consul anno DXXCIX. mortuus est in magistratu, quemadmodum ex marmoribus Capitolinis colligere possumus. Ab hoc igitur tempore Longini plebeij Cassij ad Reipublicæ administrationem peruenisse primum reperimus: nec ante illum Q. Cassium, cui ob res male gestas C. Cotta Consul anno DL in Sicilia tribunatum militum abrogauit, ut Zonaras memorat, quempiam post Viscellinos patricos Cassium inuenire facile est in historia. An verò hic idem fuerit, videant studiosi, quando temporis interuallum non admodum refragatur.

[Cn.

[Cn. Quinctius. L. f. L. n. Capitolinus.] [P. Mælius. P. f. C. n. Capitolinus.]
 [M. Pinarius. L. f. L. n. Natta.]

Prouincia.

.. .. f. .. n. .. Procos. Siciliam cum imperio extra ordinem obtinuit.

Q. Valerius Q. f. P. n. Falto. Post Consulatum, cum antea Prætor cum C. Lutatius cos. vt dictum est, Pœnos Siciliâ expulisset, prouinciaque illa debellata primus propr. ex eadem triumphasset.

Proquæst.

.. .. f. .. n. .. * Q. Valerij * procos. in Sicilia.
 C. Atilius M. f. M. n. Regulus.

ANNI P. R. C. DXVI.

Consules.

L. CORNELIUS. L. F. TI. N. LENTULUS. Q. FULVIUS. M. F. Q. N. CAUDINUS. FLACCUS.

CASSIODORUS & Marianus L. Cornelium & Q. Fulvium Consules expriment: Zonaras, L. Lentulum & Q. Flaccum: Cuspiniani & Siculæ Græcæ tabulæ, Caudinum & Flaccum, quod alterum L. Cornelij cognomen in Capitolinis etiam extare videmus. Eutropius pleniùs hos nominat L. Cornelium Lentulum & Q. Fulvium Flaccum. Valentiam deducta colonia post biennium quàm Spoletium, vt auctor Velleius est. Sed vt ad bella veniamus, sequenti anno, vt inquit Zonaras, L. Lentulus & Q. Flaccus Consules contra Gallos bellum gerentes, dum vnà tendebant, insuperabiles erant. Sed cum separati loca quædam maioris prædæ cupiditate vastare cœpissent, Q. Flacci castra ab hostibus nocte circumfessa in periculo fuerunt. Barbari verò rum repulsi sunt, sed multis postea fortiorum auxilij adiuti, denuò in Romanum agrum excurrerunt. De bello quidem Ligustino illius anni nihil Zonaras scribit, sicut nec Eutropius de Gallico. Verùm hic lib. III. narrat, Hieronem regem è Sicilia his Consulibus ad ludos spectandos Romam venisse, & Hiero Suracusianorù rex Romanis ludis ducenta millia modium tritici populo dono dedisse. Quod fortasse commodiùs intelligendum erit de insequentis anni sæcularibus ludis, quorum fiebat tunc apparatus: ideoque dos spectantiù venit. Annonæ vilitatem voluisse regem liberalitate sua procurare necessariam tantæ hominum frequentia ad tam raros ludos concurrentium. Addit idem Eutropius, Pœnos bellum reparare molitos fuisse, Sardos, qui ex conditione pacis parère Romanis debebant, ad novos motus instigando: venisse tamen Romam legatos, ac reconciliationem impetrasse. Per legatos se excusando reconciliationem impetrant. Meminit item Appianus Alexandrinus in Iberica & Africana. Ex quibus colligere est insulas Sardiniam Corsicamque necdum profus subactas imperio Romano paruisse.

Prætores.

.. .. f. .. n. .. Urbanam iurisdictionem sortitus obtinuit.
 L. Pöblicius, L. f. L. n. Malleolus.

.. .. f. .. n. .. Peregrinam iurisdictionem sortitus obtinuit.

L. Furius. .. f. .. n. Bibaculus. Pater L. Bibaculi, qui anno DXXXVII. in prælio Cannensi Quæstor cecidit. Hic Prætor quidem nunc temporis inter ciues & peregrinos fuisse videtur, atque cum imperio extra ordinem missus in prouinciam: cum teste Valerio Maximo sex securium insignia habuerit: quæ nisi in prouinciam ituris magistratibus dabantur cum imperio, vt antea suo loco declarauimus. Ait autem hunc Furium à patre suo collegij Saliorum Præfule siue magistro iussus, cum in prouinciam accepto imperio abire deberet, arma ancilia sex licitoribus præcedentibus tulisse, quemadmodum pulchrè Valerius his verbis explicat, lib. I. cap. I. de religione: L. Furius Bibaculus pij simul & religiosi animi laude fraudandus non est; qui Prætor à patre suo collegij Saliorum magistro iussus, sex licitoribus præcedentibus, arma ancilia tulit, quamuis vacationem huius officij honoris beneficio haberet. Atque ita Valerius. Obedientia verò & religionis laudem meruit Prætor Furius. Porro superstitionem non immeritò Lactantius Firmianus irridet diuinarum Institutionum libro primo, vbi de ancilibus sacris verba facit: Quid de scutis, inquit, iam vetustate putridis dicam? quæ cum portant, deos ipsos se gestare

gestare humeris suis arbitrantur. Nam Furius Bibaculus inter præcipua pietatis exempla numeratur : qui cum Prætor esset, tamen licitoribus præeuntibus ancile portavit, cum haberet magistratus beneficio eius muneris vacationem. Non ergo ille Furius, sed planè furiosus fuit, qui Præturam hoc ministerio se putavit ornare. Hæc ibi Lactantius. Sed hic Prætor Furius non ante finem Martij mensis in provinciam iuit, quando Quinquatribus ancilia Romæ portarit. Verisimile autem est, eum missum fuisse vel auxilio Consuli Q. Flacco ab hostibus circumfesso, vel in Sardiniam Pœnorum instigatione inquietam, ut antè ex Zonara & Eutropio dictum est.

Ædiles curules.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..
 Cn. Cornelius. Cn. f. L. n. Blasio. Q. Fabius. Q. f. Q. n. Max. Verrucosus.
 Q. Fabij Verrucosi curulis ædilitas recensetur inter alios eius magistratus & honores in antiqua inscriptione, quam post item addemus.

Ædiles plebis.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..
 D. Iunius. D. f. D. n. Pera. [Cn. Pomponius. Q. f. Q. n. Rufus.]

Tribuni plebis.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..
 f. .. n. f. .. n. ..
 f. .. n. f. .. n. ..
 f. .. n. f. .. n. ..
 f. .. n. f. .. n. ..
 C. Minucius. C. f. .. n. Rufus. [M. Minucius. M. f. M. n. Fessius.]
 [M. Iuuentius. M. f. M. n. Thalna.] [M. Otacilius, M. f. C. n. Crassus.]
 [Q. Pomponius. L. f. Q. nepos.] [D. Iunius D. f. D. n. Brutus.]
 [C. Sempronius. C. f. Ti. n. Longus.] [C. Calpurnius .. f. .. n. Piso II.]
 [M. Marcius. M. f. M. n. Ralla II.] [M. Allienius. M. f. M. nepos.]

Quæstores urbani.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..

Quæstores prouinciales.

.. .. f. .. n. .. L. Lentuli. }
 f. .. n. .. Q. Flacci. } Coss. in Gallia & Liguribus.
 f. .. n. .. * Lucerinus * f. .. n. .. Calenus.
 f. .. n. .. Ostiensis. f. .. n. .. Gallicus.

A Calatini numismata.

Penatium capita laureata.

Agricultura studii apud veteres nobilissimum.

Cortina significatio.

A. Attilius. A. f. A. n. Calatinus. A. Calatini bis Consulibus & Cenforibus filius. Cuius videtur esse nummus cum Iano & rostrata naui. Eum expressit Hubertus Goltzius in Fastis suis. Sunt & argentei ab eodem fortasse cusi, quibus antiquitatem suæ gentis, atque honorata familiarum studia non indoctis argumentis celebrauit. Ostentant namque in vno latere Penatium duo laureata capita, quasi cum Ænea & Troiæ Penatibus gentis principes primùm in Italiam venissent, pignoraq; imperij hæc religiose semper coluerint. Alio autem in latere vides ex cortina vel tripode binos lauri ramulos exurgentes, spicamque erectam à dextris, & sub tripode raphanum cum nomine, A. ATILI. A. F. CALATIN. Quibus sanè symbolis demonstratur antiquum Atiliæ gentis studium agriculturæ, laudatissimum apud Romanos ac Italos olim; à quo sibi honoratioris eius gentis familiæ cognomina sumpserunt: ut Serrani à ferendis agris, quod in nummo spica; Bulbi autem ob olerum ac hortorum culturam vocarentur, quod raphani radice significare videntur voluisse. Iam verò cortinam inter vasa rustica coquendis condiendisque terræ fructibus aptissimâ, in tripodis Delphici specie figuratam, Appollini sacratam esse voluerunt, cultum numinis atque sapientiæ perquam necessarium esse putantes ad omne opus feliciter promo-

promouendum perficiendumque. Laurei autem in cortina ramuli haud dubie diuini numinis tutelam atque custodiam signant, gentium atque locorum vbique quam maximis votis optandam. Veteres enim, vt Proclus auctor est, laurum Tutelæ consecrarunt, quod in locis vbicumque fuerit, incolumitatem præbeat: Deum etenim iras placare, fulmina auertere, dæmonum maleficorum noxas dispellere, insidias amoliri, contra venena morbosque pollere credebatur. Hinc frequens eius vsus in sacrificiis, ac in omni re tam publice quam priuatim feliciter peragenda fuit apud antiquos semper auspiciatissima. Quare salutaris ominis causa lauri folia cum caricis Romani Kal. Ian. nouis magistratibus suis inituris offerre solebant: qui laurum boni Genij plantam appellarunt, locumque vbi haberetur, neque à sacro vilo morbo, neque à dæmone infestari persuasum habuere, quem admodum apud Constantinum Cæsarem in Geponicis legimus. Non solum igitur Ioui, Apollini, atque aliis diis maiorum gentium sacram laurum esse Romani putarunt, verum etiam minorum, quos Græci *Μετοινες*, Apuleius & alij Medioximos vocarunt, inter quos habiti Penates, Lares, Genij, Salus, Vesta, Victoria, ceterique tutelares humani generis, vt antiquis persuasum erat.

Lauri ramuli quid signent. Lauri virtus.

Laurus boni Genij plantam cum caricis auspiciatissima ferunt.

C. Flaminius. C. f. L. nepos. Vir temerarius, atque aura populari inflatus, qui postea Consul iterum magnæ ad Trasimenum cladis auctor & causa fuit, vbi & ipse occisus, vt latius suis locis. Eius extant bigati ordinarij cum Romæ facie, & Victoria bigam agitante, sub qua, C. FLAMINI. C. F.

P. Valerius. L. f. M. n. Flaccus. Cuius consulatus sequetur in Capitolinis item marmoribus.

[Sp. Furius. Sp. f. M. n. Philus.] Frater P. Philii, Consularis, ac triumphalis, qui in Censura mortuus est.

C. Lælius. C. f. // nepos. Pater C. Lælij, amicitia P. Africani maioris clarissimi.

[M. Claudius. M. f. M. n. Marcellus.] Nepos illius Marcelli, qui Consul anno CDLXVI. fuit.

[A. Manlius. A. f. A. n. Vulso. L. Manlius. L. f. L. n. Torquatus. Longus.]

Hic legatus postea in Græciam est missus, & mortuus Pontifex anno DLI. vt auctor Lilius est lib. XXVII. & XXX. Huius videri poterunt argentei, in memoriam principis familiaria cæsi, cum torque Gallico, quem T. Manlius occiso Gallo detraxerat, vnde primum Torquatus vocari cœpit ipse, & eius deinde posterij. In eodem torque caput Romæ deæ galea tectum, tamquam in corona positum cum notis, ROMA. X. A tergo nummi eques armatus decurrit, additum nomen, L. TORQVA. EX. SC. cuius in Quæstura videtur cuspis, cum adsit nota Q.

L. Torquatus denarius in Quæstura cuius cum torque Gallico.

Prouincia.

//. // . // . f. // . n. // . Procos. Siciliam prorog. imp. obtinuit. Q. Valerius. Q. f. P. n. Falto.

Proquæst.

//. // . // . f. // . n. // . * Q. Valerij * procos. in Sicilia. C. Atilius. M. f. M. n. Regulus.

L. CORNELIVS. L. F. TI. N. LENTVLVS. ANNO DXVI. CAVDINVS. COS. DE LIGVRIB. IDIB. INTER kal.

Ligustini belli hoc anno gesti solus Eutropius quædam attingit lib. tertio, tradens L. Cornelio Lentulo, Fulvio Flacco Consulibus, quibus Hiero rex Romam venerat, cum Liguribus bellatum fuisse, & eos Consules primum legiones trans Padum duxisse, & cæsa in præliis Ligurum & Insubrum xxiv. milia, capta v. milia, atque de his triumphatum fuisse. At verò Capitolinus hic triumphus vnū L. Lentulum Consulem ea gessisse indicat, Fulvio collega, vt opinor, cum Gallis belligerante, sicut ex Zonara colligimus. Ligures Cætero in Rulliana secunda duos & agrestes esse dicit, ob agri, quem incolunt, asperitatem. Dionysius Halicarnassæus antiquissimos populos ait esse, & ante Gallos Italiam infedisse, & latissimam non solum Italiæ, sed etiam vltioris Galliæ partem obtinuisse. Vnde autem in Italiam vel Galliam irruerint, pro incomperito relinquit. Cisalpini autem Ligures inter Varum & Macram amnes habitauerunt, ac deinde in Etruriam quoque ad Arnum vsque peruenerunt. Apenninum ipsos etiam incoluisse ab Alpibus & Nicæa ad

Legiones Romanæ trans Padum dæsa primum. Ligures populi.

Cisalpini Ligures.

*Montani Ligures.
Maritimi Ligures.
Ligur Phætonis filius.*

Ligurum populi mult.

Eorū mores.

Arni & Tiberis vsque fontes, C. Sempronius auctor est: cui ad stipulari videtur libellus iste, qui ex Catonis originibus excerptus extat. In montanos autem & maritimos diuidi consentiunt. Montanos quidem à Tiberis, Arni & Macræ fontibus per Apenninum, inter quos Apuani; maritimos verò à Pisa & Arni ostio Nicæam & Massiliam vsque effundi tradunt scriptores, inter quos Polybius non leuis auctor est. Quibus finibus & magnas Galliæ Etruriæque partes comprehendunt. Nomen habuisse scribunt à Ligure Phætonis filio: nam is omnium primus, vt volunt, multis sæculis ante Pelagos & Euandrum colonias in Italiam transportauit, sed obscurum est vnde. Varios autem Ligurum populos reperimus apud auctores. Apuani nominantur à suprâ citatis: Sallij, Deceatis, Oxobij, Euburiates à Floro: insuper à Liuiο diuersis in locis Contrubij, Intemelij, Ingauni, Garuli, Lopicini, Hercates, Briniates, Illuates, Celelates, Cerdiciates, Læui, Libui, Vocontij, Friniates, Epanterij, Statellates, quos Plinius Statyellos videtur appellare, qui lib. 111. cap. v. præter hos & suprâ scriptos adducit etiam Venenos, Caturigoes, Vangiennos, Vibellos, Magellos, Casinates, Veliates. Regionem igitur incoluerant amplam, sed primis illis temporibus incultam, & asperam siluis & montibus, vt maior aliquantò Romanis esset labor, Liuiο & L. Floro testibus, inuenire, quàm vincere hostem Ligurem, tutum locis & fuga; durum, & laborum patientem; fallacem, & ex infidijs atrocina potius, quàm bella gerentem. Sed plura de his vide apud Strabonem, Melam, & alios. Ceterum Ligures omnes tandem subactos cum Insucribus, ac Boiis Gallis, aliisque vicinis in vnam prouinciã redegere Romani, & Galliam Cisalpinam appellarunt, vt postea dicendū erit.

ANNI P. R. C. DXVII.

Consules.

P. CORNELIVS. L. F. TI. N. LENTVL. C. LICINIVS. P. F. P. N. VARVS.
CAVDINVS.

C Licinium, P. Cornelium Consules in hunc annum Cassiodorus & Marianus prodidère: Caudinum & Varum, Cuspiniani & Græcæ tabulæ. Ex his Varum aliqui perperam nominant Varronem; cum hoc Terentiorum sit familiare cognomen, non Liciniorum. Zonaras P. Lentulum & Licinium Varum Consules adducit, habenturque etiam in Cenforino de die natali, vt paulò post edisseram.

*Prodigia ex Eutropij manuscripto codice, que in impressis non habentur.
Gallorū ingens motus cum Transalpinis auxiliis cōtra Romanos.
Plebeia Boiorum seditio contra suos principes.*

Portenta his Consulibus euenisse magna, tradit Marianus, & de eisdem loqui videtur Eutropius; nempe in Piceno flumen sanguine fluxisse, & apud Tuscos cælum ardere visum, atque Arimini nocte tres simul lunas multa luce fulgentes apparuisse scribens; sicut in manuscripto Sanctensi Eutropiano codice legimus. Ob Gallorum ingentem motum ambobus Consulibus Gallia prouincia decreta est. Boiorum namque reguli, quemadmodum Zonaras memorat, Transalpinis etiam Gallis clam inconsulto populo in auxilium accitis, maximum conflant exercitum: atque ea freti multitudine, Ariminensem agrum, & urbem à Romanis olim colonia occupatam, per legatos repetere sunt ausi. Interea Boiorum multitudo plebeia, militem externum in agris suis non ferens, cum regibus in disensionem venit; iisdemque interfectis, qui Transalpinos ignara plebe vocarant, adiunctoque vicinorum auxilio contra aduenas, ad prælium accingitur. Concursum est prælii atrociter, atque adeò magnus vtriusque Gallorum numerus cecidit, vt Gallicus ille tumultus, quiescente Romano, per se conciderit; Boij tamen, quòd rebellassent, magna agri parte multati sunt. Hæc ferè de motu eius anni Gallico Zonaras, à quo nihil ferè discrepat Polybius libro secundo, scribens Gallos, cum post priores clades à Romanis acceptas annis circiter quadragintaquinque quiescissent, rursus bellum mouisse, Gallis Transalpinis clam inconsulta plebe in auxilium vocatis. Itaque cum Transalpini ad Ariminum congregarentur, Boiorum multitudinem harum rerum ignaram repentino illorum aduentu admodum fuisse perculsam, adeò, vt regibus etiam propriis suis Ate & Galato, qui eos acciuerant, interfectis, acie cum Transalpinis ipsi conflixerint: Romanos autem motu Transalpinorum perterritos exercitum eduxisse, sed audita Gallorum inter se pugna, domum rediisse. Sic item de illius motu euentu Polybius. Verum, vt Zonaras addit, P. Lentulus deinde Consul contra Ligures arma mouit, quos cum leuibis aliquot præliis vicisset, castella eorum quædam expugnauit. C. Varus Consul Sardiniam obtinuit, & in Corsicam traiecturus, ob nauium inopiam Claudium Gliciam Legatum suum cum parte exercitus præmisit. Qui

*Expeditio P. Lentuli cos. contra Ligures.
In Zonara male Claudius Gliciam legitur.*

in colloquium veniens, ante aduentum Consulis pacem cum Corfis fecit, quam Senatus Claudio dedito, non tamen recepto, fecit irritam. Consul Varus cum appulisset, Corfos *Corfi subacti.* subegit. Et hæc pulchrè quidem Zonaras libro Annalium secundo; in quo tamen mendoso atque inaudito cognomine hic Claudius appellatur Clinia. Sed is error librarij imperiti est, quem binæ literæ fefellerunt: vix enim dubito, quin hic fuerit ille M. Claudius *M. Claudij Glicia miserabilis existus.* Glicia viator ac scriba P. Claudij cos. ambitiosus, ac ineptæ leuitatis homo, qui antea per ludibriū Dictator dictus ad paucas horas, moxque Senatusconsulto abdicare coactus est; ludos tamen postea, velut summo magistratu functus, in honoris prætexta spectare est ausus. Vt igitur summi imperij fuit opprobrium, ita tandem inconstantis fortunæ exemplum miserabile factus, inconsultæ temeritatis suæ, qua sui Imperatoris officium ac munus inuolare est ausus, pœnas pendit, grauisimam populi Romani in dignitate Consulari ac disciplina militari vindicanda seueritatem experiendo. Nam vt Valerius Max. libro VI. cap. III. Zonaræ conueniens scribit, M. Clodium istum Senatus Romanus Corfis, qui turpem cum his pacem fecerat, dedito. Quem ab hostibus non acceptum, in publica custodia necari iussit, & corpus vnco per Gemonias in Tiberim trahi. Semel, inquit, læsa maiestate imperij, quot modis ira pertinax vindex? Factum eius rescidit, libertatem ademit, spiritum extinxit, corpus contumelia carceris, & detestanda Gemoniarum scalarum nota fœdauit. Atque hic quidem Senatus animaduersionem meruerat. Meminit item Ammianus Marcellinus historiarum libri XIV. fine, mutabilis fortunæ exempla proponens: Eadem, inquit, Mancinum post imperium Numantinis, summa *Fortuna inconstans exempla.* atrocitate Veturium * & Claudium Corfis substrauit, feritati Carthaginis Regulum. Sed mancus Marcellini locus iste est. nam vt sibi constet historia, legendum videtur: summa atrocitate Veturium Samnitibus, & Claudium Corfis substrauit. T. Veturius enim Consul propter pacem Caudinam iniussu populi factam, hostibus Samnitibus cum collega suo deditus fuit; vt suo loco declaratum est. Et quamuis non reciperetur ab hostibus, domestica tamen afflictus ruina moritur; adeo, vt eius filius ob æs alienum patris secundum leges creditoribus in seruitutem fuerit addictus, vt auctor est Valerius Max. libro VI. cap. primo.

LVDI. SÆCVLARES. TERT.

M. AEMILIO. M. F.

MAG. X. VIR.

M. L. LUIO. M. F. M. N. SALINATORE.

Anno p. R. c. DXVII.

Ex S. C. facti sunt.

Verba hæc maiusculis literis scripta, quamuis in margine extra ordinem in tabulis Capitolinis adiecta sint, ad amissum tamen respondent huius anni Consulibus, P. Cornelio Lentulo & C. Licinio Varo. Vnde constat, Capitolinorum Fastorum auctores in ludis *Ludorū secularium ordo in Capitolinis Fastis obseruatus.* sæcularibus assignandis, non Cassium Heminam, non Valerium Antiatem, non L. Pisonem, nec Liuium sequi: sed commentarios xv. virum sacris faciendis, quorum munus erat ludos sæculares suo tempore, centesimo decimo quoque anno, Sibyllinorum carminum ex auctoritate celebrandos edicere. Quod exactissimum sæculi spatium obseruauit etiam Augustus Cæsar, vt suo loco dicam latius. Hoc autem anno per xv. viros sacrorum (is enim erat tum temporis numerus illius collegij) ludos tertio factos fuisse ostendit marmor Capitolinum, adiungitque magistros, qui ludis præsuere M. Æmilium M. f. & *Magistri de comitum.* M. Liuium Salinatorem; patricium vnum videlicet, & plebeium alterum. Et nisi maiorem Capitolinorum Fastorum partem nobis aboleuisset temporum iniuria, procul dubio & reliquorum ludorum magistros haberemus. Sed quod ad hos tertios attinet, Censorinus in libello de die natali, cap. XIV. duplicem adfert de eorum tempore opinionem. *Duplex opinio auctorum.* Primum Valerij Antiatis & Liuij, qui volunt celebratos fuisse P. Claudio Pulchro, L. Iunio Pullo Consulibus, anno Urbis DIIII. alteram adducit ex commentariis xv. virum: ex quorum ordinatione hoc anno facti dicuntur à Capitolinis auctoribus. Sed audiamus Censorinum ipsum, vt cognoscas, Lector, quam eo loco mutilum & mendosum reliquerint non bis librarij: Tertij, inquit, ludi fuerunt Antiate Liuioque auctoribus, P. Claudio Pulchro, L. Iunio Pullo coss. * anno quingentesimo duodeuicesimo, P. Cornelio Lentulo, C. Liuiio Varro. Vides vni eidemque anno, quaternos, adeoque diuersos tempore ascribi ibidem Consules; itaque nonnulla sunt interferenda, quæ librario exciderunt in scribendo, propter annum quingentesimum bis repetitum (vt apparet) errore nato. Nam potius, vt nobis demonstrat historiæ veritas ipsa, legendum videtur: Tertij ludi fuerunt Antiate Liuioque auctoribus, P. Claudio Pulchro, L. Iunio Pullo Consulibus, anno quingentesimo quinto; vt verò est in xv. virum, anno quingentesimo duodeuicesimo,

P. Cornelio Lentulo, C. Licinio Varo Consulibus. Sed, vt antea admonui, Censorinus hic auctor ex Varronis sententia discrepat anno vno plerumque à tabulis Capitolinis.

CENS. L. CORNELIVS. L. F. TI. N. Q. LVTATIVS. C. F. C. N. CERCO.

LENTVL. CAVDINVS.

IN. MAG. M. EST.

Censura in-
castum de-
creta. Censores hoc anno fuisse, apud alios auctores non reperimus, eorum nomina, & hæc tantum ex tabulis Capitolinis cognoscere licet, lustrum scilicet non conditum fuisse ob Q. Lutatij mortem. Abdicasse autem ex more collegam, verisimile est, quamvis in tabulis dictis hoc non annotetur. Nam altero mox anno censum renouatum, ac novos Censores creatos ibidem videmus: vnde colligi potest, L. Lentulum post collegæ mortem nihil pro magistratu egisse, sed abdicasse ex more maiorum.

Prætores.

//. // . f. // . n. // . Vrbanam. // . // . f. // . n. // . Peregrinam iurisdictiones fortiti obtinere.

L. Postumius. A. f. A. n. Albinus. Hunc alteram Præturam egisse reperio apud Liuium libro XXII. cladis Cannensis anno, Urbis scilicet DXXXVII. Primam igitur eius Præturam non commodiore loco collocare possum, quàm hic ante primum ipsius Consulatum: quando de eadem nihil aliud legere mihi contigit, quàm quòd Liuius indicet, eundem honorem antea quoque ipsum gessisse.

Sp. Caruilus. Sp. f. C. n. Maximus, Ruga. Qui collega Postumij item in primo Consulatu fuit.

Ædiles curules.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

Ædiles plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
[L. Papius. Q. f. Q. n. Turdus.] [Ti. Veturius. T. f. T. n. Caluinus.]
M. Iunius. D. f. D. n. Pera. [Cn. Apronius. Cn. f. C. n. Limo.]

Tribuni plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
[M. Atilius. M. f. M. n. Regulus.] [Cn. Minucius * Cn. f. M. n. Fessius *]
[C. Minucius. C. f. C. n. Augurinus.] [C. Otacilius. C. f. C. n. Crassus.]
[Q. Ogulnius. Q. f. Q. n. Gallus.] [C. Aquilius. C. f. M. n. Florus.]
[C. Æbutius. C. f. // . n. Carus.] [L. Platorius. C. f. C. nepos.]
[L. Staius. Sex. f. Sex. nepos.] [C. Metilius. C. f. C. nepos.]

Quæstores vrban.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciales.

//. // . f. // . n. // . P. Lentuli cos. in. Gallia. & Liguribus.
//. // . f. // . n. // . C. Vari. cos. in. Gallia. & Sardinia.
//. // . f. // . n. // . Calenus. // . // . f. // . n. // . * Lucerinus *
//. // . f. // . n. // . Ostiensis. // . // . f. // . n. // . Gallicus.

M. Valerius. M^o. f. M. n. Messalla. Filius primi Messallæ, de quo postea in Consulatu eius loquemur. Huius adhuc reperiuntur denarij argentei cum Romæ capite galecto, & Castoribus, in quo legitur titulus: M. MESSAL. DV. F. Picuram istius moneræ videre poteris in Fastis Huberti Goltzj.

[Q. Æmi-

[Q. Æmilius. Q. f. Cn. n. Papius.] Frater L. Papi Consularis, Censorij ac triumphalis, qui mox sequetur.

[M. Iunius. M. f. D. n. Brutus.] [L. Iunius. M. f. D. n. Brutus.]
 Ser. Fulvius. Ser. f. M. n. Pætinus. Nobilior. Consularis ac triumphalis viri filius.
 L. Cornelius. L. f. L. n. Scipio. Patrem habuit Consularem & Censorium; fratres item duos Cneum & Publium, qui postea à Pœnis simul occisi sunt in Hispania. Ab hoc natus videtur Cn. Scipio Hispallus Pontifex Max. de quo postea suo loco.

[P. Pinarius. L. f. L. n. Natta.] [C. Aputius. L. f. C. n. Fullo.]
 Cuius fratrem Consulem reperimus in Capitolinis tabulis L. Fullonem.

Prouincia. f. fuit.

.. .. f. .. n. .. Procos. Siciliam. cum. imperio. extra. ordinem. post. Consulatum. obtinuit.

Q. Fulvius. M. f. Q. n. Flaccus.

Proquæst.

.. .. f. .. n. .. * Q. Fuluij * Procos. in Sicilia
 [Sp. Furius. Sp. f. M. n. Philus.]

ANNI P. R. C. DXVIII.

Consules.

T. MANLIUS. T. F. T. N. TORQUATUS. C. ATILIVS. A. F. A. N. BVLBVS. II.

T Manlium Torquatum, C. Atilium Consules nominat Cassiodorus: Torquatum & Bulbum, tabulæ Græcæ. Verùm hic est secundus Bulbi Consulatus, vt marmora Capitolina declarant. Itaque rectè in Mariano Scoto T. Manlius & C. Atilius ii. leguntur Consules. At Atilius in Orofio perperam Bubulcus, vt in Eutropio Balbus appellatur. Ambo enim adducunt hos Consules, veluti etiam Plutarchus in Numæ regis vita, & libro de fortuna populi Romani. Scribunt enim, his Consulibus pace vndique parta, Sardis in potestatem redactis, templum Iani Romæ clausum fuisse; id quod post Numæ tempora non contigerat. Astipulantur Livijs libro primo, Velleius, L. Florus libro ii. cap. iii. & D. Augustinus de ciuitate Dei libro iii. cap. ix. annotantes etiam, quàm breuis illa à bello quies & pausa malorum fuerit. Nam anno mox sequenti rebellant Sardi, Corsi, ac Ligures.

Pax obique terrarum, & Ianus iterum clausus.

Sardi Pœnis instigantibus rebellant, sed à T. Manlio Consule mox subacti sunt. Auctoribus belli Pœnis etiam bellum indictum est: sed crebra & sollicita decem principum legatione, pacem flagitantibus tandem concessa est, vt Polybius in fine libri primi, Eutropius, Orofius & Zonaras auctores sunt. Itaque ex his colligere est, isto anno Consulares prouincias decretas fuisse Sardiniam & Africam. Et quando constat T. Manlium obtinuisse Sardiniam, sequitur quòd C. Atilius Africam sit fortitus: sed in Italia ipsum mansisse verisimile est, cum Pœni denique pacem multis precibus impetrassent.

Sardoriū bello mox discussa, & vindicata.

Prætores.

.. .. f. .. n. .. Vrbanam. f. .. n. .. Inter ciues & peregrinos iurisdictiones sortiti obtinere.

M. Pomponius. M. f. M. n. Matho. Hunc etiam Livijs cladis Cannensis anno Prætorem iterum fuisse factum adserit, quemadmodum tunc declarabo. Primam igitur Præturam ante Consulatum hoc quasi anno ponendam esse suspicor.

M. Æmilius. M. f. M. n. Lepidus. Cuius item Consulatus primus tertio ab hiinc anno sequetur.

Ædiles curules.

.. .. f. .. n. .. [M. Papius. L. f. M. n. Crassus.]

Ædiles

Ædiles plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 Cn. Fulvius. Cn. f. Cn. n. Centumalus. M. Pomponius. M. f. M. n. Matho.

Tribuni plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 L. Apustius. L. f. C. n. Fullo. [M. Pontificius. Ti. f. Ti. nepos.]
 [C. Manilius. C. f. C. nepos.] [C. Antonius. C. f. L. nepos.]
 [Q. Cædicius. Q. f. Q. n. Noctua.] [C. Cædicius. C. f. Q. n. Noctua.]
 [L. Memmius. L. f. C. nepos.] Cn. Octavius. // . f. // . nepos.
 [L. Acilius. L. f. // . n. Glabrio.] [C. Duilius. C. f. M. nepos.]

Quæstores vr bani.

//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciales.

//. // . f. // . n. // . T. Manlij cos. in Sardinia.
 // . // . f. // . n. // . C. Atilij cos. contra Pœnos.
 // . // . f. // . n. // . Gallicus. // . // . // . f. // . n. // . Calenus.
 // . // . f. // . n. // . * Lucerinus * // . // . // . f. // . n. // . Ostiensis.

M. Valerius. * L. f. M. n. Flaccus *. Primus, vt opinor, Sardinia Prætor ordinarius anno DXXXVI. & frater P. Flacci Consulis eiusdem anni.

M. Fulvius. Ser. f. M. n. Nobilior. Ser. Fului Nobilioris Pætini Consularis ac triumphalis filius alter; atque is fortasse, qui postea Tribunus militum in prælio occisus fuit, vt apud Liuium libro xxxvii. legimus.

C. Seruilus. P. f. * Cn. n. Cæpio. [M. Horatius. M. f. C. n. Puluillus.]
 [L. Manilius. L. f. C. nepos] [M. Antonius. M. f. L. nepos.]
 [Cn. Cornelius. Cn. f. L. n. Scipio. Afina.] Consularis ac triumphalis Afina maior filius.

M. Minucius * P. f. Q. n. * Rufus. Cuius videtur esse denarius argenteus cum capite Iunonis in caprina pelle, & in altero latere cum Pegaso euolante, in quo sedet eques hastam vibrans. Inscriptus est nummo titulus iste: M. MINVCI. P. F. Q. N. RVFVS. Qui nummus magisterio equitum huius Minucij in Goltzianis Fastis adiunctus est, in quo eius imperium Dictaturæ Q. Fabij per plebem fuit adæquatam contra morem maiorum.

Prouincia.

//. // . f. // . n. // . Procos. Siciliam. prorogato. imperio. obtinuit.
 Q. Fulvius. M. f. Q. n. Flaccus.

Proquæst.

//. // . f. // . n. // . * Q. Fuluij * Procos. in Sicilia.
 [Sp. Furius. Sp. f. M. n. Philus.]

T. MANLIVS. T. F. T. N. TORQVATVS. AN. DXVIII.
 COS. DE. SARDEIS VI. IDVS. MART.

De Sardis eodem anno triumphatum fuisse testatur Eutropius his verbis: T. Manlio, Torquato, C. Atilio Bulbo Consulibus, de Sardis triumphatum est: & pace omnibus, locis facta, Romani nullum bellum habuerunt, quod his post Romam conditam semel, tantum

tantum Numa Pompilio regnante contigerat. Non exprimit tamen Eutropius, cuiusnam auspiciis victoria parta, quisve triumphauerit; id quod ex Capitolinis columnis modò apertum est. Quibus Lilius & Velleius, licet triumphum nullam mentionem faciant, omnino suffragantur. Lilius libro XXI. ita de hoc T. Manlio verba faciens: Ad eam rem missus est, inquit, T. Manlius, qui bis Consul Censorque fuerat, subegeratque in * Con-
 sulatu Sardos. Locus est hiulcus, in quo vox vna deficit: nam puto declarasse Lilius, cum dicat bis Consulem Manlium fuisse, quo in Consulatu Sardos subegerit. In aliquibus libris legitur (in suo Consulatu) & suspicor legendum esse (in primo Consulatu) quae vox numerali nota in plerisque libris forte signata, librariorum culpa demum intercidisse videtur. Iam verò Velleius item libro historiae suae secundo, de eadem sic scribit: Sardinia inter primum & secundum bellum Punicum, ductu T. Manlij Consulis certum accepit imperij iugum. Immane bellicae ciuitatis argumentum, quòd semel sub regibus, iterum hoc T. Manlio eos. tertio Augusto principe certae pacis argumentum Ianus geminus clausus dedit. Itaque constat, Sardos huc vsque suis legibus viuere permisos fuisse, dummodò Romanum cognoscerent imperium, & à Pœnorum consiliis & commerciis abstinerent: T. Manlium verò hoc anno subactis imposuisse tributum, ac nouas leges, non tamen penitus redegisse in prouinciæ formam, inde cognoscere est, quòd mox rebel-
 larint.

ANNI P. R. C. D X I X :

Consules:

L. POSTUMIUS. A. F. A. N. ALBINUS. SP. CARVILIUS. SP. F. C. N. MAXIMUS;

CASSIODORUS & Marianus L. Postumium & Sp. Carvilius Consules proferunt: Zonaras Postumium Albinum & Sp. Carvilius. In Cuspiniani tabulis Albinum & Maximum habemus; in Græcis autem Albinum & Rugam, qui primus in vrbe Roma diuortium fecit, vt suo loco mox latius exponam.

Ligurum motus denuò exortus est, contra quos missus L. Postumius Consul, eos breui, non tamè sine labore repressit. Sp. Carvilio Sardi & Corsi prouincia obuenerit, in hos enim non minùs infestos ac rebelles nouus exercitus conscriptus est; qui cum Prætor in Sardiniam veniens, ob morbum in castris grassantem nihil digni ante Consulis aduentum gessit, vt apud Zonaram legitur. Romæ virgo Vestalis à seruo corrupta, sua se manu interemit, sicut Marianus Scorus his Consulibus annotauit. Meminit Lilius lib. XX. Titiam Vestalem incesti hoc tempore damnatam scribens.

CENS. C. ATILIVS. A. F. A. N. BVLBUS. A. POSTUMIUS. A. F. L. N.

ALBINUS. L. F. XL.

Sic nobis Censores produnt hoc anno Capitolina marmora, & ab iisdem Iustrum Vrbs quadragesimum fuisse conditum. Ante biennium itaque, ob mortem alterius Censoris, intermissum censum ab his iteratum esse, ex iisdem marmoribus constat: sed ex auctoribus aliis nihil ferè est quod adferamus de hoc censu, in tanta historiarum eius temporis inopia. Illud dumtaxat habemus, ab his Censoribus ciues quosque ad iuramentum diligentissime adactos fuisse, vt vxores liberorum procreandorum gratia & ducerent, & haberent. Cuius iuramenti ob causam Sp. Carvilius anno sequenti, vt Valerius Max. libro II. cap. I. Dionysius Halicarnass. libro antiquitatum II. auctores sunt, cum vxore quam sterilem habebat, diuortium primus Romæ fecit; Vrbs videlicet quingentesimo vigesimo anno, vt illi: vt autem Gellius Atticarum noctium lib. XVI. cap. XXI. Vrbs quingentesimo vndevigesimo. Qui duo anni planè in hos Censores concurrunt, quorum magistratus sequentis item anni parte maiore durasse non obscurum est. Attamen Dionysius non eiusdem huius anni Consules adiecit, sed quingentesimi vigesimi tertij: ita & Gellius alio loco eundem cum Dionysio annum nominat, Consules tamen anni DXXVI. adducit. Id quidem, an librariorum errore contigerit, an opinionum diuersitate, nobis difficile dictu est. Gellius quidem ita libro quarto cap. III. probat ante hoc Carvilianum diuortium nullas rei vxoriae actiones cautionesve Romæ fuisse: Memoriam, inquit, traditum est, quingentis ferè annis post Romam conditam nullas rei vxoriae neque actiones neque cautiones in vrbe Roma, aut in Latio fuisse: quia profectò nihil desiderabatur, nullis etiam tunc matrimonij diuertentibus: Ser. quoque Sulpicius in libro quem composuit de dotibus, tum primum cautiones rei vxoriae necessarias esse visas scripsit; cum Sp. Carvilius, cui Ruga cognomen fuit, vir nobilis, diuortium cum vxore fecit,

fecit, quia liberi ex ea corporis vitio non gignerentur, anno Urbis conditæ quingentesimo vigesimo tertio, M. Atilio, P. Valerio Consulibus. Atque is Caruilius traditur uxorem, quam dimisit, egregie dilexisse, charissimamque morum eius gratia habuisse: at iuristurandi religionem animo atque amori præuertisse, quia iurare à Censoribus coactus erat, uxorem se liberorum quærendorum gratia habiturum. Hæc quidem Gellius: sed Consules quos nominat ex Ser. Sulpicio, cadunt in annum, ut dixi, quingentesimum vigesimum sextum, quo Censores nulli fuerunt; adeò ut vix dubitem, quin Sp. Caruilius vel hoc lustro à Censoribus iurare coactus diuortium fecerit, vel sequenti quadragesimo primo incidente in annum, quem Gellius notat, DXXXIII. Itaque difficulter diiudicare est, quo pacto tam diuersi temporis Consules in hac historia adferantur.

Prætores.

//. // . // . f. // . n. // . Urbanam. iurisdictionem. fortitus. obtinuit.
M. Poblucius. L. f. L. n. Malleolus.

//. // . // . f. // . n. // . Inter. ciues. & . peregrinos. iurisdictionem. fortitus. obtinuit.

P. Cornelius * L. f. Ti. n. Lentulus. Caudinus *. P. Cornelium vocat Zonaras; at Lentulum Consularem fuisse suspicor: alios enim eius temporis P. Cornelios inter magistratus non reperiò. Extra ordinem cum exercitu in Sardiniam rebellantem est missus, vbi morbo implicitus periit, quo etiam magna pars exercitus est absumpta, ut scribit idem Zonaras.

Ædiles curules.

Cn. Næuius. // . f. // . n. Campanus. Poëta comicus hoc anno fabulas primum populo Romæ dedit. Quem M. Varro, de poetis libro primo, stipendia scribit fecisse bello Punico primo: idque ipsum Næuium dicere in eo carmine, quod de eodem bello scripsit. Hæc ex A. Gellij Noctibus lib. xvii. cap. xxi.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
L. Postumius. L. f. L. n. Megellus.] [A. Postumius. L. f. A. n. Albinus.]

Ædiles plebis.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
[M. Iuuentius. M. f. M. n. Thalna.] [M. Otacilius. M. f. C. n. Crassius.]

Tribuni plebis.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
C. Atilius. M. f. M. n. Regulus. [M. Mamilius. Q. f. Q. n. Vitulus.]
[P. Numitorius. C. f. C. nepos.] [C. Sallonus. C. f. P. n. Sarra.]
[Sp. Mælius. P. f. C. n. Capitolinus.] Q. Minucius. L. f. // . n. Thermus.
[M. Terentius. M. f. M. nepos.] [T. Iuuentius. T. f. T. n. Thalna.]
[C. Oppius. C. f. Sp. n. Cornicinus.] [Cn. Ogulnius. Cn. f. Cn. n. Gallus.]

Quæstores urbani.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciales.

//. // . // . f. // . n. // . L. Posthumij. cos. in. Liguribus.
//. // . // . f. // . n. // . Sp. Caruilij. cos. in. Sardinia. & . Corsica.
//. // . // . f. // . n. // . M. Lepidi. procos. in. Sicilia.
//. // . // . f. // . n. // . Calenus. // . // . // . f. // . n. // . * Lucerinus *
//. // . // . f. // . n. // . Gallicus.

C. Scantinius. // . f. // . n. Capitolinus. Damnatus populi iudicio in ædilitate, vt postea.

L. Æmilius. Q. f. Cn. n. Papus. Postea Consul triumphauit de Gallis : Censor item fuit, & Legatus ad Pœnos, vt Liuius XXI. testatur. Itaque eius titulus exstat in Capitolinis.

M. Æmilius. M. f. M. n. Paullus. M. Paulli Consularis ac triumphalis filius, & frater L. Paulli, qui in secundo Consulatu ad Cannas cecidit.

M. Liuius. M. f. M. n. Salinator. Bis Consul, Dictator & Censor postea sequetur. Nam rebus gestis vir clarissimus fuit, cuius vitam breuiter describit Auctor de viris illustribus. Eius forte pater ludis sæcularibus tertiis magister x. virum in Capitolinis Fastis exstat.

C. Centenius. // . f. // . * Penula * Propr. exercitum ducens demum occisus ab Annibale est. Penula cognomen Centenij habuerunt, quod & huic tribuendum esse suspicor. Verum in Liuij vulgatis perperam Centremius legitur, pro Centenius.

[L. Latorius. L. f. C. n. Mergus.]

[M. Sergius. M. f. M. n. Fidenas.]

L. Flaminius. L. f. // . n. Cilo. Reperiuntur & huius argentei bigati sic inscripti: videreturque filius fuisse L. Chilonis illius, qui inter Quatuor viros primos flandi argenti fuit, vt antea suo loco latius dixi.

Prouinciæ.

// . // . // . f. // . n. // . Procos. Siciliam. eum. imperio. extra. ordinem. obtinuit.

M. Æmilius. M. f. M. n. Lepidus, ex prætura.

Proquæst.

// . // . // . f. // . n. // . Ostiensis.

M. Minucius. * P. f. Q. n. * Rufus.

SP. CARVILIUS. SP. F. C. N. MAXIMVS. AN. DXIX.

COS. DE. SARDEIS. K. APRIL.

P. Cornelio Præto in Sardinia mortuo, & exercitu eius agritudine vexato, Sardos nihil modicum animo versantes, Caruilius Consul ex Corsica traiecto exercitu oppressit, & ingenti prælio subegit, vt Zonaras auctor est. Alium non habemus, ex quo aliquid certi de huius anni rebus bellicis contra Sardos gestis colligere potuimus. Victoriæ insignis argumentum accedit triumphus Caruilij, in Capitolinis columnis adhuc exstans, cuius Zonaras non meminit.

A N N I P. R. C. D X X .

Consules.

Q. FABIVS. Q. F. Q. N. MAXVM. M. POMPONIVS. M. F. M. N.

VERRUCOSSVS.

MATHO.

MARIANVS Consules suggerit Q. Fabium Maximum Verrucosum & M. Pomponium Mathonem; sed corruptum Pomponij prænomen apud hunc & Cassiodorum quibusdam erroris causam dedit, vt huius Manij Pomponij fratri Marco Consulatum biennio post geminarint, eundem cum hoc ipso esse putantes. Rectè & Zonaras Capitolinis marmoribus congruens hunc Manium Pomponium appellat, non Marcum; vt alij, prænominis insueti & notæ eius errore decepti. Q. Fabius idem est, qui postea Annibalem cunctando fregit, & hic primus est illius Consulatus. Tabulæ autem Siculæ vel Græcæ nostræ Maximum & Mathonem adducunt.

Superioris anni Consulibus prouincia digressis Ligures & Sardi denuò rebellant. Itaque Consulibus Q. Fabio Ligures, Manio Pomponio Sardinia prouinciæ obuenerunt. Carthaginenses, vt eorum bellorum auctores, hostes à Romanis iudicati sunt: & iussi numerare pecuniam, omnibusq; cedere insulis, vt quæ Romanorum essent ex fœ-

Ligures & Sardi rebelles Pœnis suste-
ritus per Lega-
tos hastæ vel
caduuci, hoc
est, belli vel
pacis optio
datur.

dere pacis datæ. Et vt apertius cum Pœnis agerent, hastam illis & caduceum miserunt, optione data, vtrum mallent, acciperent. Pœni neutrum se velle dixerunt; sed illud alacriter accepturos, quod reliquissent. Hinc, odiis licet vndequeque gliscentibus indies magis, vtrimque tamen ab armis cessatum est. Hæc ferè Zonaras in huius anni historia.

Prætores.

//. // . f. // . n. // . Vrbanam // . // . f. // . n. // . Peregrinam
iurisdictiones. fortiti. obtinuerunt
C. Papirius. C. f. L. n. Maso. M. Iunius. D. f. D. n. Pera.

Aediles curules.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. //

Ædiles plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
[C. Otacilius. C. f. C. n. Crassus.] [Q. Ogulnius. Q. f. Q. n. Gallus.]
[C. Aquillius. C. f. M. n. Florus.] M. Atilius. M. f. M. n. Regulus.

Tribuni plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
[T. Æbutius. T. f. // . n. Carus.] [C. Æbutius. C. f. // . n. Carus. II.]

Si non ab his, ab alio tamen Æbutio Tribuno plebis lata est hoc quasi tempore lex Æbutia de legis actionibus centumviralium causarum, cuius meminit Gellius libro noctium Atticarum xvi. cap. x. Etenim ex eius verbis videmur colligere, Æbutiam legem latam esse, cum centumvirale iudicium institueretur: & eadem xii. tabularum leges de iure priuato inprimis fuisse correctas & reformatas, actionibus quibusdam certis & solemnibus, vt Pomponius de origine iuris tradit, compositis ad illius sæculi statum, & ad noui iudicij exercitium accommodatis, quibus inter se homines disceptarent; ne populus, vt vellet, ex legum tabulis xii. actiones diutius variè institueret. Sed verba iurisconsulti illius, qui priscas xii. tabularum voces ignorabat, & tamquam obsoletas ac nullius vsui respuebat, apud Gellium sunt ista: Sed enim, inquit, cum proletarij, atque assidui, & sanates, & vades, & subuades, & viginti quinque asses, & taliones, & furtorum quaestiones eum lance & licio euauerint: omnisque illa xii. tabularum antiquitas (nisi in legis actionibus centumviralium causarum lege Æbutia lata) consopita sit; studium scientiamque ego præstare debeo iuris, & legum, vocumque earum, quibus utimur. Ex his quidem verbis videmur colligere legem istam Æbutiam actionibus, vt dixi, centumvirale iudicium instruxisse: quod iisdem hisce annis institutum esse, non malè Sigonius, vir doctissimus, ex Festo probauit libro de iure antiquo ciuium secundo; nempe post xxxv. tribus suppletas c. viros atque x. viros litibus iudicandis (qui c. virum primi ac decuriones fuere) originè habuisse. Suppletas porrò tribus xxxv. Velina & Quirina duabus vltimis adiectis, anno Urbis dxii. lustro xxxix. superius tunc suo loco docuimus, atque etiam anno præcedenti dxii. nouum Prætorem qui inter ciues & peregrinos ius diceret, priori urbano Romæ adiectum esse. Accessit non diu post insuper centumvirale iudicium, ne in ciuitate potenti, & in dies augefcente iustitia deesset. Quod ipsum Pomponius de origine iuris differens, non dissimulat, qui post duos Prætores urbanum & peregrinum c. viros item iudiciorum causa creare opus fuisse tradit. Verba quidem Pomponij sunt hæc: Quod multa turba etiam peregrinorum in ciuitatem veniret, creatus est & alius Prætor, qui peregrinus appellatus est ab eo, quod plerumque inter peregrinos ius dicebat. Deinde cum * esset Magistratus qui hastæ præfesset, centumviri litibus iudicandis constituti sunt. Quemadmodum igitur eodem quasi tempore, sic eadem quoque de causa Prætorum alterum peregrinum & centumviros Romæ constitutos, ex iam dictis liquet: ille quidem, vt collegam urbanum Prætorum iudiciorum onere subleuaret; hi autem, vt subleuarent vtrumque: crescente simul cum ipsa Republica atque Imperio in tanta ciuitate litium & causarum multitudine, priuatis ciuibus apud exterarum nationes, & longinquis in regionibus negotiari incipientibus. Nam cum vel ab initio Prætores bellicis etiam rebus administrandis sapius occuparentur, maximè peregrinus, quem antè demonstratum est ea quoque causa creari cœpisse; mirum videri non debet, alium inuentum esse Magistratum

Æbutia lex de legis actionibus centumviralium causarum.

c. viri atque x. viri pluribus iudicandis hoc tempore primi creati esse.

** deesset, fortè legendum.*

stratum centumviralem, qui leuiores priuatorum controuersias & causas iudicaret & discerneret. Priuata quidem iudicia centumviros exercuisse, & his Æbutiam legem de iure priuato solennes ex XII. tabulis actiones sanxisse, ex prædicto Gellij loco manifestum est: quam his annis idèd latam esse opinari quoque possumus. Nec aduersari videtur
 ,, Tullius libro primo de Oratore, dicens, in causis centumviralibus vsucapionum, tutela
 ,, rum, gentilitatum, agnationum, alluuiorum, circumluuionum, nexorum, mancipio-
 ,, rum, parietum, luminum, stillicidiorum, testamentorum, ceterarumque rerum innu-
 ,, merabilia iura versari. Adde item hereditatum iura, cum scribat in Cæciniana Oratione,
 ,, & in Bruto, L. Crassum Oratorem defendisse M. Curij causam hereditatis iudicio cen-
 ,, tumvirali. Et nescio an adiungenda sint quoque curationum ac potestatum priuatarum
 ,, iura, quandoquidem lege Æbutia de his statutum esse dicit idem Tullius: Veterem ac
 ,, Tribunitiam illam legem, gratam Reipub. ac iucundam appellans in secunda aduer-
 ,, sus agrariam P. Rulli Tribuni plebis. Quem non iniquè redarguit, quòd semetipsum in
 ,, lege sua x. virum primùm agris dandis nominet, ac statuatur contra leges & instituta maio-
 ,, rum, qui simile quid admittit, nec in cuiuscumque generis curationibus potestati busve
 ,, voluerunt. Sed verba Ciceronis sunt ista, quibus populum alloquitur: Leges sunt veteres,
 ,, nec ex Consulatus, sed Tribunitiæ vobis maioribusque vestris admodum gratæ atque iu-
 ,, cundæ. Licinia est lex, & altera Æbutia, quæ non modò eum qui tulerit de aliqua cura-
 ,, tione ac potestate, sed etiam collegas eius, cognatos, affines excipit, ne eis potestas cura-
 ,, tiõve mandetur. Meminit & in Oratione pro domo sua aduersus P. Clodium inimicum;
 ,, sed Liciniam solum modò citat: Ne id quidem, inquit, per legem Liciniam, vt ipse tibi
 ,, curationem ferres, facere potuisti. Alludit item ad Atticum scribens libro XIII. Episto-
 ,, larum: Atque hoc etiam, inquit, accepi, non solitos maiores nostros legare in decem, qui
 ,, essent Imperatorum necessarij, vt nos ignari pulcherrimorum institutorum, aut negli-
 ,, gentes potiùs M. Lucullum, & L. Murenam, & ceteros ad L. Lucullum misimus. Non
 ,, equidem ignoro, quin hæc Liciniæ & Æbutiæ capita de potestatibus & curationibus de-
 ,, cernendis Cicero Rullum & Clodium accusans intelligat aduersus ambitus & quæstus
 ,, legislatorum esse lata; sed cum in publicis omnibus potestatibus & curationibus man-
 ,, dandis id ipsum pulcherrimo instituto fuisse obseruatum scribat ad Atticum; verisimile
 ,, est item, in priuatarum rerum curationibus legitime constituendis hoc in Æbutia neg-
 ,, lectum non fuisse. Et hæc sunt quæ de lege Æbutia antiqua illa hæctenus indagare potui.

*Centumvirales
actiones qua
fuerint.*

*Licinia lex
C. Stolonis
lata Vrbis
anno 377.*

.. .. f. .. n. f. .. n. ..
 f. .. n. f. .. n. ..
 f. .. n. f. .. n. ..
 f. .. n. f. .. n. ..

[M. Lætorius. M. f. M. n. Plaucianus.] C. Seruilius. P. f. M. nepos.
 [P. Mælius. P. f. C. n. Capitolinus.] Q. Cassius. .. f. .. n. Longinus.
 [Cn. Minucius. * Cn. f. Cn. n. Fessus * 11.] [C. Aquillius. M. f. M. n. Florus.]
 [L. Hortensius. L. f. Q. nepos.] Cn. Octavius. .. f. .. nepos.

Quæstores vrbani.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..

Quæstores prouinciales.

.. .. f. .. n. .. Q. Fabij. cos. in. Liguribus.
 f. .. n. .. M. Pomponij. cos. in. Sardinia. &. Corsica.
 f. .. n. .. * A. Postumij. * procos. in Sicilia.
 f. .. n. .. Gallicus. f. .. n. .. * Lucerinus *
 f. .. n. .. Ostiensis.

[C. Sulpicius. C. f. Q. n. Paterculus.] Patrem habuit, qui Consul de Pœnis & Sardis triumphauerat.

M. Claudius. M. f. M. n. Marcellus. Cuius vitam Plutarchus describit. Clarissimus Imperator, quinq; Consul, vt ex sequentibus constabit. Nam eius res gestas per magistratus suis annis referemus.

P. Furius. Sp. f. M. n. Philus. Qui ita notatur in Capitolinis marmoribus, nam Consul triumphauit, & Censor fuit.

Cn. Cornelius. L. f. L. n. Scipio. Caluus. L. Scipionis filius, quem Consulenti & Censorem antea habuimus; & hic vnus ex iis fratribus Scipionibus, qui in Hispania sunt circumuenti, & post multas victorias occisi. Fuitq; patruus P. Scipionis Africani maioris.

Q. Ælius. P. f. * C. n. * Patrus. Pater duorum Consularium P. & Sex. Pætorum, de quibus suo loco. Hic Pontifex & Prætor fuit Liuius teste, peritque in prælio Cannensi.

Ti. Sempronius. C. f. * Ti. n. * Longus. Quo Consule bellum Punicum secundum inceptit. Decemvir sacris faciundis fuit, vt Liuius lib. xxvii. item Procos. vt suo loco dicam. Huius esse videntur denarij cum deæ Concordiæ obuelatæ capite & laurea corona in tripode inter lituum & secespitam siue securiculam, quæ sacerdotij ac Sibyllinorum oraculorum, quibus decemviri præerant, sunt insignia. Adest eius nomen tale: TI. SEMP. C. F. LONGVS.

C. Acilius. L. f. // n. Glabrio. Pater M. Glabronis, qui Antiochum Syriæ regem ad Themopilas vicit.

Q. Bæbius. Cn. f. // n. Tamphilus. Pater duorum Consularium Cn. & M. Tamphilorum, qui suo ordine sequentur in Capitolinis. Hic postea Legatus cum P. Valerio Flacco Consulari pro Saguntinis ad Annibalem, & postea cum aliis Carthaginem ad bellum indicendum est missus: vt Liuius libro xxi. narrat, vbi etiam ipsum inter seniores Legatorum indicat fuisse. Itaque haud dubie magistratibus tunc erat functus.

Prouincia.

//. // . f. // . n. // . Procus. Siciliam. cum imperio. extra ord. obtinuit.
[A. Postumius. L. f. A. n. Albinus.] ex ædilitate.

Proquæstore. f. fuit.

//. // . f. // . n. // . Calenus.

C. Centenius. // . f. // . n. * Penula *

Q. FABIVS. Q. F. Q. N. MAXIMVS. ANNO. DXX.

VERRVCOSVS. COS. DE. LIGVRIBVS. K. FEBR.

Ligures victi & ad Alpes pulsi.

Ligures acie à Q. Fabio victi, ad Alpes sese recipere coacti sunt, & Italiæ finibus cedere. Q. Fabius autem ex quinque triumphis primum hunc de Liguribus egit, vt auctor est Plutarchus in eius vita: verum is videtur eius victorias pro triumphis numerare, vt ex successu Annalium nostrorum constabit. Triumphasse quidem in Consulatu Fabium de Liguribus, scribit etiam Auctor de viris illustribus, cap. xxiii. Cicero item de natura deorum Honoris ædem à Q. Maximo bello Ligustico votam & dedicatam memorat. Triumphum hunc eius probat triumphali nummo Goltzius in Fastis suis, in quo Romæ caput visitur, & Victoria volans quæ triumphantem in quadriga coronat: Q. FABI. MAXIM. VERRVCOS. sic notatus est titulus:

M. POMPONIVS. M. F. M. N. MATHO. ANN. DXX.

COS. DE SARDEIS. IDIVS. MART.

De Sardinia M. Pomponium Consulem eodem anno triumphasse, docent solæ Capitolinæ tabulæ. Sed apud alios auctores nihil quidquam de ea re nobis reliquum est, nisi quod Zonaras bellum Sardinia M. Pomponio Consuli commissum fuisse scribat obiter. Ceterum reperiuntur antiqui denarij, referentes ab vno latere Romæ deæ caput galea testum, in altero effigiatus est ipse stans in curru triumphali lauri ramum tenens, cui superuolans Victoria coronam imponit. Nam adscriptum est eius nomen: M. POMP. M. F. MATHO.

ANNI P. R. C. DXXI.

Consules.

M. AEMILIVS. M. F. M. N. M. PUBLICIVS. L. F. L. N.

LEPIDVS.

MALLEOLVS.

M. Lepidum & M. Pobicium habemus in Cassiodoro & Mariano, licet mendose in exemplaribus multis scriptum sit, Oblicius. Tabulæ Græcæ Lepidum & Malleo-

Malleolum proferunt, sed corruptè ibidem legitur huius cognomen. Zonaras autem M. Æmilium & M. Malleolum adducit. Ex his M. Poblucium Malleolum antea Ædilem plebis cum fratre fuisse docui. Contra Sardos denuò tumultuantes ambo Consules missi magnam prædam ceperunt, quam Corsi tamen, cum eò fortè appellarent, diripuerunt. Hæc idem Zonaras de huius anni gestis obiter memorat: M. Catonem illum seniore eodem anno natum esse ex Ciceronis dialogo de Senectute; Plutarcho & Cornelio nepote in Catonis vita, quam postea adferemus, colligere possumus. Scribit enim Nepos primum stipendium meruisse Catonem annorum septemdecim, Q. Fabio, M. Claudio Consulibus, qui Urbis fuit DXXXIX: quo Fabius IV: Claudius III. Consules reperiuntur in Fastis. Nepoti item adstipulatur Plutarchus. Et ipse M. Cato apud Ciceronem de Fabij ac sua ætate verba faciens, ait se esse natum anno postquam Fabius Consul primùm fuerat, cumque eodem quartum Consule adolescentulum militem ad Capuam profectum esse, quintoque anno post ad Tarentum. Atque hæc Fastis ad amissim conueniunt. Qua de causa non placet illa nuper recepta loci istius Ciceroniani lectio, quæ sic habet: Anno enim post Consul primùm fuerat, quàm ego natus sum: cum alia hæc verior & clarior appareat, Anno enim postquam Consul primùm fuerat, ego natus sum.

Cum Sardis rebellibus pugnatum. M. Cato senior natus.

Ciceronis locus animaduversus.

Prætores.

.. .. f. .. n. .. Urbanam. f. .. n. .. Peregrinam iurisdictiones. fortiti. obtinuerunt.

.. .. f. .. n. ..
M. Æmilius. L. f. Q. n. Barbula: Cn. Fuluius: Cn. f. Cn. n. Centumalus:

Ædiles curules.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..
P. Valerius. L. f. M. n. Flaccus. [Sp. Furius. Sp. f. M. n. Philus.]

Ædiles plebis.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..
L. Apustius. L. f. C. n. Fullo. [Q. Cædicius. Q. f. Q. n. Noctua.]

Tribuni plebis.

C. Flaminius. C. f. L. nepos. C. Caruilus * C. f. Sp. n. * Maximus.

Legem agrariam de Picente Gallicoque plebi viritim diuidendo tulere. Quam contra Senatus optimatumque voluntatem Flaminio inprimis auctore peruicaci homine perlatam fuisse, ac bellum Gallicum concitasse, Polybius & Cicero tradunt. Et magnis quidem contentionibus illam rem actam esse constat. Nam vt refert Valerius Maximus libro v. cap. iv. cum Tribunus plebis Flaminius legem inuito & repugnante Senatu promulgasset, & precibus minisque eius acerrimè resistens, ac ne exercitu aduersus se conscripto, si in eadem sententia perseveraret, absteritus: postquam pro Rostris ei legem iam ferenti pater manum iniicit, priuato fractus imperio è Rostris descendit, ne minimo quidem murmure destitutæ concionis reprehensus. Affirmat hoc idem Cicero libro II. de Inuentione, Tribunum Flaminium conciliū plebis habentem à patre de templo ductum fuisse scribens. Sed addit patrem accersitum maiestatis, quod priuata patria potestate tribunitiam populi potestatem mintisset. Atque Dionysium Halicarnassæum intelligere idipsum existimo, cum dicit libro Antiquitatum secundo, quod ex Romuli lege de patria potestate in liberos, aliquando viri illustres pro Rostris fauente plebe concionantes in Senatus inuidiam, detracti è suggestu à patribus suis, nemine mortalium contradicente, & abducti fuerint. Perlatam nihilominus istam legem postea à Flaminio fuisse Senatu, vt arbitrator, metu seditionis cedente & quiescente, verisimile est: cum Polybius non dissimulet occasionem belli Gallici insequentis eandem fuisse affirmans: tum Cicerone locis aliis testatur, vt in Catone, Bruto & Lucullo. quæ loca, cum idem ferè dicant, breuitatis causa omittere visum est. Ceterum quonam anno hic C. Flaminius Tribunus plebis fuerit, ac legem tulerit, variare animaduerto Ciceronem à grauissimo auctore Polybio. Scribit enim in Catone maiore, hoc ipsum Q. Fabio & Sp. Caruilio iterum Consulibus contigisse, videlicet Urbis anno DXXV. sicut Capitolinorum Fastorum auctores

Flaminia lex agraria contentione inter patres ac plebē fomes.

Patris summum ius in liberos suos. Maiestatis accersitus C. Flaminius pater, sed frustra.

Noui belli Gallici occasionem Flaminia lex agraria dedit.

M. Tullij loci
suspectus.

supputant. Ait enim ita de Q. Fabio Maximo: Nec verò in armis præstantior quàm in toga; qui Consul iterùm, Sp. Caruilius collega quiescente, * C. Flaminius Tr. plebis, quoad potuit, restitit, agrum Picentem & Gallicum viritim contra Senatus auctoritatem diuident. Citat Sosipater Carisius Grammaticus Tullij locum istum, & addit Flamini collegam adiutorem C. Caruilius, Sp. Caruilius Consul, si non consanguineum, certè gentilem, hoc modo verba Tullij referens: C. Carilio & C. Flamini Tribunis plebis, quoad potuit restitit, agrum Picentem & Gallicum contra Senatus auctoritatem diuidentibus. Hinc profectò colligere possumus, quàm variis modis post Carisij tempora, corruerint & detruncarint Ciceronis exemplaria librarij scriptores, partim historiaram imperitia, partim supina quadam negligentia. Sed hic offensi videntur fuisse repetitione nominis Caruilius, & alterum idcirco sustulisse, vel negligenter præteruisse: cum tamen idipsum declarat tacitè, cur Consul Caruilius quiesceret; ne actionibus scilicet consanguinei, vel gentilis Tribuni, & plebis vtilitati plebeius ipse aduersaretur. Supplerem igitur iam dictum Tullij locum malè multatum, ex ipso Sosipatris loco, in hunc modum: Sp. Caruilius collega quiescente, C. Caruilius & C. Flamini Tribunis plebis quoad potuit, restitit. Polybius autem vnum C. Flamini Tribunum plebis nominat, vt legillatorem, quem auctorem & principem eius seditionis fuisse constat, & legem pertulisse, agrumque Gallicum diuisisse tradit M. Lepido Consule, octauo videlicet anno antequam belli Gallici Cisalpini flamma coorta est, vt ex sequentibus patebit. Nobis autem visum est in hoc Flamini Tribunatu constituendo Polybium potiùs sequi quàm Tullium: quia ceterorum eius magistratum ordo & distantia id postulare videtur. Nam si Præturam Flamini respicias, quam anno DXXVI. gessit, profectò hic illius Tribunatus plebis non illegitimè in hunc annum incidit quartum ante Præturam: cum quippe verisimile non sit, ipsum mox ex tam seditioso Tribunatu in Præturam transfuisse, si, vt ex Cicerone colligitur, Q. Fabio Consule iterùm Tribunum plebis agros diuisisse dicamus.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..
 f. .. n. f. .. n. ..
 f. .. n. f. .. n. ..
 f. .. n. f. .. n. ..

A. Atilius. A. f. A. n. Calatinus.

C. Lælius. C. f. .. nepos.

[M. Claudius. M. f. M. n. Marcellus.]

[M. Cæcilius. C. f. C. n. Metellus.]

[C. Minucius. C. f. C. n. Augurinus II.]

[Q. Aulius. M. f. Q. n. Cerretanus.]

[P. Ælius. P. f. C. n. Pætus.]

[C. Claudius. C. f. C. n. Canina.]

Quæstores urbani.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..

Quæstores prouinciales.

.. .. f. .. n. .. M. Lepidi. }
 f. .. n. .. M. Malleoli. } Coss. in Sardinia.
 f. .. n. .. * M. Iunij. * Procos. in Sicilia.
 f. .. n. .. Ostiensis. f. .. n. .. Calenus.
 f. .. n. .. * Lucrinus *

C. Lutatius. C. f. C. n. Catulus. C. Catuli triumphalis filius. Hic C. Lutatius post Consulatum III. vir agrarius ad Mutinam à Gallis Boiis, cum Annibal Alpes transiret, captus est cum collegis duobus Prætoris, vt Polybius indicat. Quorum alter C. Seruilius eius fratrem fuisse Liuius affirmare videtur, qui libro xxx. scribit C. Seruilius cos. anno DL. patrem C. Seruilius, & patrum C. Lutatium è Gallica seruitute post XVI. annum recepisse. Si C. Lutatius hic C. Seruilius cos. patris & patris frater; cur non fuit eiusdem nominis cum patre? Itaque dicendum, ipsum adoptatum è Seruilia gente transfuisse in Lutatiam, ac Seruilianum nuncupatum, vel errorem esse in Liuius.

P. Cornelius. Cn. f. L. n. Scipio. Afina. Cn. Afina filius à Pœnis antea per dolum capti, vt dictum est. Et hic postea Consul Istros subegit, & triumphauit.

Sex. Pomponius * L. f. Q. * nepos. Legatus postea Ti. Sempronij Consulibus initio belli Punici secundi in Sicilia, à quo iussus est cum xxv. nauibus longis contra Pœnos

Liuij loci
suspectus.

nos agrum Vibonensem, maritumamque oram Italiae tueri, vt Liuius libro XXI. scribit.

L. Quinctius. * L. f. * // . n. Flamininus. Hunc II. virum ædis Concordiæ ex voto L. Manlij Prætoris in arce Capitolina faciendæ creatum à populo fuisse scribit Liuius libro XXI. in anni DXXXVI. historia:

T. Otacilius. * T. f. C. n. * Crassus. Consularis viri filius videtur fuisse, qui ipse tamen tardiùs atque ægrius ad magistratus peruenit; in Consulatus etiam petitione repulsam passus, vt Liuius auctor est. Qui item libro XXIV. docet affinem Q. Fabij Max. Verrucosii fuisse, ex cuius sorore Fabia liberos habuit.

[L. Aurelius. L. f. L. n. Cotta.] C. Aurelius. C. f. L. n. Cotta. Fratres fortè patruales, & hic C. Cottæ bis Consul & Censoris filius, & cladis Canensis anno legatus M. Marcelli Prætoris, vt Liuius XXIII.

[L. Furius. Sp. f. M. n. Philus.]

Prouincia.

// . // . // . f. // . n. // . Procos. Siciliam cum imperio extra ord. obtinuit. M. Iunius. D. f. D. n. Pera. ex. Prætura.

Proquæstore f. fuit.

// . // . // . f. // . n. // . Gallicus. Cn. Cornelius. L. f. L. n. Scipio. Caluus.

ANNI P. R. C. DXXII.

Consules.

M. POMPONIVS. M. F. M. N. MATHO. C. PAPIRIVS. C. F. L. N. MASO.

ADFERVNT Consules Cassiodorus & Marianus, C. Papirium & M. Pomponium: tabulæ Græcæ Mathonem & Mafonem: Zonaras autem M. Pomponium & C. Papirium. Sic etiam Dionysius Halycarnassæus libro secundo Antiquitatum, vbi de Romuli legibus matrimonialibus agit, scribens infra DXX. annos nullum Romæ fuisse diuortium; & primum sola sterilitatis causâ accidisse his Consulibus Olympiade VII. supra CXXX. Rarum profectò, atque Annalibus annotandum benè institutæ Reipublicæ, ac summæ in tanta ciuitate continentiæ exemplum; quod ab aliis etiam auctoribus non immeritò celebratum est. Idem enim referunt Valerius Max. vt dixi lib. II. Plutarchus in comparatione Lycurgi & Numæ Pompilij: Gellius ex Ser. Sulpicio de dotibus, verùm in annorum Urbis conditæ numero à tabulis Capitolinis anno vno tantùm cum Liuius & Varrone discrepans: sed, vt diximus, Consules adfert M. Atilium & P. Valerium quadriennio postea demum factos. Ceterùm libro XVII. cap. vltimo de eodem diuortio verba faciens, illud contigisse scribit anno Urbis DXIX. Errorem sanè in notis latere suspicor, & maiorem in Plutarchi loco iam memorato, vbi quingentesimo xxx. Urbis conditæ anno diuortium primum Romæ factum legimus.

M. Pomponius Consul Sardos infestauit, cumque eorum plurimos in saltuosis speluncis, & auis siluis sese tutantes assequi non posset; sagaces canes ex Italia accersiuit, perque eos tramitibus hominum pecudumque inuestigatis, multos è latebris extraxit. C. Papirius Consul Corsis bellum intulit. Is hostes planicie pulsos cum in montes adgisset, ex insidiis eladem non paruam passus est. Et præ sici plures ex exercitu perdidisset, ni serò tandem aqua inuenta fuisset. Atque ita exercitus recreatus, demum Corsos ad deductionem compulit, vt Zonaras prodit. Itaque hoc anno Sardinia & Corsica penitus subactæ sunt, atque in prouinciæ vnus formam redactæ, bellum enim cum his nullum subsequitur ante Punicum secundum, sicut ex serie Annalium liquet. Et quamuis Velleius scribat T. Manlij Consulis ductu Sardiniam certum accepisse Imperij iugum; eam statim rebellasse tamen, neque armis depositis leges Romanas ante hunc annum accepisse, ex iam dictis facilè colligere possumus. Liuius quidem libri XXI. initio de Amilcare scribens ait: Sardiniam inter motum Africæ (hoc est dum Pœni domesticis ac Hispanicis bellis distinentur) fraude Romanorum, stipendio etiam superimposito, interceptam esse. Nam anno DXVI. vt diximus, dum Pœni domesticis armis in Africa inter se conflictan-

Consul Sardos hostes venatur canibus.

Periculum in Corsica.

Sardi & Corsi subacti quando prouincia formæ ac leges Romanas acceperint.

*Amilcar
Annibalis
pater in Hi-
spania praelio
victus & oc-
cisus.
Eiusdē qua-
tuor filij.
Annibal
puer iurare
iubetur.
Asdrubal
Pœnorū Im-
perator Car-
thaginē no-
vam in Hi-
spania condi-
dit.*

stantur, & insulas illas deserere cogentur; cum Sardis Romani seorsim bellare cœperunt, & T. Manlij deinde ductu subiugatis tributum imposuisse, Velleius indicare videtur. Eos tamen mox rebellasse docuimus, & hoc etiam anno à M. Pomponio Consule ferarum modo vexatos fuisse: vti ante annum sequentem Imperij frenum Sardos penitus accepisse, certò affirmare non poterimus. Sub hoc idem tempus, vt tradit Zonaras, Amilcar Annibalis pater Pœnorum Imperator in Hispania victus in praelio occubuit; eius acie curribus igne inflammatis disturbata: Romanis infestissimus hic fuit inimicus, qui palàm iactare solebat, quatuor filios contra populum Romanum se velut leonum catulos educare. E quibus Annibalem vix nouem annos natum altaribus admodum tactis sacris iurare fecit, se cum primùm posset, hostem populo Romano fore. Successit Amilcari in Hispaniensis belli ductu, cum filij adhuc impuberes essent, gener eius Asdrubal, qui multis vrribus Hispaniæ subactis, Carthaginem nouam condidit. Vide hæc latius apud Polybium libro 11. Zonaram & Orofium libro 1v. cap. xiiii. item Liuium xxi. libro. Cassiodorus autem ad insequentis anni Consules Amilcaris cædem transtulit.

C. DVILIVS: M. F. M. Ñ. DICT.

C. AVRELIVS. L. F. C. N. COTTA. MAG. EQ.
COMIT. HABEND. CAVSSA.

Capitolina tantum marmora nobis produnt huius anni Dictatorem comitorum habendorum causa dictum C. Duilium, M. f. & magistrum equitum C. Aurelium Cottam, qui ambo Consulares & triumphales erant. Vnde facile cognoscimus, Consules ante comitorum tempus Romam non esse reuersos. Sed verisimile aut certe improbabile non est, alterum M. Pomponium in Sardinia remansisse ad constituendam prouinciam: alterum C. Papirium è Corsica; propter belli quam Zonaras explicat difficultatem; quamuis vicinior, Romam ad comitia habenda tamen venire non potuisse. Et tardius Romam rediisse, constat etiam ex illius triumpho in Capitolinis marmoribus extante: qui cum declarat 111. Non. Martias Papirium triumphasse non diu antea, certè post habita per Dictatorem comitia reuersum fuisse opinari possumus. Et quando Consul adhuc triumpharit discimus etiam ex iisdem marmoribus non ante Idus Martias eo tempore novos Consules iniuisse magistratum.

CENS: T. MANLIVS. T. F. T. N. TORQVATVS. Q. FVLVIVS: M. F. Q. N. FLACCVS.
VITIO. FACTI. ABD.

Censores istius anni in lucem nobis proferunt Capitolinæ tabulæ T. Manlium Torquatum & Q. Fuluium Flaccum, ex quibus etiam patet, vitio factos lustrum non condidisse. Verum vt alia multa, obliuione hæc etiam oblitterasset vetustas, in tanta veteris historiæ inopia, nisi bono quodam casu nostris temporibus seruata fuisset antiquissimorum Factorum illa fragmenta. Ceterum Liuius libro xxiiii. obiter alia tractans, T. Manlium bis Consulem & Censorem fuisse tradit, cuius verba superius in Manliano triumpho citauimus. Eodem quoque libro Q. Fuluium istum Consulem & Censorem appellat, & Manlium alibi rursus lib. xxvii. ex Censoris, qui tunc viuebant, vetustissimum dicit.

Prætores.

//. // . f. // . n. // . Vrbanam. // . // . f. // . n. Peregrinam iurisdictiones. sortiti. obtinere.

L. Postumius. L. f. L. n. Megellus.] [M. Otacilius. M. f. M. n. Crassus.]

Ædiles curules.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
M. Valerius. M. f. M. n. Messalla.] [Q. Æmilius. Q. f. Cn. n. Papus.]

Ædiles plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
C. Atilius. M. f. M. n. Regulus.] [Cn. Ogulnius. Cn. f. Cn. n. Gallus.]

Tribuni

Tribuni plebis.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

[C. Apustius. L. f. C. n. Fullo.] Ser. Fulvius. Ser. f. M. n. Patinus Nobilior.
 [M. Iunius. M. f. D. n. Brutus.] [L. Iunius. M. f. D. n. Brutus.]
 [Ti. Claudius. C. f. C. n. Canina.] [C. Claudius. Ti. f. Ti. n. Afellus.]
 [C. Fabricius. C. f. C. n. Luscinus.] [L. Tullius. L. f. L. nepos.]
 [C. Flavius. C. f. C. nepos.] [P. Popillius. P. f. M. n. Lanas.]

Quæstores vrbanî.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciales.

// . // . // . f. // . n. // . M. Pomponij. cos. in. Sardinia.
 // . // . // . f. // . n. // . C. Papij. cos. in. Corsica.
 // . // . // . f. // . n. // . * Sp. Furij * procos. in. Sicilia.
 // . // . // . f. // . n. // . * Lucerinus * // . // . // . f. // . n. // . Gallicus.
 // . // . // . f. // . n. // . Ostiensis.

T. Annius. // . f. // . n. * Luscius *. Hic inter III. viros Prætorios coloniarum deducendæ Placentiam captus est à Gallis Boiis anno DXXXV. cum in Italiam irrumperet Annibal. Et T. Liuius appellat Prætorium libro XXI. Auum verò fuisse colligimus ex tabulis Capitolinis, & ex annorum distantia T. Annij Lusci, qui Consul fuit anno Urbis sexcentesimo.

L. Manlius *. L. f. A. n. * Vulfo. L. Manlij, qui de Pœnis naualem egit, videtur filius. Hunc postea Prætozem fuisse docebimus, & in Consulatus petitione repulsam esse passum.

L. Cæcilius. L. f. L. n. Metellus. Vnus ex filiis L. Metelli Pontificis Max. bis Consulis, Dictatoris ac triumphalis; atque auus Q. Macedonici, sicut ex Capitolinis marmoribus colligimus.

[C. Nautius. C. f. C. n. Rutilus.] C. Rutili illius nepos, qui Consul anno CDLXVI. fuit cum M. Claudio.

[L. Iunius. L. f. C. n. Pullus.] Cuius pater Consul tempestate classem perdidit, & idcirco reus factus quod auspiciis non paruisset, damnationem morte voluntaria præuenit, vt antè dictum est.

[M. Liuius. M. f. M. n. Drusus.] Nepos ex maiore filio primi Drusi.

[C. Sergius. M. f. M. n. Fidenas.] [L. Valerius. M. f. M. n. Messalla.]

Prouincia. f. prorogata.

// . // . // . f. // . n. // . Procos. Siciliam extra ord. cum imp. obtinuit.
 [Sp. Furius. Sp. f. M. n. Philus.]

Proquæstore f. fuit.

// . // . // . f. // . n. // . Calenus.

P. Cornelius. Cn. f. L. n. Scipio. Afina.

C. PAPIRIVS. C. F. L. N. MASO. COS. ANN. DXXXII.

DE. CORSEIS. PRIMVS. IN. MONTE. ALBANO.

III. NONAS. MART.

C. Papius Consul quamuis Corsos ad deditioem vsque subegisset, vt ex Zonara retuli, triumphum tamen à Senatu non impetrauit reuersus; quod non sine clade, & ciuium magno

*Primus in
Albano monte
triumphus.*

magno sanguine victoriam retulisset. Ipse igitur vel voti reus, vel religione priuata, vel gloria quadam tactus, suismet auspiciis & impensa in monte Albano primus triumphauit, quemadmodum disertè in columnis triumphalibus annotatum esse videmus. Quin etiam à C. Papirio hic triumphandi modus tum inductus est, vt Imperator exercitus, cui rebus ex sua sententia benè gestis, triumphare, & in Capitolio supplicare à Senatu populoque negatum fuisset, eadem ipse in monte Albano, quæ Romæ non licebant, ageret suo ductu & auspiciis. Nam in monte etiam Albano Consules magistratum ineuntes, non secus ac in Capitolio, auspicate rem diuinam facere, & vota pro salute Reipublicæ concipere, & soluere consueuerunt, eò quòd origo Romanæ ciuitatis à regibus Albanis, & imperij inde translata sedes esset, vbi & Iupiter Imperator & Victor prisca religione non minore cultus olim fuerat, quam in Capitolio Rom. Qui ad Capitolini Iouis differentiam Latialis Iupiter dicebatur. Hunc C. Cæsar ad Rubiconem bellum ciuile contra patriam mouens, inter primos Romani Imperij Tutelares inuocat apud Lucanum poetam libro primo. Vbi sic precatur:

— O magna qui mania prospicis Vrbs
Tarpèia de rupe tonans, Phrygiq; Penates
Gentis Iuleæ, & rapti secreta Quirini,
Et residens celsa Latialis Iuppiter Alba,
Vestalesq; foci, summiq; ò numinis instar,
Roma faue captis, &c.

Propertius autem Elegiarum tertio, nisi fortè Capitolinum Iouem intelligi velit, hunc Latium Iouem vocat: vaticinans Augusto Cæsari triumphos de Partheis, Indeis ac Oriente vniuerso, sic canens:

Adsuescent Latio parta trophæa Ioui.

Sed quod ad hunc primum C. Mafonis in Albano triumphum attinet, Capitolinis de eodem marmoribus pulchrè conuenit Plinius libro xv. cap. xxix. ex Lucio Pifone referens Papirium Mafonem, qui primus in monte Albano triumphauit de Corfis, myrto coronatum ludos spectare consueuisse. Suffragatur etiam Valerius Max. lib. iiii. cap. vi. Papirius, ait, quidem Mafonem, cum benè gesta Republica triumphum à Senatu non im-
trasset, in Albano monte triumphandi & ipse initium fecit, & ceteris postea exemplum
præbuit, proque laurea corona, cum alicui spectaculo interesset, myrtea semper vsus est.
Causam Sex. Pompeius talem prodidit: Papirius, inquit, myrtea corona vsus est, quòd
Corfos in campis Myrteis superasset. Existant eius denarii cum Roma Martia & Marte in
biga telum vibrante. Corsica Stephano Κορσίς & Κορσική dicitur, Gentile Corsi, Therapne
antea, & inde à Cyrno Hercules filio Κέρωνος nominata, vt placet Fabio Pictori. Insula
est celebris in mari Thyrenno sita, Sardinia propinqua, cuius descriptionem vide apud
Plinium, Strabonem, Solinum, Ptolomeum, & ceteros. Eademque post hanc victo-
riam in Romanorum potestatem venit, & iugum accepit; prouinciæque prætoris Sardi-
niæ deinceps adiuncta, ab eiusdem Præfide recta est.

*Myrtea coro-
na minoris
gloria.*

*Cyrnus Her-
culis filius.*

ANNI P. R. C. DXXIII.

Consules.

M. AIMILIVS. L. F. Q. N. BARBVLA. M. IVNIVS. D. F. D. N. PERA.

*Cum Liguri-
bus & Gallis
bellatum.
Zonara locus
suspectus.
Gallis ager
ademptus
nouos motus
excitauit.
Nouum bellum
cum piratis
Illuriis &
Teutaregina
propter Le-
gatorum in-
iurias.
Legatis occi-
sis Roma in
foro statua
summi hono-
ris posita.*

SIC nobis produnt Consules tabulæ Capitolinæ, quorum cognomina omittunt Ma-
rianus & Cassiodorus, sed exprimuntur in tabulis Græcis, quæ Barbulam & Peram
suggerunt. Zonaras Cassiodoro & Mariano conuenit, scribens M. Æmilium & M. Iu-
nium Consules in Liguriam suscepisse expeditionem, & Pœnorum consilia de Vrbe in-
uadenda subuertisse, nisi maus Gallorum consilia intelligere: suspectus enim videtur is
Zonaræ locus, & cum iudicio legendus. Nam Pœni tam potentes, ac adeò noti in Italia
tunc non erant, vt possent vel Urbem inuadere, vel tam efficaces coniurationes ibi strue-
re. Ceterum Galli propter agrariam illam C. Flaminij legem & diuisionem moliri bel-
lum, & conspirare in nomen Romanum incipiebant, vt antè ex Polybio dictum est.
Eodem anno nouum bellum Romanis exortum cum Teuta Illuriorum regina propter
negotiatorum Italicos piratica vexatos & spoliatos. Quod ipsum regina muliebri proter-
uia sua maturauit, cum Legatos Romanorum de mercatorum iniuriis conquestum mis-
sos occidi iussisset. Quibus iniuria cæsis, populus Romanus statuas in foro tripedaneas
quæ

quæ tunc erat honorata statuarum mensura, publicè posuit, vt Plinius tradit lib. xxxiv. cap. vi. Vbi duos ex Legatis nominat P. Iunium & T. Coruncanium. Sed errorem in huius esse prænomine Coruncanis insolito suspicor. Polybius autem historiarum secundo, duos item nominat C. & L. Coruncanios, & ex illis minorem natu occisum, alios prætermittens, scribit. Quem sequi Liuius videtur, in cuius breuiario libri xx. legimus, bellum Illuriis propter vnum ex Legatis, qui ad eos missi erant, occisum indictum fuisse. Non vnum, sed plures occisos, alij sunt auctores. Zonaras quosdam occisos, quosdam verò captos & vinctos fuisse dicit Annalium secundo. L. Flotus aliquanto expressius hæc libro secundo sic refert: Legatos quippe nostros ob ea quæ deliquerant, iure agentes, nec gladio quidem, sed, vt victimas, securi percutiunt. Præfectos nauium igne comburunt. Idque quo indignius foret, mulier imperabat. Hæc eleganter Florus, qui addit, seuerè vindicatam à Romano iniuriam hanc fuisse: strictasque in principum colla secures Legatorum manibus litasse. Quod anno sequenti Cn. Fulvio duce contigit, vt dicemus.

CENS. Q. FABIVS. Q. F. Q. N. MAXIM. VERRUCOSSVS. M. SEMPRONIVS.
C. F. M. N. TVDITANVS. L. F. XLI.

Superioris anni Censuribus vitio creatis, censum anno insequenti actum fuisse per novos Censores hoc anno creatos, nempe Q. Fabium Maximum Verrucossum, & M. Sempronium Tuditanum, & hos lustrum condidisse Urbis xli. sola Capitolina marmora nobis ostendunt: alioquin apud alios, quos vidimus auctores nihil de his memoriæ proditum est. Censura tamen Q. Fabij Verrucosi, inter alios ipsius magistratus in vetustissimo lapide, in quo breuiarium rerum gestarum Fabij huius incisum est, nunc temporis adhuc exstante, apud doctissimum Petrum Victorium Florentiæ, reperitur.

Prætores.

//. // . // . f. // . n. // . Urbanam // . // . // . f. // . n. // . Peregrinam
iurisdictiones, fortiti, obtinuerunt
M. Atilius. M. f. M. n. Regulus. [M. Papius. L. f. M. n. Crassus.]

Ædiles curules.

C. Seruilius. P. f. * Cn. n. Cæpio *. Probat huius ædilitatem curulem argenteus denarius antiquus hoc anno M. Barbula Consule cufus: qui repræsentat caput Genij ^{Genius populi Romanis} pop. Romani vitæ coronatum, cincinnis à vertice longis, & mensam stratam cum corona quæ media stat inter binos fascès, quibus alligatæ secures. Inscriptus titulus hic:

M. AIMIL. L. F. BARBVLA. COS.

C. SERVEILI. P. F. AED. CVR.

EX. S. C.

Nummi picturam habet in Fastis suis Hubertus Goltzius.
Seruilio ædili collega addatur patricius.

//. // . // . f. // . n. // .

M. Valerius * L. f. M. n. Flaccus *. Cuius Prætura sequetur.

Ædiles plebis.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
C. Seruilius. P. f. // . nepos. Q. Cassius. // . f. // . n. Longinus.

Tribuni plebis.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

M. Minucius * P. f. Q. n. * Rufus. [M. Antonius. M. f. L. nepos.]

[L. Manilius. L. f. C. nepos.] M. Fulvius. Ser. f. M. n. Nobilior.

[A. Atilius. A. f. A. n. Bulbus.] [M. Marcius. M. f. M. nepos.]

[C. Marcius.]

[C. Marcius. C. f. C. n. Censorinus.] [P. Plautius. C. f. C. n. Hupſæus.]
 [Q. Petillius. Q. f. C. nepos.] [P. Appulcius. P. f. L. n. Saturninus.]

Quæſtores urbani.

//. //s. //s. f. //s. n. //s. //s. //s. f. //s. n. //s.

Quæſtores prouinciales.

//s. //s. //s. f. //s. n. //s. M. Æmilij. } Coss. in Liguria.
 //s. //s. //s. f. //s. n. //s. M. Iunij. }
 //s. //s. //s. f. //s. n. //s. Calenus. //s. //s. //s. f. //s. n. //s. Gallicus.
 //s. //s. //s. f. //s. n. //s. Ostienſis. //s. //s. //s. f. //s. n. //s. * Lucerinus *

Q. Terentius. //s. f. //s. n. * Culco *. De quo loquemur in Prætura.

L. Ælius * C. f. Q. n. Pætus * Tubero. Hunc primum inuenio in Ælia gente Tuberonem, cuius Præturam ſuo loco adducemus.

P. Cornelius. L. f. L. n. Scipio. Pater P. Africani maioris, vir inſignis, qui Procos. poſteà contra Pœnos in Hiſpania diu bellum fortiter & proſperè geſſit. Sed demum inſidiis circumuentus cum fratre Cn. Scipione legato occiditur, ſicut ex ſequenti hiſtoria cognoſces. Huius reperiuntur aſſes ærei cum Iano bifronte & naui roſtrata, quibus inſcriptum, P. SCIPIO. L. F.

P. Scantinius //s. f. //s. n. * Capitolinus *. Qui Pontifex mortuus eſt ann. DXXXVII. vt Liuius refert libro XXIII.

L. Marcius. Q. f. Q. n. Philippus. Nepos eius, qui Conſul de Etruſcis triumphauit anno CDLXXII. & pater Q. Philippi, qui bis Conſul & Cenſor poſteà fuit.

Q. Sulpicius * C. f. Q. n. Paterculus *. Atque hic fortatte Q. Sulpicius, qui poſteà in belli Gallici terroribus Flaminio eſt abire inſuſus, ob ſacra negligenter adminiſtrata: cum apex eſt capite ſibi decidiffet inter ſacrificandum, vt Plutarchus in Marcello, & Valerius Max. libro primo tradunt.

[C. Furius. C. f. C. n. Pacilus.] Filius C. Pacili qui Conſul anno DII. fuit.

[C. Sulpicius. C. f. C. n. Longus.]

Prouinciæ prorogata.

//s. //s. //s. f. //s. n. //s. Procos. Siciliam prorogato imp. obtinuit.

[Sp. Furius. Sp. f. M. n. Philus.]

//s. //s. //s. f. //s. n. //s. Procos. Sardiniam & Corſicam prorogato imperio obtinuit.

M. Pomponius. M. f. M. n. Matho.

Proquæſtorib. f. fuère.

//s. //s. //s. f. //s. n. //s. * Sp. Furij. * Procos. in Sicilia.

//s. //s. //s. f. //s. n. //s. * M. Pomponij * Procos. in Sardinia & Corſica.

L. Manlius * L. f. A. n. * Vulſo. T. Annius. //s. f. //s. n. * Luſcus *.

ANNI P. R. C. DXXIV.

Conſules.

L. POSTVMIVS. A. F. A. N. CN. FVLVIVS. CN. F. CN. N.

ALBINVS. II.

CENTVMALVS.

POLYBIANA exemplaria in vtriuſque Conſulis prænomine fallunt, in quibus Fuluium, Caium: Poſtumiũ verò librarij ſcriptores Aulum nuncuparunt. Eutropius & Caſſiodorus tabulis Capitolinis conueniunt, niſi quòd hic cognomina more ſuo omittat, in illo numerus II. deſit apud Poſtumiũ, Tabulæ Græcæ Albinum II. & Centumalum produnt, Zonaras hos non habet.

Legatis

Legatis occisis populus Romanus statuas in foro posuit; atque vlciscendæ iniuriæ <sup>Bellum Illu-
rius legitime
indictum.</sup> causa bellum confestim contra Illurios iussit, quæ prouincia ambobus Consulibus man-
data est. Cn. Fuluius classis ducentarum nauium, L. Postumio terrestres ad xx. milia
copiæ obuenerunt. Qui ad bellum profecti ab Illuriis occupatam antea Corcyram insu- <sup>Corcyra ca-
pta.</sup> lam cum Demetrio Phario præfecto in fidem receperunt; Apolloniam, Dyrrachium,
pluresque alias ciuitates in potestatem redegerunt. Regina Teuta meru perculsa cum ^{Regina fuga.} paucis suorum ad mediterranea, relictis maritimis prouinciis, confugit. Consules plerif-
que Illuriorum ciuitatibus Demetrio, quod ad eos defecisset, relictis, Dyrrachium reuersi
sunt. Inde Postumius cum classis & copiarum maxima parte Romam nauigat. Fuluius
collega cum quadraginta nauibus Dyrrachij relicto; qui ex finitimis liberis ciuitatibus in
amicitiam traductis delectu habito, in fidem receptos populos ab omni iniuria defensus-
rus, ibidem hyberna castra tenuit. Auctores sunt Polybius libro secundo, Appianus
Alexandrinus in Illurica, Zonaras, Orosius, Eutropius & alij.

Prætores.

//. // . f. // . n. // . Vrbanam. // . // . f. // . n. // . Peregrinam
iurisdictiones. fortiti, obtinuerunt
P. Valerius. L. f. M. n. Flaccus. L. Apustius. L. f. C. n. Fullo.

Ædiles curules.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
L. Æmilius. Q. f. Cn. n. Papus. M. Æmilius. M. f. M. n. Paullus.

Ædiles plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
C. Flaminius. C. f. L. nepos. [T. Æbutius. T. f. // . n. Carus.]

Tribuni plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
C. Scantinius. // . f. // . n. Capitolinus. M. Liuius. M. f. M. n. Salinator
C. Centenius. // . f. // . n. * Penula *. [L. Lætorius. L. f. C. n. Mergus.]
[L. Appuleius. P. f. L. n. Saturninus] [L. Allicenius. L. f. L. nepos.]
[L. Racilius. M. f. M. nepos.] [L. Trebonius. L. f. M. n. Flauus.]
[L. Roscius. L. f. T. nepos.] [M. Antius. Sp. f. Sp. n. Restio.]

Quæstores urbani.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciales.

//. // . f. // . n. // . L. Postumij. cos. in Illurico.
//. // . f. // . n. // . Cn. Fuluij. cos. ad classem.
//. // . f. // . n. // . * Lucerinus *. // . // . f. // . n. // . Calenus.
//. // . f. // . n. // . Gallicus. // . // . f. // . n. // . Ostiensis.

L. Æmilius. M. f. M. n. Paullus. Qui in secundo Consulatu ad Cannas periit, <sup>L. Paulli vir-
tutes & amor
erga patriam.</sup> vir summæ virtutis & patriæ amantissimus. Nam licet iniuria à ciuibus suis affectus esset,
pro patria tamen morti semet obijcere non dubitauit, vt ex sequentibus palàm fiet. Pater
fuit L. Paulli, qui postea rebus Romanorum florentibus, regem Macedonum Persen de-
uicit & in triumphum duxit.

M. Æmilius. M. f. L. n. Barbula. Eius titulus exstat Romæ in basi marmorea
K statua

statuæ antiquæ, à posteris illius, vt apparet, restauratæ. Nam literæ sunt elegantiores, quàm vt huius sæculi videantur esse. Auum habuisse hic Marcus videtur L. Barbulam, qui Consul fuit anno CDLXXII. & de Tarentinis triumphauit.

C. Atilius. C. f. M. n. Serranus. C. Serrani bis Consulis filius, quem augurem fuisse Liuius testatur libro XXII. & XXIII. Post præturam verò in Consulatus petitione repulsam esse passum, suo loco postea dicemus.

Cn. Pupius * M. f. M. * nepos. Qui II. vir postea ad ædem Concordiæ faciendam à populo creatus est anno DXXXVII. vt Liuius libro XXII.

[L. Opimius. L. f. L. n. Panfa.] Eius L. Panfæ nepos quem Quæstorem anno CDLXX. in prælio occisum diximus ex Liuius.

[C. Fulcinius. C. f. L. n. Trio.] [Cn. Furius. C. f. C. n. Pacilus.]
[Q. Seruilius. Q. f. Q. n. Geminus.]

Prouinciæ prorogatæ.

II. II. II. f. II. n. II. Procos. Ligures. prorogato. imp. obtinuit.
M. Æmilius. L. f. Q. n. Barbula.

II. II. II. f. II. n. II. Procos. Siciliam. prorog. imp. obtinuit.
Sp. Furius. Sp. f. M. n. Philus.

II. II. II. f. II. n. II. Sard. & Corsicam. prorog. imp. obtinuit.
M. Pomponius. M. f. M. n. Matho.

Proquæstoribus f. fuère.

II. II. II. f. II. n. II. * M. Barbulæ * procos. in. Liguribus.

II. II. II. f. II. n. II. * Sp. Phili * procos. in. Sicilia.

II. II. II. f. II. n. II. * M. Pomponij * procos. in. Sard. & Corsica.

P. Cornelius. L. f. L. n. Scipio. L. Manlius * L. f. A. n. * Vulso.

T. Annius. II. f. II. n. * Luscus.

ANNI P. R. C. DXXV.

Consules.

SP. CARVILIUS. SP. F. CN. Q. FABIVS. Q. F. Q. N. MAXIMVS.

MAXIMVS II.

VERRVCOSVS II.

FASTI Capitolini Consulibus vtrisque notas iterati magistratus rectè addiderunt, quod etiam in Siculis vel Græcistabulis faciendum est, quæ Rugam & Maximum produunt: atque item in Cassiodoro & Mariano apud Sp. Carvilius. Meminit Q. Fabij Maximi iterum Consulis cum Sp. Caruilio M. Tullius in Catone maiore: vbi in laudibus Fabij multus est sub persona Catonis: qui adolescentulus multa in Fabio fene præclara cognouerat, memoratque disertè, quanto studio restiterit, quoad potuit, C. Flaminio Picentem agrum & Gallicum contra Senatus auctoritatem ex lege sua diuidenti: quæ causa Cisalpini belli Gallici fuit mox exorientis, quemadmodum diffusè narrat Polybius libro secundo, qui tamen, vt antè dixi, legem istam agrariam à Tribuno plebis Flaminio iam antè latam fuisse scribit M. Lepido Consule, in hoc à Cicerone dissentiens.

Fœdus renouatum cum Asdrubale in Hispania & Pœnis.

Cum Pœnis & Asdrubale renouarunt fœdus Romani, in quo inter cetera apertius cautum est, ne liceret Carthaginensibus in Hispania Iberum flumen cum armis trajcere: reliquam Africæ vicinam partem possent suæ ditionis facere. Potentia namque Punica in tantum inualecente per Hispaniam, illac iter in Italiam aperiri aliquando posse, metuebatur. Ibidem vide Polybium, sic Appianum in Iberica & Africana. Liuius autem libri XXI. exordio huius fœderis condiciones ita breuiter complectitur: Cum Asdrubale, inquit, quia miræ artis in sollicitandis gentibus, imperioque iungendis suo fuerat, fœdus renouauerat populus Romanus: vt finis vtriusque imperij esset amnis Iberus, Sagunti- nisque medijs inter imperia duorum populorum libertas seruarietur.

Prato-

Prætores:

///. ///. ///. f. ///. n. ///. Vrbanam. ///. ///. ///. f. ///. n. ///. Peregrinam
iurisdictiones. fortiti. obtinuerunt.
M. Valerius. M. f. M. n. Messalla. C. Atilius. M. f. M. n. Regulus.

Ædiles curules.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. ///. ///. ///. f. ///. n. ///.
P. Furius. Sp. f. M. n. Philus. Cn. Cornelius. L. f. L. n. Scipio. Calvus.

Ædiles plebis.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. ///. ///. ///. f. ///. n. ///.
[C. Apustius. L. f. C. n. Fullo.] [M. Iunius. M. f. D. n. Brutus.]

Tribuni plebis.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. ///. ///. ///. f. ///. n. ///.
///. ///. ///. f. ///. n. ///. ///. ///. ///. f. ///. n. ///.
///. ///. ///. f. ///. n. ///. ///. ///. ///. f. ///. n. ///.
///. ///. ///. f. ///. n. ///. ///. ///. ///. f. ///. n. ///.
///. ///. ///. f. ///. n. ///. ///. ///. ///. f. ///. n. ///.
M. Minucius * P. f. Q. n. * Rufus II. M. Claudius. M. f. M. n. Marcellus.
Q. Ælius. P. f. * C. n. * Pætus. Ti. Sempronius. C. f. * Ti. n. * Longus.
Q. Bæbius. Cn. f. ///. n. Tamphilus. [A. Trebonius. A. f. C. n. Asper.]
C. Acilius. L. f. ///. n. Glabrio. [C. Lucerius. C. f. Cn. nepos.]
[A. Sellius. Q. f. A. nepos.] [C. Scaptius. C. f. C. nepos.]

Quæstores vrbani.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. ///. ///. ///. f. ///. n. ///.

Quæstores prouinciales.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. Q. Fabij. cos. } in * Liguria.
///. ///. ///. f. ///. n. ///. Sp. Caruilij. cos. }
///. ///. ///. f. ///. n. ///. Gallicus. ///. ///. ///. f. ///. n. ///. Calenus.
///. ///. ///. f. ///. n. ///. * Lucerinus * ///. ///. ///. f. ///. n. ///. Ostiensis.

L. Veturius. L. f. * Ti. n. * Philo. Duos reperimus eius temporis L. Veturios
Philones, quorum hic post Consulatum Censor fuit, & in eo magistratu mortuus est
anno DXLIII.

M. Fabius. C. f. C. n. Licinus. P. Claudius. P. f. Ap. n. Pulcher. Denarius ^{Triumphii}
reperitur argenteus cum nauis rostrata Prætoris septiremi, & nomine, M. FAB. C. F. LI- ^{dei simula-}
CINVS. in vna parte; & in altera videtur facies ephebi pulcherrima, Iouis filium Euhyium ^{chrum.}
Thriambum diceret; cuius compræ exactè comam coërcet ac astringit vitta regia capitis ^{Eius Ophiata}
honorati, cincinnis à ceruice dependentibus ordinatim elegantissimè crispatis. Iuxta quos ^{Bas.}
est littera T. significans, vt opinor, Triumphii dei hanc imaginem esse: cuius coma cinci- ^{Coma cincinnati nota.}
nna tam aptè ad regulam calamistrata, præ se ferre videtur argumentum æquitatis atque
iustitiæ, nec non bonæ rectæq; disciplinæ militaris. Quæ profectò victoriarum & trium-
phorum causæ sunt laudatissimæ, atque ornamenta pulcherrima: si virtutes istæ regant
in exercituum ducibus, ac in ipsis castris benè instructis imperent. Idem volunt in Bonæ
Spei statuis aut simulachris tales cincinnati per humeros vtriusque in pectus defluentes: qui
nos docent, nihil præter æquum & iustum bonis sperare vel optare fas esse. Adscriptum
in altera denarij parte nomen alterum: P. CLAVD. PVLCHER. Prætoris nauis hæc nota
classis esse videtur, ad cuius instruendæ sumptus numisma tale ex argento publico cufum
ab ærarij Quæstoribus M. Fabio & P. Claudio, qui in eodem nominantur. P. Claudius
fortasse filius fuit P. Claudij Pulchri, qui cos. anno DIV. classem perdidit, pugnans bello

Punico primo contra auspicia collegæ, M. Fabij Licini Dorsonum è progenie nati pater, an ad maiores magistratus peruenerit, non liquet: auus tamen C. Fabius cos. reperitur in Fastis anno CDXXC. & eius patruus, item M. Fabius C. f. anno DVII. quantum ex interuallo temporum colligere est.

Lanicensis filius stolidæ plebis fauere ad summos honores promotus.

C. Terentius // . f. // . n. Varro. Idem ille cladis Cannensis auctor fatalis, humili & sordido loco, patre lanione natus. Qui iuuenis ex eo genere quæstus pecunia à patre relicta animum ad spem maioris fortunæ adiecit, primumque proclamando pro sordidis hominibus causisque aduersus rem & famam bonorum, in notitiam fauoremque plebis, deinde ad honorem peruenerit. Quæstura quoque & duabus Ædilitatibus, plebeia & curuli, postremo & Prætura perfunctus, antequam ad Consulatum peruenerit, sicut auctor est Liuius libro XXI. Quos eius magistratus suis annis (in quantum conijcere est) annotabimus. Tribunatum plebis cum Liuius prætereat, & reliquos illius magistratus ordine recenset, eum non gessisse suspicamur. Vide quæ de eodem Varrone leguntur apud Valerium Maximum libro III. cap. IV.

C. Lætorius * L. f. C. n. Mergus *. Sequetur Ædilis curulis & Prætor: fuitque X. vir sacris faciundis, & Legatus P. Sulpicij procos. in Græcia, ut Liuius lib. XXV. & XXVI. & XXIX.

M. Marcius * M. f. M. n. * Sermo. Idem Liuius docet lib. XXVII. regem sacrorum hunc fuisse, ac mortuum anno DXLIII.

Cn. Fuluius. Cn. f. Cn. n. Max. Centumalus. Proauum habuit Consularem & Triumphalem, à quo Maximi Centumali dicti esse videntur, ad differentiam eiusdem prænominis & cognominis aliorum. Huius denarij esse videntur qui eundem habent titulum sic expressum: CN. FVLVI. CN. F. CN. N. MAX. CENTVMAL. EX. S. C. Et hæc in vno latere circum mensam sacram festis coronarum tenuis ornata, supra quam æquilibrium pendulæ bilancis videtur. In altero quidem numismatis eiusdem latere pulcherrimæ deæ Nemesis siue Iustitiæ facies exstat, capillis à fronte reuolutis & eleganter retrò nodatis. Quam exornant in superinaures, & colli monile gemmeum, capitique corona oleaginea, qualis etiam in eius sacra mensa iacet sub bilancis æquilibrium. Hæc enim dea dum æquitatem tutatur, pacem fouet atque conseruat.

Nūmus explicatus.

Nemesis deæ imago cum eius mensa sacra. Iustitia pacis fouet & conseruat.

P. Seruilius. P. f. Q. n. Geminus. Patre Consulari P. Geminio Q. f. natus, qui & fratrem Consularem Cn. Geminum habuit, ut mox sequetur. Hunc Publium suspicor senem nominari inter X viros agrarios anno DLII. apud Liuium libri XXXI. principio.

Prouinciæ prorogatæ.

Cn. Fuluius. Cn. f. Cn. n. Centumalus, Procos. Illuricum obtinuit. Prorogatum Cn. Fulvio imperium in prouincia fuisse, triumphus eius Capitolinus demonstrat, quamuis aliter Polybius, qui Fuluium cum magna exercitus parte Romam decessisse, collegam Postumium in prouincia hibernasse scribit. Ceterum Cn. Fulvio Dyrrachij hiberna tenente, & secum omnium populorum principes, qui se fidei Romanorum commiserant, habente: sub initium veris sequentis Teuta regina per Legatos pacem Romæ impetrauit his conditionibus: Ut ipsa & eius filius Pineus regni heres, certum quotannis tributum populo Romano soluerent; Illurico toto, præterquam paucis concessis locis, excederent. Ne ultra Lissum, quod est trans Drilonem amnem oppidum, nisi cum duobus lembis, nisi inermibus, nauigare liceret.

Teuta regina pax data, seu dñsq; primū cum Illuriis.

Romani ut sibi Græcos populos conciliare caperint.

Sic idem cum Teuta regina fœdere, Romani Legatos miserunt ad Achæos, Ætolosque, qui utriusque genti nuntiarent, quam causam Romani Illuriis bellum inferendi, quid bello peractum, quibusve demum conditionibus pax Teutæ reddita esset. Corcyreis Apolloniatis, liberisque antè populis libertatem relictam esse. Quæ legatio gratissima Græcis ciuitatibus fuit, cum Illyrij tunc temporis inuisi ob piraticam communes omnium hostes essent, Polybius libro II. & Appianus Alexandrinus in Illurica.

// . // . // . f. // . n. // . Procos. Siciliam prorog. imp. obtinuit
Sp. Furius. Sp. f. M. n. Philus.

// . // . // . f. // . n. // . Procos. Sardiniam & Corsicam prorogato imperio obtinuit.

M. Pomponius. M. f. M. n. Matho.

Proquæst.

Proquæstorib. f. fuère.

11. 11. 11. f. 11. n. 11. Cn. Fuluij Procos. in Illyrico.
 11. 11. 11. f. 11. n. 11. *Sp. Furij. *Procos. in Sicilia.
 11. 11. 11. f. 11. n. 11. *M. Pomponij *Procos. in Sardinia & Corsica.
 Cn. Pupius *M. f. M. *nepos.
 L. Manlius *L. f. A. n. *Vulso. T. Annius. 11. f. 11. n. *Luscus *.

CN. FVLVIVS. CN. F. CN. N. CENTVMALVS. A. DXXV.

PRO. COS. EX ILLVRIEIS. NAVAL. EGIT. X. K. QVINT.

Ita columnæ triumphales Cn. Fuluij hunc triumphum nobis representant. Ceterum Ap-
 pianus & Polybius, qui latiùs hoc bellum Illuricum describunt, nullam naualis prælij
 mentionem faciunt. Hoc solùm Polybius, xx. lembos Illurios à Romanis captos, & reli-
 qua terrestri prælio peracta fuisse. Triumphatum quidem ea vice primùm ex Illuriis esse,
 testatur Eutropius lib. 111. & Cn. Fuluium triumphasse, si ex tabulis Capitolinis non con-
 staret, posset nihilominùs ex L. Floro colligi, qui lib. 11. cap. v. narrat Illurios à Cn. Ful-
 uio Centumalo latè domitos fuisse: strictasque in principum colla secures Legatorum ab
 iis contra ius gentium occisorum manibus litauisse. A Græcis autem ciuitatibus Ro-
 mani ob hanc victoriam magnopere laudati sunt; cum Atheniensibus pacta amicitia, &
 ab iisdem ciuitate donati ad initia Cereris sunt admissi, sicut etiam à Corinthiis ad ludos
 Isthmiacos. Vide Polybium, Zonaram, Appianum & alios iam dictos. Illuricum ab Illu-
 rio Polyphemi (vt vult Appianus) vel Cadmi filio (sicut Stephano & Eustathio placet)
 nomen habere volunt. Cuius sineis latissimi fuère, hinc ab amne Formione Italiam &
 mare Adriaticum, illinc Pannonias, inde Macedoniam, Thraciam & Epirum attingen-
 tes. Et plures Illuriorum populi nominantur ab auctoribus, quorum celebriores Istri fue-
 runt Italiæ adiacentes, & his vicini Iapudes, Liburni, Delmatæ, Vardai, Daorfæi, Tau-
 lantij, Labeates, Dassaretij, Parthini, Arinthani & Bulliones, aliique. E quibus nonnulli
 domesticis Regibus, alij legibus suis parebant; quidam Macedonum Regibus iam à Phi-
 lippi & Alexandri temporibus, subiecti erant. Insulæ nobiles in Adriatico mari annu-
 rantur Illurico, Corcyra cognomento Nigra, Pharus, Issa & Melite. Regionem omnem
 pulchrè describunt Appianus in Illyrica, populorum nomina diuersorum & origines et-
 iam recensens; item Zonaras Annalium secundo: præterea Ptolomæus lib. 111. cap. xvi.
 Strabo, Plinius, Solinus, Mela & alij Cosmographi; vt hîc pluribus depingere tam am-
 plam & celebrem regionem superuacaneum sit.

*Triumphus
de Illuriis
primus:*

*Ius gentium
vindictatum.*

*Quibus ho-
noribus Gra-
ci Romanos
ob hanc victo-
riam prose-
cuti fuerint.
Illuricu vnde
dicitur.*

*Eius ampli-
tudo.
Eius populi
multi.*

*Insula Illu-
rici.*

ANNI P. R. C. DXXVI.

Consules.

P. VALERIUS. L. F. M. N. FLACCVS. M. ATILIVS. M. F. M. N. REGVLVS.

SEQVNTVR Consules in Cassiodoro & Mariano, P. Valerius & M. Atilius: in tabu-
 lis Græcis Flaccus & Regulus. Reperiuntur item apud Gellium libro quarto cap. ter-
 tio, qui diuortium in Vrbe primùm, M. Atilio, P. Valerio cos. à Sp. Caruilio Ruga factum
 scribit, sed nescio, quàm rectè, cum annum Urbis adiungat DXXI 11. vt suprâ etiam admo-
 nuî: neque Censores etiam hoc vel superiore anno fuerint. De Consulibus prouinciis
 nihil certi habemus, quos opinor Ligures & Galliam obtinuisse: in iis enim finibus bel-
 lum continuè coquebatur, quod mox vehementiùs ebullire cœpit.

Prætores in hunc annum quatuor primùm creati sunt.

Prætorum numerus hoc anno adauctus est, vt deinceps quatuor in Republica semper
 essent; cum antea duo dumtaxat quotannis crearentur. Id primùm fieri cœpisse inter
 duo bella, Illuricum & Gallicum Cisalpinum, Liuij epitome xx. libri subindicat. Quod
 etiam ex Polybio ferè colligere est, qui in altero mox anno Sardos ob perpetuam Præto-
 ris Romani præsentiam rebellasse scribit. Causam cur nunc duplicarint collegium istud,
 exponit Pomponius de origine iuris, nam additos duos Prætores scribit: vt essent, qui in
 Siciliam Sardiniamq; nouas prouincias quotannis rectores mitterentur. Quæ tunc pri-
 mæ Romanorum extra Italiam prouinciæ tamquam ordinariæ teneri cœperunt, atque
 ab annuis Prætoribus gubernari.

*Cur Prætorū
numerus du-
plicatus.*

11. 11. 11. f. 11. n. 11. Vrbanam 11. 11. 11. f. 11. n. 11. Peregrinam
iurisdictiones. fortiti. obtinere.

L. Æmilius. Q. f. Cn. n. Papus. Consul altero pòst anno, fit hinc probabile,
Prætorem priùs hoc quasi tempore fuisse.

C. Scruilius. P. f. 11. nepos. Hunc quidem Prætorium affirmat Polybius lib. III.
fuisse, cum III. vir coloniarum Placentiam deducendæ caperetur à Gallis Boiis, quemad-
modum in eius Quæstura diximus.

C. Flaminius. C. f. L. nepos. Prætor. primus. Siciliam. prouinciam. forti-
tus. obtinuit.

M. Valerius * L. f. M. n. Flaccus *. Prætor. primus. Sardiniam. prouin-
ciam. obtinuit.

Qui primi
in Sicilia &
Sardinia
Prætores.

Ex quatuor autem eius anni Prætoribus, qui duo primi Siciliam & Sardiniam prouin-
cias fortiti sint, solus nos docet Iulius Solinus cap. XI. his verbis: Post Sardiniam, inquit, res
vocant Sicilæ, primò quòd vtraque Insula in Romanam potestatem redacta, iisdem
temporibus prouincia facta est, cum eodem anno Sardiniam M. Valerius, alteram C. Fla-
minius, Prætores primi fortiti sunt. Sardinia quidem administrationi ab initio iunctam
fuisse Corsicam, vno eodemque bello subiugatam, & ex duabus Insulis illis vnã prouin-
ciam, vnoque Sardinia nomine appellatam esse, Sex. Rufus memoriæ prodidit: ve-
rùm postea, quamuis Insulam suam habuisse Prætorum adiecit. Horum alter Prætorum
qui prouincias iam dictas obtinere, C. Flaminius videtur is fuisse, qui in seditioso Tri-
bunatu plebis legem agrariam tulerat: nam eiusdem Consulatus quarto post hunc anno
sequitur ordine solemniter. Vnde etiam Polybij, præcipui quippe in historia eius temporis,
sententia verisimilior videtur, affirmantis M. Lepido Consule quinquennio priùs hunc
C. Flaminium Tribunum plebis fuisse, & agrarios motus in Vrbe concitasse; non vt ex
Ciceronis Catone Maiore colligitur, Q. Fabio iterum Consule, id est, anno superiore;
eò quòd iustior ille annus à Polybio notatus videatur, in quem Tribunatus Flaminij in-
cidit. Nec puto, tacuissent auctores, qui huius rei mentionem faciunt, si contra morem
Maiorum Tribunatu plebis ille Præturam copulasset. C. Flaminium verò Prætorum Si-
cilie fuisse, Lilius item alia occasione libro historiarum XXXIII. meminit, vt ostendam
postea suo loco in curuli ædilitate sui filij. M. Valerius autem, qui Sardiniam obtinuit,
frater P. Valerij Consulis potest videri, prænomenque auitum, vt natu minimus solet,
habuisse.

Quis C. Fla-
minius Præ-
tor hic fue-
rat.

Ædiles curules.

11. 11. 11. f. 11. n. 11. 11. 11. 11. f. 11. n. 11.
P. Cornelius. Cn. f. L. n. Scipio. Asina. K. Quinctius * L. f. * 11. n. Flaminius.

Ædiles plebis.

11. 11. 11. f. 11. n. 11. 11. 11. 11. f. 11. n. 11.
[A. Atilius. A. f. A. n. Bulbus.] [P. Plautius. C. f. C. n. Hupfæus.]

Tribuni plebis.

11. 11. 11. f. 11. n. 11. 11. 11. 11. f. 11. n. 11.
11. 11. 11. f. 11. n. 11. 11. 11. 11. f. 11. n. 11.
11. 11. 11. f. 11. n. 11. 11. 11. 11. f. 11. n. 11.
11. 11. 11. f. 11. n. 11. 11. 11. 11. f. 11. n. 11.
11. 11. 11. f. 11. n. 11. 11. 11. 11. f. 11. n. 11.

C. Lutatius. C. f. C. n. Catulus.

Sex. Pomponius * L. f. Q. * nepos.

[L. Sextius. L. f. L. n. Caluinus.]

C. Aurelius. C. f. L. n. Cotta.

* L. * Villius * Ti. f. L. n. Tappulus *. Q. * Titius * C. f. C. * nepos.

T. Otacilius. * T. f. C. n. * Crassus.

[L. Aurelius. L. f. L. n. Cotta.]

[M. Volunnius. L. f. C. n. Flamma.]

[L. Sextilius. L. f. C. nepos.]

Villia Titia
lex de Præto-
ria in prouin-
ciis iurisdic-
tione.

Villia Titia lex an ab his sit lata videndum est, quo tempore Præsides nouarum prouin-
ciarum iure Romano, ac potestate Prætoria instruebantur. Cuius legis mentionem
faciunt, quantum ad tutelam in prouinciis dandas attinet, Iustinianus Institutionum lib. I.
cap.

cap. xx. & Vlpian. cap. xi. de Tutelis, docentes à Pratore Urbano, & maiore parte Tribunorum plebis in Vrbe primùm tutores ex lege Atilia dari solere mulieribus pupillisve ciuibus, qui tutores non habebant. Sed quia Romæ tantùm lex illa locum habebat, lege Villia & Titia prospectum est, vt in prouinciis quoque similiter à Præsidibus earum darentur tutores. Leges autem antiquas & Tribunitias has opinari licet, si Iurifconsultorum verba diligenter consideramus: ex quibus apparet eas esse latas ad iurisdictionem Prætoriam instruendam, primùm in Vrbe, & postea hoc tempore in prouinciis, quæ legibus Romanis parebant, & ciuibus Romanis frequentabantur. Cùm denique constet vnam esse legem Villiam Titiam, à duobus Tribunis plebis latam, librariorum error ex ipsis Iurifconsultorum verbis elucet, quo perperam vulgò Iuliam & Titiam appellant.

Caput legis de tutelis.

Error in nomine legis apud iurifconsultos.

Quæstores urbani.

11. 11. 11. f. 11. n. 11. 11. 11. f. 11. n. 11.

Quæstores prouinciales.

11. 11. 11. f. 11. n. 11. P. Valerij. cos. }
 11. 11. 11. f. 11. n. 11. M. Atilij. cos. } in * Ligurib. & Gallia.
 11. 11. 11. f. 11. n. 11. C. Flamini. pr. in. Sicilia.
 11. 11. 11. f. 11. n. 11. M. Valerij. pr. in Sardinia.
 11. 11. 11. f. 11. n. 11. Ostiensis. 11. 11. 11. f. 11. n. 11. Calenus.

M. Valerius * P. f. P. n. * Læuinus. Nepotem fuisse P. Læuini, qui Consul primus cum Pyrrho rege pugnauit, ex annorum distantia colligere est. Et hic bis Consul magnas res gessit, quemadmodum suis annis referemus. Exstant denarij argentei cum eius nomine: M. VALERI. P. F. LAEVINVS. In quibus Romæ caput galea alata reatum, & Castores in equis visuntur.

Cn. Seruilius. P. f. Q. n. Geminus. Patre Consulari natus P. Gemino, & ipse postea Consul.

[C. Genucius. C. f. C. n. Clepsina.] Cuius auus Consularis fuerat.
 [C. Fundanius. C. f. C. n. Fundulus.] Filius C. Fundanij C. f. cuius Consularis exstat in Capitolinis marmoribus:
 [C. Volumnius. L. f. L. n. Flâma. Violens.] [M. Pompilius. Sex. f. Sex. nepos.]
 N. Fabius. N. f. M. n. Buteo. Cuius pater Consul fuerat anno DVI. & exstat in Capitolinis.
 [T. Antonius. T. f. T. n. Merenda.]

Proquæstorib. f. fuère.

11. 11. 11. f. 11. n. 11. Gallicus. 11. 11. 11. f. 11. n. 11. * Lucerinus *
 C. Lætorius *. L. f. C. n. Mergus *. Cn. Fuluius. Cn. f. Cn. n. Max. Centumalus.

ANNI P. R. C. DXXXVII.

Consules.

M. VALERIUS. M. F. M. N. MESSALLA. L. APVSTIVS. L. F. C. N. FVLLO.
L Apustius, M. Valerius Consules referuntur à Mariano & Cassiodoro. In tabulis Capitolinis exstant M. Valerius Messalla, L. Apustius Fullo; in Græcis autem Siculis nostris Maximus & Apustius. Idq; etiam rectè, nam Maximus auitum cognomen est M. Valerij Consulis, quem filium fuisse discimus ex Capitolinis Fastis M. Valerij Maximi, qui primus Messallæ cognomen ex victoria rettulit, sicut latius antè narrauimus in Annali Urbis CDXC.

Iam admodum increfcente belli Gallici formidine, oraculum Sibullinum vetustum attonitos tenuit Romanorum animos; quo proditum erat Græcos & Gallos Urbem occupaturos esse. Quocirca, vt satisfactum oraculo videretur, mali auerruncandi causa, ex auctoritate Pontificum, ac decemvirum vtriusque nationis homines duo, nempe Gal-

Sibullinum oraculū tenuit Urbem. A. Spamdu- oia valitè barbata.

lus cum Galla, & Græcus cum Græca, ferali sacrificio viui in foro boario defossi sunt: vt ita Galli & Græci aliquam Vrbs partem tenere viderentur. Hæc referunt Zonaras An-
nalium lib. 11. D. Augustinus de ciuitate Dei, & Orosius lib. 4. cap. xiiii. prodentes
illud tertio post Fuluium Postumiumque Consules anno contigisse. Meminit item Plu-
tarchus in Marcello, & Eusebius in Chronico.

Prouinciæ Consulium in incerto manent: opinio tamen est, eos ob metum noui belli
Gallici ordinarias tum prouincias obtinuisse, & hostibus vicinas, nempe Ligures & Ari-
minum siue Galliam.

Prætores.

//. // . f. // . n. // . Vrbanam // . // . f. // . n. // . Peregrinam
iurisdictiones. fortiti. obtinere

//. // . f. // . n. // . Siciliam. // . // . f. // . n. // . Sardiniam
prouincias. fortiti. obtinere

M. Æmilius. M. f. M. n. Paullus. C. Scruilius. P. f. * Cn. n. Capio*.
[M. Iunius. M. f. D. n. Brutus.] [T. Æbutius. T. f. // . n. Carus.]

Aediles curules.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

Ædiles plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
M. Claudius. M. f. M. n. M. Minucius * P. f. Q. n. *
Marcellus. Rufus.

C. Scantinius. // . f. // . n. [L. Lætorius. L. f. C. n.
Capitolinus. Mergus.]

M. Marcel-
lus Aedilis
collegæ suum
damnat.
Valerij Max.
locus.

Institia &
omnigena
virtutis re-
plum tunc
Roma.

Mensa sacra
ex pecunia
multatitia.

Valerij locus
expurgatus.

Aediles ple-
bis sacrosan-
cti.
Valeria Ho-
ratia lex.

Aediles ple-
bis Tribuno-
rum ministri.

Hunc annum ferè respicit Ædilitas M. Claudij Marcelli, quam curulem gessisse te-
stantur Plutarchus in eius vita, & Valerius Max. lib. vi. cap. i. celebremque fecisse scrib-
tantur accusatione sui collegæ, vt ait Plutarchus. C. Scantinium Capitolinum collegam

Ædilem plebis, vti Valerium velle puto, non Tribunum plebis, sicut perperam habent
exemplaria, in Senatu prius accusatum, cum exceptiones ac subterfugia, ne causam diceret
magistratus priuilegio quæreret, reum fecit ad populum, quod filium suum de stu-
pro appellasset. Cumque reus iudicium palam detrectaret, iactaretque se cogi non posse,
quia magistratum populi Rom. gereret, sacrosancamque potestatem haberet, atque id-
circo Tribunitium auxilium imploraret, est itum ad Rostra; vbi totum collegium Tri-
bunorum negauit se intercedere, quod minus pudicitiam quæstio perageretur. Productus
igitur in iudicium reus Scantinius, & quantumuis crimen negaret, vno tamen teste, qui
tentatus erat, damnatus est. Constat iuuenem in Rostra adductum defixo in terram vultu
perseueranter tacuisse, verecundoque silentio plurimum in vltionem suam valuisse.

Multa igitur omnium suffragiis reo dicta est, & ex pecunia multatitia Marcellus mensam
argenteam ministerio deorum consecrauit. Auctores sunt Plutarchus in Marcelli vita,
& Valerius Max. lib. vi. cap. i. qui discrepans in hoc à Plutarcho, Tribunum plebis
Scantinium, cum damnetur, fuisse dicit. Sed non possum non suspicari, etiam in hoc
Valerij loco librarij errorem latere; prout vbique contaminatus est auctor ille prioribus

sæculis, frequentissimè ab indoctis rescriptus. Quorum aliqui fortasse, cum legerent
Scantinium reum se sacrosancta potestate sua tueri velle, ne causam diceret, vbi scriptum
erat Æd. pl. mutarunt Trib. pl. nescientes, quod Ædiles plebis legibus sacratis æque ac
Tribuni plebis sacrosancti haberentur; de qua re tamen antiquitus M. Cato ille maior
orationem scripsit, qua probat Ædiles plebis sacrosanctos esse, velut apud Festum legi-
mus. Quin etiam Liuius asserit libro tertio L. Valerium, M. Horatium Consules depul-
sis magistratu x. viris, legibus caremoniisque sacratis ex antiquitate repetitis restituisse sa-
crosanctos magistratus, lege noua fanciendo. Vt qui Tribunus plebis, Ædilibus, iudici-
bus nocuisset, eius caput Ioui sacrum esset, familia ad ædem Cereris, Liberi Liberæque
venum iret. Quod antè suo loco dictum est. Proinde non videtur Tribunus plebis tunc
Scantinius fuisse, non enim illi opus fuisset Tribunitium auxilium implorare, quemad-
modum aperte ibidem scribit Valerius, ipsum fecisse. Ceterum Ædiles, cum ministri
Tribunorum dumtaxat essent, & vocationem non haberent; & neque prehensionem,
iiii

nisi Tribunorum plebis iussu ; quamvis sacrosancti, tamen Tribunorum plebis consensu vel etiam à priuato in ius vocari poterant, sicut antè probaui ex Varrone, quo loco de his magistratibus satis amplè disserui. Sunt autem nonnulli ex nostris, qui ab hoc reo nomen habere legem Scantiniam, arbitrantur, olim in eos latam ; qui aut alienam pudicitiam sollicitassent, aut suam ipsi prostituisent. Quòd si ita se res habet, vel quia primus fuit ipse ob hoc crimen damnatus, sic appellata videtur : vel necesse est, vt antè Tribunus plebis eandem tulerit, legeque sua damnatus fuerit. Quod tamen minimè tacuissent, opinor, Plutarchus & Valerius, qui inter rara exempla Licinium Stolonem celebrant, suamet lege agraria damnatum. Nobis quidem aliquantò post Scatinia lex (nam ita vocant auctorum correctà exemplaria, non Scantiniam) ab alio Tribuno plebis Aricino Scatinio lata videtur, cum Cicero Voconia illam postponat, & vtriusque auctores Aricino municipio fuisse dicat. Sed ita hæc quidem dissero, vt in re tam veteri & obscura, nihil velim affirmare. Quocirca si legis Scatinia auctorem postea, forsan non suo loco, Lector, reperias : quid de ea re tibi opinandum sit, asteriscus adiunctus indicare poterit.

Tribuni plebis

Appellati à C. Scatinio Ædile plebis non intercessere ; nec morati sunt iudicium, quo minùs incepta quæstio pudicitia perageretur.

..	f.	..	n.	f.	..	n.	..				
..	f.	..	n.	f.	..	n.	..				
..	f.	..	n.	f.	..	n.	..				
..	f.	..	n.	f.	..	n.	..				
..	f.	..	n.	f.	..	n.	..				
T. Annius.	..	f.	..	n.	*	Luscus	*	M. Liuius.	M.	f.	n.	Salinator.	II.			
Q. Ælius.	P.	f.	*	C. n.	*	Pærus.	II.	Ti. Sempronius.	C.	f.	*	T. n.	* Longus	II.		
L. Cæcilius.	L.	f.	L. n.	Metellus.	[M. Liuius.	M. f. M. n. Drufus.]	[L. Iunius.	L. f. C. n. Pullus.]	[C. Cominius.	C. f. L. nepos.]	[P. Curatius.	P. f. P. nepos.]

Quæstores vrbani.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..

Quæstores prouinciales.

.. .. f. .. n. .. M. Valerij. }
 f. .. n. .. L. Apustij. } coss. in * Liguribus & Gallia *.
 f. .. n. .. * M. Bruti * pr. in Sicilia.
 f. .. n. .. * T. Æbutij * pr. in Sardinia.
 f. .. n. .. Gallicus. f. .. n. .. * Lucerinus *

P. Cornelius *. Ser. f. Ser. n. *. Merenda. Prætorius postea cum multis aliis repulsam in Consulatu passus est. Auum opinor habuisse Ser. Merendam Consularem, prout ratio temporum indicare potest.

M. Æmilius * M. f. M. n. *. Lepidus. Ex annorum interuallo videtur auum habuisse M. Lepidum, qui Consul cum C. Claudio fuit anno CDLXVIII. Hic Prætor Siciliae postea, & in petitione Consulatus deinde repulsam est passus, vt suo loco dicemus.

Q. Mucius. P. f. * P. n. * Scauola. Prætor Sardiniam per quadriennium rexit, & antequam ad Consulatum peruenisset, x. vir sacris faciundis est mortuus anno DXLI II. sicut ex Liuij xxvii. constat. Hunc sanè patrem ex temporum interuallo colligere est fuisse duorum Scaularum Publij & Quinti, quos postea Consules reperimus in tabulis Capitolinis.

C. Fannius. .. f. .. n. Strabo. Cuius nepotem reperimus primùm in ea gente Consulem fuisse anno DXCII. cum M. Messalla, quemadmodum & Capitolina marmora ostendunt.

C. Liuius *. C. f. M. n. * Drufus. Pontifex creatus postea in M. Pomponij Marthonis locum defuncti, anno DXLII. vt Liuius libro xxvi.

L. Petil-

L. Petillius * L. f. Q. n. * Geminus. Qui postea Legatus à Senatu missus est ad regem Suphacem Numidiæ aliosque vicinos regulos, vt Livijs libro xxvii.

[L. Geganius. T. f. T. n. Macerinus.] [Sp. Nautius. Sp. f. C. n. Rutilus.]

Proquaestorib. f. fuere.

M. f. n. Ostiensis. M. f. n. Calenus.

N. Fabius. N. f. M. n. Buteo. [T. Antonius. T. f. T. n. Merenda.]

BELLVM. GALLICVM. CISALPINVM.

*Bellum Gallicum lege Flaminia lata septennio coctum effervuit. Boij cum Insu-
subribus ac finitimis sociati, Transalpinos in auxilium vocant.*

Bellum hoc C. Flamini Tribuni plebis culpa & agraria diuisione excitatum fuisse Polybius auctor est. Cum enim Flaminius ante septennium M. Lepido, vt ait, Consule, vel ante triennium Q. Fabio Maximo iterum Consule, sicut asserit Cicero, lege lata Picenum & Gallicum agrum, vnde pulsi Senones fuerant, viritim diuisisset; Galli finitimi, ac Boij maximè, exemplo hoc percussis, rebus item suis timentes tamquam in vicino periculo positi, inita cum Insu- subribus societate Transalpinos Gallos, qui ad Rhodanum accolunt, duobus regibus Congolitano & Aneroesto ducibus, mercede ingenti in auxilium vocarant. Qui anno proximè sequenti L. Emilio, C. Atilio Consulibus maiore quam vquam antea exercitu Alpibus superatis Etruriam irruerunt, octauo, vt Polybius affirmat, post agri Piceni & Gallici diuisionem anno. Cuius auctoris sententiam cur sequi maluerim, iam antè dixi. Cui etiam anno belli huius initium in Fastis Capitolinis annotatum esse videmus. Belli originem accuratè Polybius & omnes Gallorum vetustas illas in Italiam irruptiones enarrat: item Appianus in Celtica; sed is liber mutilus ad nos peruenit.

ANNI P. R. C. DXXVIII.

Consules.

L. AIMILIVS. Q. F. CN. N. PAPVS. C. ATILIVS. M. F. M. N. REGVLVS.

PAPVM & Regulum Consules suggerunt tabulæ Græcæ, C. Atilium & L. Æmilium, Polybius, Cassiodorus & Marianus. Zonaras Regulum & Æmilium hos appellat. Nominantur etiam ab Orofio libro quarto cap. XIII. & Plinio libro III. cap. xx. sed Æmilij cognomen Papus in exemplaribus periit, in queis mendosè cos. hic Æmilij, L. Paulus, non L. Papus vocatur. Sic placuit indoctis librariis sibi notius Æmiliæ gentis cognomen pro ignotiore supponere. Aimilio Consuli bellum Gallicum, Atilio Regulo Sardinia obuenerit. Sardi tunc etenim, vt Zonaras tradit, perpetuam Romani Prætoris præsentiam agrè ferentes, rebellauerant. In quam prouinciam missus est cum exercitu C. Atilius Consul, qui motus Sardorum intra paucos dies sedauit. Contra Gallorum exercitus peditum ad quinquaginta, equitumque ad viginti millia Italia tum imminentes, Romani totius item vires imperij ad suum præsidium contraxere. Sub duobus enim Consulibus & vno Prætorè DCCC. armatorum millia hoc anno militasse referunt Eutropius & Orofius ex Q. Fabio historico, qui eidem bello interfuit. Plinius loco iam antè citato sine Transpadanis atque externis auxilijs vllis hoc Gallico tumultu solam Italiam armasse tradit peditum DCC. & equitum LXXX. Livijs autem libro xx. velut ex Epitoma ipsius colligimus, populo Romano sociorum Latiniq; nominis trecenta millia armatorum scribit eo bello tum adfuisse. Polybius verò peditum numerat supra quingenta, equitum supra sexaginta millia; eorum dumtaxat, quibus populus Romanus imperabat; & Italiae totius exercitum septies centena peditum & equitum septuaginta millia continuisse tradit. Et recenset particulatius populorum totius Italiae copias, & imperij Romani eius temporis vires sanè quàm maximas; vt valdè mirum videatur Annibalem vix viginti millibus hominum aduersus tantam Italiae potentiam ausum fuisse irrumperè.

*Sardi rebel-
lantes sub-
acti ab Atilio.
Galloru exercitus LXX.
militum.
Romani imperij potentia
qua tunc fuerit.*

Prætor in Etruriam missus à Gallis pralio victus est.

Obsessus, à cos. liberatur.

Cum Romani exercitus parte L. Æmilij Consul Ariminum contendit, vt illic oppositus hostibus transitum eorum prohiberet, alteram partem Prætorum vnus, eò quòd C. Atilius Consul iam in Sardiniam transferat, in Etruriam duxit: qui ad Fefulas cum Gallis infeliciter congressus, sex millibus suorum amissis fugatus, in collem editum & tutiorem cum reliquis se recepit. Vbi dum obsidetur à Gallis, Æmilij Consul mox Apennino superato venit obsessis auxilio; nec minùs oportunè C. Atilius cos. è Sardinia reuocatus à Senatu Pisis exercitum alterum exposuit. Ambo igitur Consules non procul Te- lamone

Iamone Gallos præda onustos domum proficisci volentes adorti, inter duos exercitus medios concluderunt, Atilius hostibus occurrens à fronte, L. Æmilius à tergo, dum irruens ab Apennino à tergo hostem sequitur, & occasione cum aliqua parte pugnandi commodam captat. Sed collegam oppugnari intelligens, ex Apennini faucibus irruit & ipse, magnamque hostium partem in se conuertit: Qua ratione factum, ut acie tandem bifronti pugnare sit coactus Gallorum totus exercitus, & magna strage suorum victus, celsusq; ad internecionem fuerit. Quo in prælio Consulem Atilium cecidisse auctores sunt Polybius, Zonaras & Orofius, id quod in tabulis Capitolinis annotatum non esse, miror. Quadraginta Gallorum milia in eo prælio occubuisse auctores tradunt Eutropius & Orofius. Congruit item Polybius, diffusè & disertè pugnam illam describens: additque decem insuper hostium milia capta fuisse, inter quos Congolitanus Gessatarum rex erat, & prædam omnem receptam esse: Anerostem verò regem alterum in fuga obfessum, & prædam omnem receptam esse: sibi met mortem conscivisse narrat. Zonaras & Orofius in prælij successu non nihil tam inter se, quàm à Polybio discrepant: Polybio tamen acquiescere malim, qui omnium diligentissime bellum hoc Gallicum describit.

Ambo coss. duobus exercitibus hostem interceptum magna cum strage in fugam pellunt.
Atilius cos. cecidit.
Magna clades Gallorū.
Duo Gallorū reges occisi.

CENS. C. CLAUDIVS. AP. F. C. N. CEN. THO. M. IVNIVS. D. F.

D. N. PERA. L. F. XXXXII.

Censorum quidem nomina sic extant exsculpta in Capitolinis matmoribus, sed apud alios auctores, nescio an Censorum huiusve lustri quadagesimi secundi fiat aliqua mentio: ex Polybio tantum colligere possumus, ob belli Gallici instantis metum (quam gentem velut fatalem vrbi Romæ mirum in modum formidabant,) diligentissime censum actum, & delectus passim habitos fuisse: vbi multis enarrat, qua cura Senatus omnes Reipublicæ neruus in hoc bellum intenderit. Nec dubium, quin Censores, cum ex officio vacationum militiæ causas cognoscerent, hoc Gallici tumultus ac belli tanto in terrore, non solum omnem iuventutem militarem, sed item sacerdotes, qui ab antiquo & vetustis Romuli & Numæ institutis perpetua militiæ vacatione gaudebant, nec non senes & stipendiis missos ad sacramentum adegerint, sicut ex Polybio & Plutarchi Marcello nobis palam fit. Atque ita verisimile fit anno superiore Censores hosce creatos, & censum actum, & huius quidem initio lustrum conditum fuisse. Censorum alter Claudius Consul fuerat anno DXIII. Iunius autem anno DXIX.

Vacationum militiæ causas cognoscere, Censorum erat.
Gallici tumultus necessitas vacationum privilegia quacumque tollebat.

Prætores.

//. // . // . f. // . n. // . Vtramque iurisdictionē. // . // . // . f. // . n. // . Etruriam.
// . // . // . f. // . n. // . Siciliam. // . // . // . f. // . n. // . Sardiniam.
prouincias fortiti obtinuerunt.

P. Furius. Sp. f. M. n. Philus. Constat autem ex Lio, P. Furium anno Cannensi secundam Præturam gessisse: verum quia vigesimus eius liber cum aliis prioribus libris interiit, de prima Furij Prætura apud alios auctores nihil sanè me legisse memini. Tantummodò coniectura ducor ad suspicandum, ante Consulatum hoc quasi anno Furium primò Prætorem fuisse, & ex eorum numero, qui prouinciam cum imperio habuerunt.

Cn. Cornelius. L. f. L. n. Scipio. Caluus. [C. Apustius. L. f. C. n. Fullo.]
[P. Plautius. C. f. C. n. Hupfæus.]

Ædiles curules.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
P. Cornelius. L. f. L. n. Scipio. L. Manlius *. L. f. A. n *. Vulso.

Ædiles plebis.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
C. Lutatius. C. f. C. n. Catulus. Q. Bæbius. Cn. f. // . n. Tamphilus.

Tribuni plebis.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

// . // .

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

Q. Terentius. // . f. // . n. * Culeo *. L. Ælius * C. f. Q. n. Poetus * Tubero.
C. Centenius. // . f. // . n. * Pénula * II. M. Atilius. C. f. M. n. Serranus.
L. Marcius. Q. f. Q. n. Philippus. P. Scantinius. // . f. // . n. * Capitolinus *.
[C. Mœnius. C. f. C. nepos.] [C. Virginius. A. f. A. nepos.]
[P. Furius. P. f. C. n. Aculeo.] [L. Papirius. L. f. L. n. Turdus.]

Quæstores urbani.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciales.

//. // . f. // . n. // . L. Papi. cos. in Gallia.
//. // . f. // . n. // . C. Reguli. cos. in Sardinia.
//. // . f. // . n. // . // . // . pr. in Sicilia.
//. // . f. // . n. // . // . // . pr. in Sardinia.
//. // . f. // . n. // . Ostiensis. // . // . f. // . n. // . Calenus.
M. Antistius * M. f. M. * nepos. A Senatu postea cum Q. Terentio missus Legatus ad C. Flaminius Consulem designatum Romam reuocandum, vt Liuius lib. xxii. fine.

T. Metilius. * M. f. M. n * Croto. Liuius T. Metilium Crotonem nominat libro xxii. & Legatum dicit fuisse Ap. Claudij pr. in Sicilia anno DXXXVIII. Et videtur idem Metilius, qui Tribunus plebis anno DXXXIII. fuit, quemadmodum suo loco dicemus.

L. Apustius * C. f. C. n. * Fullo. Qui C. Varronis Consulis Legatus in prælio Cannensi, & anno sequenti M. Læuini Prætoris erat, vt Liuius xxiii. libro.

L. Genucius * L. f. L. n. Clepsina *. L. Clepsinæ Consularis nepos videtur fuisse. Hic postea anno DXLIII. à Senatu Legatus ad Suphacem Numidiæ regem est missus; sicut apud Liuium libro xxvii. legimus.

Ti. Veturius * L. f. Ti. n * Philo. Qui postea Flamen Martialis est mortuus, vt auctor Liuius libri xxix. fine. Frater autem apparet L. Veturij Philonis Consularis ac Censorij.

[Q. Sulpicius. C. f. C. n. Longus.] [L. Papirius. L. f. L. n. Cursor.]
[P. Cornelius. P. f. P. n. Dolabella.]

Proquæst. f. fuère.

//. // . f. // . n. // . Gallicus. // . // . f. // . n. // . * Lucerinus *
[T. Geganius. T. f. T. n. Macerinus.] [Sp. Nautius. Sp. f. C. n. Rutilus.]

L. AIMILIVS. Q. F. CN. N. PAPVS. COS. AN. DXXIIX.

DE. GALLEIS. III. NONAS. MART.

Iusta laudatâq; militia. L. Æmilius Consul occiso collega insignis victoriæ fructus solus percepit. Lectis enim post prælium spoliis, Romamq; missis; & præda, quam Galli ex fociorum oppidis agrisq; abstulerant ingentem, his, quorum fuerat, restituta; Boiorum agros longè lateq; vastauit, & populatus est. Atque ita ditato genere omni spoliolum milite, Romam cum copiis reuertitur, captiuorum ingentem turbam ante se in triumphum ducens, quem signis insuper, armis, torquibusq; Gallicis in Capitolio fixis exornauit. Hæc de L. Æmilij triumpho Polybius. Meminit obiter etiam Eutropius. Zonaras autem Æmilium Consulem Boiis Gallis superatis triumphantè, captiuos hostium principes armatos in Capitolium vsque ante se egisse: vt insolentia eorum irriteretur ab omnibus; quia se thoraces non prius exuturos iurarant, quàm in Capitolium venissent, Urbemq; cepissent. Idem narrat breuiter & festiuè L. Florus libro secundo cap. iv. Britomarus quemdam nominans Gallorum ducem, cuius tamen inter alios Polybius non meminit. Sed Britomaro, inquit, duce non prius soluturos se balthea, quàm in Capitolium ascendissent, iurauerant. Factum

Factum est: victos enim Æmilium in Capitolio discinxit, Ornant & hunc triumphum Goltziani Fasti denario argenteo insigni, cum Romæ galeatæ facie & Victoria in curru triumphali, cui subest hic titulus: L. AEMILI. Q. F. PAPVS.

ANNI P. R. C. DXXIX:

Consules.

T. MANLIVS. T. F. T. N. Q. FVLVIVS. M. F. Q. N.
TORQVATVS. II. FLACCVS II.

T Manlium & Q. Fulvium II. Consules adferunt Polybius & Cassiodorus: Manlium Torquatium & Fulvium Flaccum Orofius: Torquatium & Flaccum II. tabulæ Græcæ, sed amborum coss. secundus hic Consulatus est. Itaque numeri in exemplaribus, vbi defunt, adiungendi sunt, quemadmodum habentur in tabulis Capitulinis & Mariano Scoto.

Rebus bellicis anno superiore admodum prosperè gestis Romani in spem erecti, Gallos expelli extra Italiam posse, Q. Fulvium & T. Manlium Consules nuper creatos, eadem prouincia decreta, cum maximis copiis denuò in Galliam miserunt: Qui Boios imprimis ad deditionem coegerunt, nihil tamen præterea memorabile gesserunt, tempestatibus imbrum ac peste deterriti, vt Polybius auctor est. Orofius autem de his Consulibus ita scribit: Sequenti, inquit, anno Manlius Torquatius & Fulvius Flaccus Consules primum trans Padum Romanas duxere legiones. Pugnatum est ibi cum Insubribus Gallis, quorum interfecta sunt tria & viginti milia, quinque milia capta. Accedit ad hæc Io. Zonaras statim descripto Æmilij triumpho subiungens, ab eo tempore Boiorum omnem terram occupasse Romanos, & in potestate retinuisse. Deinde Eridano superato Insubribus arma intulisse, eorumque agros vastasse. Hinc etiam Lilius lib. xx. in Epitoma exercitum Romanum tunc primum trans Padum fuisse ductum tradit.

*Gallos perse-
qui non cessat
Romanus.*

*Trans Pa-
dum legiones
Romanas primi-
um tradidit.*

*Boj Galli se-
dibus suis
pulsi.*

L. CAECILIVS. L. F. C. N. METELLVS. DICT.
N. FABIVS. M. F. M. N. BVTEO. MAG. EQ.
COMIT. HABENDOR. CAVSSA.

Idem annus Dictatorem comitorum habendorum causa ob absentiam Consulum habuit, sicut in tabulis Capitulinis annotatum esse videmus. Fuit autem Dictator L. Cæcilius Metellus, qui item Pontifex maximus erat, & ex vetustissimis Consularium: sicut etiam magister equitum N. Fabius Buteo: nam is ante annos xxiiii. Consul fuerat. Ceterum Plinius lib. vii. cap. xliiii. ex Oratione funebri Q. Metelli L. f. quam habuit post mortem patris sui huius L. Metelli, inter alios eius magistratus & honores Dictaturam quoque recenset. Reperitur hæc etiam, quemadmodum supra annotavi, in Elogio antiquo prius adducto, cuius verbis item Plinius vti videtur. Cæcum porò fuisse L. Metellum, Dictator cum crearetur, ex antè dictis constat: & iam ab anno scilicet Urbis dxxii. quo Palladium & sacra ex ædis Vestæ incendio eripuit. Ob quam cæcitatem rarus illi honos à populo Romano est datus, cum post amissos oculos nihilominus rebus diuinis pontifex Max. & ciuilibus Senator operam suam impenderet. Nam illi concessum, vt quotiens in Senatum iret, curru veheretur ad Curiam, quemadmodum ex Seneca & Plinio probauimus. Itaque non cessarunt vniquam eius sæculi principes viri Reipublicæ seruitium omne, atque suum studium applicare; quamuis vel senio, vel corporis defectibus impedirentur. Ita etiam Cicero in Tusculanis quaestionibus affirmat, Appium Claudium veterem illum, qui cæcus à Censura per multos annos fuit, post talem casum neque priuato neque publico muneri defuisse: idque ex eius magistratibus, rebusque gestis constare. Reuolue Annales nostros, Lector, inuenies Appium illum Cæcum post Censuram bis Prætorem, bis Consulem & Dictatorem fuisse, eumdemque senem ac cæcum valde post alterum Consulatum anno decimosextimo lectica in Curiam se ferri iussisse, & in Senatu oratione luculentissima pacem ac foedus cum Pyrrho rege faciendum dissuasisse, prorsusque pacis consilium illud dispulisse. Nec minus is diligens ac prudens in re priuata: Et enim, vt idem Cicero in Catone maiore prodidit, quatuor robustos filios, quinque filias, tantam domum, tantas clientelas Appius regebat & senex & cæcus: nec languescens succumbebat senectuti, velut plerumque decrepiti solent. Eleganter igitur de ipso cecinit poeta Ouidius, pacem à Pyrrho rege postulatam quo pacto impediens describens:

Multum animo vidit, lumine captus erat.

*L. Metellus
iam senex &
cæcus Dicta-
tor dicitur.*

*Principū Se-
natorum et-
iam in extre-
ma senectute
labor indefes-
sus pro Rep.
Ap. Claudius
Cæcus.*

Cæcitatem enim oculorum summo consilio, atque animi prudentia perspicaci competi-
fabat.

Prætores.

//. // . // . f. // . n. // . Urbanam. // . // . // . f. // . n. // . Peregrinam
iurisdictiones sortiti obtinuère.

//. // . // . f. // . n. // . Siciliam. // . // . // . f. // . n. // . Sardiniam
prouincias sortiti obtinuère.

K. Quinctius * L. f. * // . n. Flamininus. [A. Atilius. A. f. A. n. Bulbus.]

M. Claudius. M. f. M. n. Marcellus. Qui opima paulò post Consul retulit. Hunc
etiam cladis Cannensis anno Prætozem iterum fuisse Liuius asserit lib. xxii. ideoq; hanc
primam Præturam ante eius Consulatum anno tunc ferè ordinario ponendam esse puta-
ui; de qua tamen nihil aliud legere mihi contigit. Attamen opinor ex eis Marcellum quo-
que fuisse, qui imperium & exercitum in prima Prætura obtinuerunt, velut ex Liuij ver-
bis ferè colligere possumus: cum scribat, Consulares omnes tam periculoso tempore,
& item Præturæ magistratu prius functos, Prætores esse factos: quippe, vt belli peritos in
summo discrimine Respublica haberet duces.

P. Cornelius. Cn. f. L. n. Scipio. Afina.

Ædiles curules.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
L. Æmilius. M. f. M. n. Paullus. M. Æmilius. Q. f. L. n. Barbula.

Ædiles plebis.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
M. Liuius. M. f. M. n. Salinator. Ti. Sempronius. C. f. * Ti. n. * Longus.

Tribuni plebis.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

C. Atilius. C. f. M. n. Serranus.

[C. Fulcinius. C. f. L. n. Trio.]

[Sp. Mælius. Q. f. Q. n. Capitolinus.]

[M. Canuleius. M. f. C. nepos.]

Cn. Pupius * M. f. M. * nepos.

T. Otacilius * T. f. C. n. * Crassus II.

[L. Opimius. L. f. L. n. Panfa.]

[C. Numicius. T. f. T. nepos.]

[A. Ogulnius. A. f. Cn. n. Gallus.]

[M. Oppius. M. f. M. n. Cornicen.]

*Pupia lex de
Senatu ha-
benda.*

* Lex Pupia de legitimis Senatus diebus an hoc tempore lata sit, videndum; antiqua
namque apparet. Eius autem meminit Cicero Familiarium libro i. epistola ad P. Lentu-
lum quarta, his verbis: Senatus haberi ante Kal. Februarias per legem Pupiam, id quod
fcis, non potest; neque mense Februario toto, nisi perfectis aut reiectis legationibus. Rur-
sus ad Q. Fratrem libri secundi epistola vndecima: Comitialibus, inquit, diebus, qui
Quirinalia sequuntur, Appius interpretatur non impediri se lege Pupia, quo minus ha-
beat Senatum: & quòd Gabinia sanctum sit, etiam cogi ex Kalend. Februarij vsque ad
Kalend. Martias, Legatis Senatum quotidie dari. Ita putantur detruedi comitia in men-
sem Martium.

Quæstores vr bani.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciales.

//. // . // . f. // . n. // . T. Torquati. }
//. // . // . f. // . n. // . Q. Flacci. } *cos. in Gallia.*

//. // .

II. II. II. f. II. n. II. II. II. pr. in Sicilia.

II. II. II. f. II. n. II. II. II. pr. in Sardinia.

II. II. II. f. II. n. II. *Lucerinus* II. II. II. f. II. II. II. Gallicus.
A. Cornelius. II. f. II. n. Mammula: Patriciæ gentis, & Prætor Sardinia postea factus est.

Cn. Cornelius * Cn. f. P. n. * Dolabella. Quem regem sacrorum nominat Livius libro xxvii.

Ti. Sempronius. Ti. f. Ti. n. Gracchus. Ti. Gracchi Consularis filius, atque vnus ex præcipuis contra Annibalem ducibus, qui ob militarem peritiam in Ædilitate curuli magister equitum lectus est ipso cladis Cannensis anno, mox Consul ac procos. in Campania res feliciter gessit. Ideoque Consul iterum relictus absens, ac deinde procos. Lucani hospitis prodicione, Punicisq; insidiis circumuentus occiditur, quemadmodum ex sequentibus apparebit latius.

M. Claudius * M. f. M. n. * Marcellus * Otacilianus * Frater adoptiuus, ni fallor, M. Marcelli quinquies Consul, de quo postea in Ædilitate differemus.

M. Æmilius * M. * f. II. n. Regillus. Quem Flaminem Quirinalem adducit libro xxiv. T. Liuius, & post Præturam cum T. Otacilio repulsam esse passum scribit in Consulatus petitione; idq; anno dxxxviii. Verum idem libri xxix. sine, M. Æmilium *Liuij locus.* Regillum Flaminem Martialem mortuum tradit: Aut igitur duo eiusdem prorsus nominis Regilli Flamines tunc fuere, aut in altero loco commissus est error.

L. Porcius. II. f. II. n. Licinus. Hunc legatum & Præfectum castrorum ante Capuam fuisse dicit Livius libro xxvi. cum ab Annibale oppugnarentur anno dxxlii.

M. Aurelius. * M. f. C. n. * Cotta. Ædilis deinde plebis, ac x. vir sacris faciundis. Item Præfectus præsidij Puteolani anno dxxli. vt Livius lib. xxv. Anno autem dl. missus à Senatu ad Philippum Macedoniæ regem remansit in Græcia vsque ad dlxii. annum, quo mortuum esse prodit Livius libri xxxi. sine.

[Ser. Cornelius. Ser. f. Ser. n. Rufinus.]

Proquæstorib. f. fuere.

II. II. II. f. II. n. II. Ostiensis. II. II. II. f. II. II. II. Calentis.

Ti. Veturius * L. f. Ti. n. * Philo. [P. Cornelius. P. f. P. n. Dolabella.]

ANNI P.R.C. DXXX.

Consules.

C. FLAMINIUS. C. F. L. NEPOS. P. FURIUS. SP. F. M. N. PHILUS.

POLYBIUS, Cassiodorus & Marianus Consules adferunt C. Flaminium & P. Furium; cuius cognomen, tam in Cassiodoro quam alibi apud auctores perperam Philo, non Philus scribitur, mendo ab antiquitatis incertia indueto, ab his qui ignorarunt illud Veturionum esse cognomen, vt hoc Furiorum. Tabulae autem Græcæ Flaminium & Philum correctè proferunt, Flaminium & Furium Zonaras, sicut item Plutarchus in Marcelli vita. M. Tullius quidem in Lucullo C. Flaminium aliquot annis ante secundum Punicum bellum Tribunum plebis legem agrariam tulisse, ac bis Consulem factum scribit.

Vtrisque Consulibus Gallia rursus decreta est, qui legiones aduersus Insuæres duxerunt.

Sed varia terruerunt Urbem interim prodigia. Dum enim Flaminium & Furius Consules ab hostibus primùm repulsi se in Cænomannorum sociorum fines recepissent, atque inde collectis viribus denuo regressi aduersus Insuæres castra tenerent, fluuius in Piceno

Prodigia.

anguine fluxit, tres lunæ noctu prope Ariminum apparuerunt, in Etruria cælum ardere visum est, & vultur Romæ in foro per dies complures sedit, vt apud Zonaram & Plutarchum legimus. Addunt etiam Marianus & Orosius, Cariam & Rhodum insulas ita tunc

Terræmotus magnus.

terræ motu concussas fuisse, vt Solis Colossus ingens ille Rhodius corruerit: quod Olympiadis cxxxix. anno secundo contigisse, Eusebius in Chronico suo adfirmat. Cum igitur

Consules Romanam reuocatur frustra.

augures ob hæc prodigia consulti, Consules vitio videri creatos pronuntiaissent, ex templo litteris Coss. ab exercitu reuocauit Senatus. Quæ à Flaminio receptæ, non prius aperta

*Prælium &
Victoria de
Gallis ad
Aduam.
Auspiciorū
contemptus
in Flamino.*

vel lectæ sunt, quàm collatis signis Gallos ad Aduam flumen ingenti prælio Consules fudissent. Post victoriam tandem, intellecto Senatus mandato, Furius haud grauatim obsequabatur: sed Flaminius victoria elatus contemptis auspiciis & Senatus mandato, ante confectam prouinciam se rediturum negat, collegam hortando utique maneret. Quod ille primùm detrectauit, sed militum tandem precibus victus remansit, nihil tamen pro magistratu gerens; dum Flaminius interim hostium agros vastat, castella aliquot expugnat, & exercitum præda diuitem reddit. Hæc Zonaras obiter de belli istius exitu. congruit Plutarchus in Marcello: verùm Polybius graphicè prælium ad Aduam ipsum depingit, Tribunorum militum potiùs indultriæ in acie instruenda, quàm Consulū prudentiæ eiusdem benè confecti gloriam attribuens. In quo contemptis auspiciis nouem milia Gallorū cæsa, decem & septem milia capta fuisse tradit Orolius lib. 1v. cap. xiiii.

Prætores.

//. // . f. // . n. // . Vrbanam // . // . f. // . n. // . Peregrinam
iurisdictiones

// . // . f. // . n. // . Siciliam // . // . f. // . n. // . Sardiniam
prouincias fortiti obtinuère.

M. Minucius * P. f. Q. n * Rufus. C. Lutatius. C. f. C. n. Catulus.

[M. Fabius. C. f. C. n. Licinus.] [P. Claudius. P. f. Ap. n. Pulcher.]

Ædiles curules.

// . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

Ædiles plebis.

// . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

Q. Ælius. P. f. * C. n. * Pætus. C. Centenius. // . f. // . n. * Penula *

C. Terentius. // . f. // . n. Varro. Quem constat Ædilem plebis fuisse ex Liuij auctoritate, cuius ferè verba superius adduxi in Varronis Quæstura.

T. Annius. // . f. // . n. * Luscus *

Tribuni plebis.

// . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

// . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

// . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

// . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

M. Marcius. * M. f. M. n * Sermo. Cn. Fuluius. Cn. f. Cn. n. Max. Centumalus.

[C. Licinius. C. f. P. n. Varus.] L. Aurelius. // . f. // . n. Orestes.

[Q. Decius. P. f. P. n. Mus.] [Cn. Domitius. L. f. Cn. n. Ahenobarbus.]

[Ti. Coruncanius. Ti. f. Ti. nepos.] [C. Liuius. L. f. L. n. Denter.]

[M. Tullius. M. f. L. nepos.] [L. Flaminius. L. f. L. n. Chilo.]

Quæstores vrbanī.

// . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciales.

// . // . f. // . n. // . C. Flaminij. cos. } in Gallia.

// . // . f. // . n. // . P. Furij. Phili. cos. }

// . // . f. // . n. // . // . // . pr. in Sicilia.

// . // . f. // . n. // . // . // . pr. in Sardinia.

// . // . f. // . n. // . Calenus. // . // . f. // . n. // . Ostiensis.

Q. Claudius. // . f. // . n * Flaminius *. Huic postea Tribunum plebis Liuius

Q. Clau-

Q. Claudium appellat, & in Prætura Q. Claudium Flaminium : si modò locus mendo caret, cognomen enim hoc valdè rarum est in Claudia gente. Potest fortassis agnomen huic ab euentu inditum videri, vt in Tribunatu etiam illius dicam. Sed variè corruptum hoc, aliquando Flamen, aliquando Flaminium in Liuius legitur.

L. Poblicius. // f. // n. Bibulus. Hunc nominat inter Tribunos militum Liuius, qui ex Cannensi clade euaserant. Quo tempore ex iis plerumque legi solent, qui Quæsturam aliòsve minores magistratus gesserant.

M. Atilius * L. f. L. n. * Regulus. Qui altero post vrbanam Præturam anno Legatus fuit ad Capuam, ac deinde etiam missus ad Suphacem Numidiæ regem, vt Liuius libro xxvi. & xxvii.

M. Minucius * P. f. Q. n. Rufus *. Senatorem prodit Liuius libro xxvi. & Legatum Ap. Claudij in obsidione & expugnatione Capuæ rebus omnibus gerendis interfuisse scribit. Fortasse frater fuit M. Minucij, qui magister equitum & Consul sequetur.

C. Claudius. C. f. Ap. n. Centho. Auus Ap. Cæcus, pater C. Centho, Consul, Censor & Dictator fuit. Hunc puto, quem Liuius initio belli Philippici viginti nauibus longis præfuisse, & à P. Sulpicio Consule ad Athenarum obsidionem soluendam missum Legatum memorat, vt etiam Zonaras affirmat.

P. Sempronius. Ti. f. Ti. n. Gracchus. Frater Ti. Gracchi bis Consulibus post multas victorias insidiis Annibalis circumuenti, vt superius dixi; atque pater Ti. Gracchi auguris, bis item Consulibus atque Censoribus, P. Africani maioris generi, quemadmodum clarè demonstrant Capitolina marmora. Vnde etiam constat nobis hunc auum fuisse Ti. & C. Gracchorum, qui postea legibus agrariis Rempublicam turbarunt.

[L. Papirius. L. f. L. n. Maso.] M. Fundanius * C. f. C. n. * Fundulus.

Proquæstoribus

//. // . // . f. // . n. // . * Lucerintus * // . // . // . f. // . n. // . Gallicus. [Ser. Cornelius. Ser. f. Ser. n. Rufinus.] M. Aurelius * M. f. C. n. * Cotta.

C. FLAMINIUS. C. F. L. N. COS. ANNO. DXXX.

DE. GALLEIS. VI. IDVS. MART.

P. FURIUS. SP. F. M. N. PHILVS. COS. ANNO. DXXX.

DE. GALLEIS. ET. LIGVRIBVS. IIII. IDVS. MART.

Consules post præclaram victoriam exercitum incolumem & multis Gallorum spoliis onustum reducere Romam, vt Polybius narrat, qui nihil quidquam addit de Consulibus triumpho. Senatus Romanus autem, sicut apud Zonaram legimus, tardè domum reuersis Consulibus contumaciæ crimen obiecit, confestimque vt abdicarent, iussit. Et ob iram in Flaminium etiam Furio negatus est triumphus honos. Verùm plebs pro Flaminio patribus aduersata triumphum Consulibus decreuit. Eo igitur acto magistratum deposuerunt. Plutarchus autem in Marcello omnia hæc de solo Flaminio narrat, cui, vt ait, redeunti, ac multa referenti spolia, populus ex more non iuit obuiam, & vt triumphus ei denegaretur, parum abfuit: quòd religionem spreuisset, & Senatus mandatis non obtemperasset, quem tamen priuatum, inquit, egisse constat. Meminit etiam Liuius libri xxi. sine in secundo Flaminij Consulatu huius dissensionis cum Senatu propter auspicia & triumphum, referens vt C. Flaminium memor veterum certaminum cum patribus, quæ Tribunus plebis, & quæ postea Consul, prius de Consulatu qui abrogabatur, dein de triumpho habuerat; clàm in prouinciam abierit, vt Arimini contra morem maiorum non Romæ iniret. Idem libro xxii. post Cannensem cladem narrat M. Iunium Dictatorem spoliis Gallicis, quæ C. Flaminij triumpho translata erant, sex milia hominum armasse. At L. Florus libro secundo cap. quarto refert, Gallos in eodem prælio Marti suo de hostium præda torquem vouisse: sed intercepti, inquit, Iupiter hoc votum, nam de torquibus eorum Flaminium aureum trophæum Ioui erexit. Cuius quidem aurei trophæi imaginem ac memoriam expressam pulchrè videmus in argenteis nummis, ab vno latere representantibus in corona laurea caput Iouis Triumphatoris, laurea item obuinctum & ab altero Victoriæ alatum cum palmæ ramo in sinistra, quæ coronam extendit supra trophæum arboris trunco suspensum, quòd galea pinnata, clypeo rotundo, gladio & sago Gallico vestitum & adornatum est, cui adscriptus est titulus: C. FLAMINI. C. F. ROMA. Nummi picturam habes in Fastis Goltzianis, sicut & alterius, in quo P. Furij triumphus exprimitur cum capite Triumphus dei, vt notat T. littera apposita, & Victoria triumphanti

Spolia Gallorum multa Romam aduecta. Senatus religionis iudex Consulibus triumphum negat. A plebe triumphum obtinet. Religionis obseruantia publica.

Spoliis Gallicis triumpho traductis post cladem Cannensem sex hominum milia armata. Iuratum Gallorum votum. Aureum Iouis trophæum ex Gallorum torquibus factum, & in nummis Flaminij expressum.

Triumphus dei in caput.

in quadriga coronam imponente, & titulo subscripto, P. FVRI. SP. F. ROMA. Hæc quidem de Consulum victoria & triumphis reperimus apud auctores antiquos, sed P. Furium de Liguribus triumphasse, sola marmora Capitolina produnt.

ANNI P. R. C. DXXXI.

Consules.

CN. CORNELIVS. L. F. L. N. SCIPIO. M. CLAVDIVS. M. F. M. N.
CALVVS. MARCELLVS.

Consules magistratū Idib. Martii primū iniere.

A magistratibus vitio creati haberi comitia, nefas. Idus Martii nouis magistratibus in eundem postmodum celebros.

M. Marcellus cos. caso Viridomaro duce, victisq; Gessatarum spolia opimateria retulit.

Vrbes capta. Insubria dedita.

CONSULES Scipionem & Marcellum produnt tabulæ Græcæ, quos M. Claudium & Cn. Cornelium, Polybius & Cassiodorus appellant: Zonaras Claudium Marcellum & Cn. Scipionem. Plutarchus Marcellum & Cn. Cornelium. Sic etiam Eutropius M. Claudium Marcellum & Cn. Cornelium Scipionem: Marianus Scotus denique M. Marcellum, Cn. Cornelium Scipionem Caluum nominant. Ad eodē frequens mentio est horum Consulum apud auctores. Marcellus quinquies Consul erit. Cn. Scipio post Consulatum Legatus in Hispania cum fratre procos. postea, vt dixi, occisus est. Ex Plutarcho autem & Zonara colligimus, ex interregno hos novos Consules magistratum iniisse, & non ante Idus Martias: cum Flaminius & Furius tardē domum reuersi sexto & quarto Idus eisdem primū triumpharint, vt in columnis Capitolinis annotatum est: actoque triumpho, quemadmodum Zonaras asserit, magistratum deposuerint. Itaque interregnum mox initum, cuius secundus interrex nouos Consules, qui extemplo magistratum inirent, creasse videtur. Superioris enim anni Consulibus vitio creatis, per eosdem comitia haberi nefas erat, quorum imminutum erat imperium. Eam enim rationem adfert alio loco Liuius. Igitur Idus Martiæ ineundo magistratus ista occasione celebrari cœptæ cum fuissent, plurimis deinde annis solemnes manserunt: quemadmodum ex historia sequenti considerare possumus.

Consulibus ambobus Gallia prouincia decreta est; qui dum repente copias in agrum hostilem educunt, Gallos Insubres accisis viribus pacem petentes, etiam inuitos ad arma compulerunt. Romanis autem Acerras obsidentibus, Insubres Clastidium sociorum populū Romani oppidum oppugnarunt. Contra quos Marcellus cum expedita peditum manu & equitatu profectus, Gessatarum exercitum in itinere obuicem equestri conflictu vicit, fudit, fugauitque, & regem illorum Viridomarum in prælio occurrentem sua manu prostratum obruncavit & spoliauit, Clastidium obsidione liberavit. Gessatarum triginta milia in eo prælio cæsa fuisse prodit Orosius his verbis: Claudius Consul triginta milia, deleuit; vbi etiam ipse Viridomarum regem in primam aciem progressus occidit, & inter multa Insubrium, quos ad deditionem cœgit oppida, Mediolanum quoque cepit. Iulius Frontinus insignem Marcelli fortitudinem, animique constantiam graphice depingit Strabonem lib. IV. Marcellus, inquit, cum in manus Gallorum imprudens incidisset, circumspiciendæ regionis qua euaderet causa equum in orbem flexit: deinde cum omnia, esse infesta vidisset, precatus deos in medios hostes irrupit. Quibus inopinata audacia, perculsis, ducem quoque eorum trucidauit; atque vbi spes salutis vix superfuerat, inde opima retulit spolia. Quod factum inter summæ fortitudinis exempla recenset Valerius Max. lib. tertio: Ne M. quidem Marcelli, ait, memoriam ab his exemplis separare debemus; in quo tantus animi vigor fuit, vt apud Padum Gallorum regem ingenti exercitu stipatum cum paucis equitibus inuaderet: quem protinus obruncatum armis exiit, eaq; Ioui Feretrio dicauit. Sed disertè Plutarchus memorat, qua ratione Marcellus in prælio Ioui Feretrio regis inimici spolia vouerit. Is Victor ad collegam, Clastidio liberato, reuersus est. Mox Acerræ capta, Mediolanum Insubriæ caput expugnatum, Comum aliæque vrbes dedita. Tunc Insubres verus desperatis arma deposuerunt, ac se suaque omnia Romanis dederunt, omniq; illa prouincia in potestatem redacta bellum confectum fuit. Rei gestæ ordinem vide latius apud Polybium, Plutarchum, Zonaram, & alios.

Prætores.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. Urbanam ///. ///. ///. f. ///. n. ///. Peregrinam iurisdictiones.

.. .. f. .. n. .. Siciliam f. .. n. .. Sardiniam.
 provincias. fortiti. obtinuere.

M. Liuius. M. f. M. n. Salinator. M. Æmilius. Q. f. L. n. Barbula.
 Q. Bæbius. Cn. f. .. n. Tamphilus. P. Seruilius. P. f. Q. n. Geminus.

Ædiles curules.

L. Veturius. L. f. * Ti. n * Philo. Ædilem curulem Cn. Scipione Caluo Con-
 sule L. Veturium fuisse probant antiqui denarii argentei, cum capite, vt videtur Monetae
 deæ, & circumscriptis literis, CN. SCIPIO. CALV. COS. hoc est, Cn. Scipione Caluo
 Consule. Hic quidem L. Veturius post Ædilitatem altero deinde anno Consul est factus.
 Plurima quidem sunt historiae Romanae, quae carent lumine, & antiquitate sepulta la-
 tent, perditis libris, & memoriae instrumentis collapsis: quae tamen ex minimis aliquando
 notis ac reliquiis colligi possunt cum aliqua veri similitudine. Sicut ex hoc nummo pro-
 babile videtur, hoc anno Scipione Caluo Consule, L. Veturium Ædilem curulem mo-
 netaria fraude deprehensa, damnatis argentiis, ex multatitia pecunia Monetae deæ ædem
 restaurasse. Nam ab alio nummi eiusdem latere excusum templi frontispicium est, in cuius
 tympano numismatis figura rotunda viderur. Circumscriptae sunt litterae: L. VETURII
 L. F. PHILO. AED. CVR. Extat pictura nummi in Fastis Huberti Goltzj, pag. 105.

*Historia Ro-
 man. pluri-
 ma vetustate
 periisse.
 Aedilitatis
 historia ex
 antiquo de-
 nario produ-
 cta.
 Aedes Monete
 ex multa-
 titia restaurata.*

.. .. f. .. n. ..

M. Valerius * P. f. P. n. Læuius.

Ædiles plebis.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..

Q. Terentius. .. f. .. n. * Culco *. L. Ælius *. C. f. Q. n. Pætus * Tubero.

Tribuni plebis.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..
 f. .. n. f. .. n. ..
 f. .. n. f. .. n. ..
 f. .. n. f. .. n. ..
 f. .. n. f. .. n. ..

C. Latorius * L. f. C. n. Mergus *. [C. Volumnius. L. f. L. n. Flåma. Violens.]
 [M. Pompilius. Sex. f. Sex. nepos.] [C. Fundanius C. f. C. n. Fundulus.]
 [C. Genucius. C. f. C. n. Clepsina.] [C. Sempronius. Ti. f. Ti. n. Gracchus.]
 [L. Antistius. M. f. M. nepos.] [M. Anicius. M. f. .. n. Gallus.]
 [P. Poblilius. P. f. P. n. Philo.] [C. Popillius. T. f. T. n. Sabellus.]

Quæstores vr bani.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..

Quæstores prouinciales.

.. .. f. .. n. .. Cn. Scipionis cos. } in Gallia.
 f. .. n. .. M. Marcelli cos. }
 f. .. n. pr. in Sicilia.
 f. .. n. pr. in Sardinia.

.. .. f. .. n. .. Gallicus. f. .. n. .. * Lucerinus *
 M. Metilius * M. f. M. * nepos. De quo loquemur in Tribunatu plebis suo loco.
 Vibus. Terentius .. f. .. n. * Varro *. Qui Tribunus plebis popularis ac feditio-
 sus, C. Varronem cognatum suum Consulem fecit. Mendose, ni fallor, eius nomen in
 Liuiο legitur. Bibius vel Bæbius, Herennius libro XXI.

Ap. Claudius. P. f. Ap. n. Pulcher. Fuisse filium P. Claudij, qui Consul bello
 Punico primo classē perdidit, autumant. Eius autem alij magistratus ordine sequentur.

*Huius lau-
des à fortitu-
dine & con-
stantia.*

P. Sempronius. C. f. C. n. Tuditanus. Cuius nomen sic in Capitolinis exstat. Vir eximie fortitudinis ac virtutis; qui ad maiores deinde magistratus peruenit, & Cenfor priusquam Consul fuit; qui ante Ædilitatis petitionem Tribunus militum in prælio Cannensi fuit, & post eadem cum sexcentis iuuenibus per medios hostes aliis pauore torpentibus, & capi malentibus, ex minoribus ad maiora castra euasit pugnando, quemadmodum pulchre Lilius libro xxi. narrat. Meminit illius item Cicero in Bruto. Et quidem nunc temporis antiquissimi asses ærei reperiuntur, & elegantes, cum Iani bifrontis capite, & nauis rostratæ prora, quibus ita incilum est eius nomen: P. SEMPRONIUS. C. F. TVDITAN. Item denarij argentei cum Fidei simulachro & Concordiæ symbolo, duabus dexteris caduceum amplexantibus, in quibus legitur: P. SEMP. C. F. TVDITAN.

Cn. Fuluius. C. f. Cn. n. Centumalus. Filius, vt opinor, illius qui anno dxxv. Procos. ex Illuriis triumphauit. Huius item sequentur alij magistratus. Eius forte sunt nummi argentei cum Romæ capite, & Castore & Polluce; sub quibus, CN. CENTVM.

C. Calpurnius * C. f. * . n. Piffo. Quem postea Prætorem habebimus urbanum, & eius filium deinde Consulem ratio annorum, & Fasti Capitolini produunt.

/// Næuius. /// f. /// n. Crispus. Vir impiger & militiæ peritus; focium Præfectus sub M. Læuino propr. anno dxxxix. Philippum regem Apolloniæ obsidentem fugauit, & castra Macedonum cepit, cum militibus electis mille à Læuino propr. missus subsidio Apolloniatis, vt pulchre Lilius lib. xxviii. Et quia exemplum habeo, præfecturam tunc post Tribunatum plebis dari solere, sicut in L. Arennio paulo post constat, Næuij Quæsturam, & plebis Tribunatum ipsius Præfecturæ proponere placuit. [Ap. Claudius. C. f. Ap. n. Centho.]

Proquæstoribus.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. Calenus. ///. ///. ///. f. ///. n. ///. Ostiensis.

[L. Papirius. L. f. L. n. Maso.] M. Fundanius * C. f. C. n. * Fundulus.

M. CLAVDIVS. M. F. M. N. MARCELLVS. AN. DXXXI.

COS. DE. GALLEIS. INSVBRIBVS. ET. GERMANEIS.

K. MART. ISQVE. SPOLIA. OPTIMA. RETTVLIT.

DVCE. HOSTIVM. VIRDOMARO AD CLASTIDIUM
interfecto.

*Rara & in-
signis Mar-
celli victoria
& triumphus.*

Soli Marcello, Plutarchus inquit, decretus triumphus est, quod is vnus in prælio ad Clastidium finem bello Gallico imposuisse visus esset. Neque enim vnquam antea, non postea à tam paucis adeo ingentem hostium exercitum victum, fugatum, ac prostratum fuisse constat. Triumphum itaque spoliis ditissimum, & ingentibus captiuorum corporibus maxime conspicuum duxit. Imprimis autem Consul ipse summæ voluptatis & nouitatis spectaculum præbuit, qui barbarica regis occisi humeris Ioui deferens arma, ramo quercus stipite suspensa in triumphali curru pulcherrima pompa per Urbem vectus est. In his etiam Plutarcho astipulatur Eutropius, Marcellum triumphantem scribens spolia Gallorum regis stipiti imposita humeris suis vexisse. Atqui inueniuntur adhuc antiqui nummi argentei, quos depictos in Fastis habet suis Hubertus Goltzius, in quibus videtur Marcellus in quadriуго curru posita ante se regis occisi spolia stipiti suspensa vehere, sub signatum eius nomen, MARCEL. Triumphantem porro Marcellum, vt refert idem Plutarchus, sequebatur ornatissimus armis exercitus victoriæ præana Ioui, ac Imperatori suo versibus inconditis canens. Inde ad Feretrij templum ascendens, & regis occisi spolia ferens humeris, ea solemnè dedicatione Ioui suspedit, tertius ducum Romanorum & postremus eorum qui opima rettulerunt. Atque hæc tantum spolia opima nuncupari posse veteres auctores consentiunt, quæ dux populi Romani suis auspicijs bellum gereus hostium duci sua manu occiso detrahit ipse; quorum tanta raritas est, vt trina dumtaxat contigerint Romano nomini. Opima quidem hæc nuncupari volunt, quasi optima; quippe cum sint ampla, magnifica & honoratissima. Vide de his item Seruij Grammaticum in sextum Æneidos, vbi de eodem Marcello multa pulchre canit summus poëta, ad hanc historiam facientia; qualia sunt hæc:

*Opima spolia
in curru triu-
mphali à Mar-
cello vecta.
Exercitus
subilians.*

*Opima spolia
qua iusta.*

*Opima cur
dicta.*

*Aspice, vt insignis spoliis Marcellus opimis
Ingreditur, victorq; viros supereminet omnes.
Hic rem Romanam magno turbante tumultu,*

*Sisset equos, sternet Pænos, Gallumq; rebellem,
Tertiaq; arma patri suspendet capta Quirino.*

Pulchrè etiam Propertius hæc describit libro quarto in Elegia de Ioue Feretrio: L. Florus addit Virdomarum regem Romana arma Vulcano ante prælium promississe, sed aliorum vota cecidisse; occiso enim rege, Marcellus tertia post Romulum patrem Feretrio Ioui arma suspendit. Sed quid attinet, Varronis; Pædiani; Festi, Liuij, vt habentur in Epitomis, & aliorum veterum loca adducere? cum passim hæc occurrat historia. Lucretius tamen antiquitatis studiosorum in gratiam memoria repetere, & obiter explicare denarios argenteos à posteris eius familiæ excusos, quos tam Romæ quàm alibi vidimus nostro sæculo superstites. Referunt enim aliqui, vt opinor, ipsius Marcelli faciem cum Sicilia siue Trinacriæ nota satis celebri, ex tribus videlicet eruribus per femora in eum modum coniunctis, vt triquetram formam eius insulæ, excurrentibus in angulos prominentiis, admodum portuosæ repræsentent. Siciliam enim, captis Suracufis, omnem primus hic idem, postea Marcellus legibus Romanis obedire coëgit. Ceterum quod ad hanc victoriam attinet, vides in aliquibus eius notæ nummis tria trophæa, hoc est, arma truncis arborum stipitibus suspensa; opima, videlicet, Romam reportata spolia; ex quibus Marcellus tertia & postrema in Capitolium rettulit. In aliis ipsum conspicis togatum ac capite aperto sacrificantium habitu ante aram spolia ipsa dedicata templo proximo Iouis Feretrij inferre; adscripto in omnibus hoc titulo: MARCELLVS. COS. QVINQ. E. rectè, nam hic solus ex ea familia quinquies Consul fuit. Cognomen MARCELLINVS ab altero nummorû latere illius est Claudij, qui eos formari curauit, sed an is fuerit M. Claudius Marcellinus, qui anno DLXVIII. Prætor reperitur in Liuij, an quispiam alius, incertum est. Ceterum attulit tantum lætitiæ Romano populo hæc M. Marcelli de Gallis victoria, vt librarum centum cratera aureum Apollini Delphico dono per Legatos miserint: Hieroni autem Suracufanorum amico regi, sociis item ciuitatibus amplissimam spoliolorum Gallicorum partem distribuerint; vt auctor est Plutarchus in Marcello. Cuius rei etiam Liuius libro XXIV. mentionem facit, seditiones Suracufanorum describens, & arma illa Gallica à Senatu Romano Hieroni regi olim dono missa, tunc temporis è regia fuisse detracta refert. Non immeritò quidem admodum gauisi diis grates soluerunt Romani, vis Gallicæ metu omni sublata. Nam superioribus bellis Boij & Ligures fortissimi populi subacti erant; atque hæc Marcelli victoria etiam Insubres, quamuis Transalpinos in auxilium vocassent, vrbes tradere, ac imperiû accipere coacti sunt. Quod igitur ista occasione victoriæ totus ille Cisalpinæ Galliæ tractus, quem Boij atque Insabres tenebant, adiuncta etiam Liguria, quam Q. Fabius Max. Consul paulò ante in potestatem redegerat, in formam prouinciæ tum redacta fuerit; inde apparet: quòd Polybius, Liuius, alijque ante secundum Punicum bellum omnes illos populos sub Imperio Romano fuisse ostendant, colonias Cremonam & Placentiam in Insuorum ac Boiorum agros esse deductas, atque etiam magistratos Romanos cum Imperio ordinario quotannis in Galliam fuisse missos. Et quamuis mox altero ab hinc anno noui in Gallia motus exorti sint; & item post aduentu & victoriis Annibalis excitati Boij, Insabres & Ligures à Romanis defecerint, grauiusque etiam bella aduersus Romanos gesserint: semper tamen Cisalpinam Galliam inter prouinciarum sortes fuisse, ex sequenti Annalium nostrorum ductu patet.

Gallos Insabres Stephanus Insabares etiam vocari, & gentem Celticam esse scribit ad Padum habitantem: quemadmodum Græci olim omnes Transalpinos appellare Celtas vulgò solent. Polybius autem Insabres ex Transalpina Gallia profectos secundam in Italiam irruptionem fecisse tradit, post Laos scilicet & Lebecios, & ante Cænomannos. Sed T. Liuius omnia hæc clarius aliquanto & diffusius exponit libro Historiarû quinto. Refert enim inter alia eius argumenti, vt Tarquinio Prisco regnante ex abundanti Celtarum multitudine ingens exercitus equitû peditumque, Belleuoso regio quodam iuene duce, ex Biturigum, Aruernorum, Senonum, Æduorum, Ambarorum, Carnutum, Aulercorum populis conflatus per Taurinos saltus atque inuias Alpes transcenderint in Italiam; & fuis acie Tuscis, haud procul Ticino flumine sedem fixerint. Victores in agro, quem occupauerant, * Insuberem tunc appellato, confederint, atque Mediolanum ibi condiderint, omen sequentes loci, quòd eiusdem nominis pagus in Ædibus esset, vnde venerant.

Ceterum quosnam hoc loco Germanos intelligant Fastorum Capitolinorum auctores in isto Marcelli triumpho, obscurum quidem est; nisi Gessatas (vt Polybius & Plutarchus eos appellent) hoc est conductitios illos Transalpinos, quorum rex Virdomarus erat, fuisse dicamus, quod admodum verisimile videtur. Ad Rhenum enim habitasse Gessatas

*Votum irri-
tum Virdo-
mari regis.*

*Denarij argē-
tei Marcello-
rû explicati.
Marcelli fa-
cies.*

*Sicilia nota
antiquissima
& elegantis-
sima.*

*Suracufis ca-
ptis, Sicilia
tota Romano-
rum facta est.*

*Tria spolia
opima.
Spolia te-
tra templo Iouis
Feretrij à
Marcello il-
lata.*

*Crater au-
reus pondo
centum Apol-
lini Delphico
missus.*

*Gallia spo-
lia Hieroni
regi & sociis
dono missa.*

*Cisalpinæ
Gallia noua
prouincia.*

*Transalpini
omnes olim à
Græcis Celta
vocati.*

*Gallorum in
Italiam trans-
iit.*

** Insubrium
in vulgatis
perperam.*

*Gessata & Ger-
mani.*

Gessatas testatur Polybius, & idem indicat Propertius poeta libro quarto Elegiarum, de bipimis spoliis, & hac Claudij Marcelli canens victoria:

*Claudius à Rheno traiectos arcuit hostes,
Belgica cum vasti parma relata ducis.
Viridomari genus hic Rheno iactabat ab ipso,
Nobilis * euectis fundere gessa rotis.
Illi virgatis iaculantis ab inguine braccis,
Torquis ab incisa decidit vnca gula.*

Viridomarus.
* erectis, mē-
dose vulgō.

Gessatas autem Germanos fuisse, idioma vocis indicare videtur, vt & ipsa propria regum quorundam nomina sese Germanica produnt. Quæ licet à Romanis & Græcis scriptoribus corruptissimè nobis sint memoriæ prodita, Germanicæ tamen illius linguæ certa & prisca retinent vestigia, quæ ab vtraque Rheni ripa etiam nunc in vsu est. Et quidem talia, vt non profus improbable videatur, linguam illam vnam & eandem per Gallias ac Germaniam, Oceanicæ littora quàm latissimè patuisse; priusquam legiones Romanæ vltra Alpes hibernare cœpissent: quemadmodum eius linguæ historiariūque peritis facilè est considerare, atque apertius liquet inquirentibus. Nam Viridomarus, quod Belgicum nomen esse monstrat apertè suprâ citatis versibus Propertius, in alia quavis lingua, nihil sonat: at in illa quidem Germanica nostri etiam temporis significat longè circumquaque dominantem, Britomarus latè circumquaque dominantem, si per tres syllabas cum aspiratione in vltima Germanicè pronuntiaueris. Reperimus item apud auctores ex antiquissimis deprompta historiis, non solum modò principum, sed & populorum propria nomina; quæ in alia, præterquam in Germanica lingua, nullam habent significationem; quemadmodum Cænomanni & Senones appellati sunt à denario numero: quòd decimus tunc quisque virorum lectus ad militiam, & exercitu coactò emissus ad quærendas nouas sedes fuerit. Quorum duces Elichtouius, à leuandis vel colligendis cohortibus, Berennus ab equestri cursu nuncupati sunt. Quid Congolitanus & Anerœstus apud Polybium & alios? Quæ nomina si velis accommodare Germanicæ dialecto Congiludanum & Aneroultum dices; & erant nomina principum cum suis audacter in prælia ruentium. Reuertere ad populorum nomina, inuenies pauca quæ nihil proferent significationis. Prætereo notiora, Langebardos à longa barba dictos Germanos, quasi planè viros; Heluetios totos albos, Bructheros & Tenteros, paludum & finium dominos: qualia etiam occurrunt infinita nomina. Sed addam nunc dumtaxat Insubres atque Gessatas, de quibus hic triumphus agitur. T. Liius historiariū libro v. velle videtur Insubres Gallos nomen habuisse ab Æduorum eiusdem nominis pago quodam ad Sequanam in Celtica: qui Alpes cum Belloueso transgressi, cum agrum haud procul Ticino flumine, in quo confederant, optimum Insubrem appellari audissent, omen sequentes ibi loci condidere urbem, quam Mediolanum appellarunt. Certum est, Celticas istas appellationes esse, atque apud Germanos nunc temporis etiam significare. Insuber enim his notat, benè cultus, tersus, atque purgatus; urbem verò (quam Romani Mediolanum dixerunt) Germani nunc etiam Meylandum, hoc est, vernantem agrum benè vocant. Nam omnis ille regionis tractus, vbi Mediolanum est, excultus pulcherrimè, valdeque fertilis florum, fructuumque spe multa vernare semper videtur. Sed ad Gessatas veniamus, qui compositi, quadrati, fortes & robusti vocantur eadem lingua, nomenque à statu & forma corporis habent. Atqui mercenariam obiuisse Gessatas plerumque militiam, auctores sunt Polybius, Plutarchus & Orosius: quam adhuc hodie militandi viam sequuntur Heluetij & plerique Germanorum populi. Verùm Gessatas lingua Gallica mercenarios milites vocari tradit Polybius, (cuius auctoritatem Plutarchum & alios sequi videmus) quod idiomati nostro Germanico non conuenit, & nescio num ex vulgato loquendi vsu illud habuerit, quo tunc temporis mercenarij omnes Transalpini Gessatæ, forsàn à statuto stipendio, vocabantur, quo conducti militabant exteris quibusque. Nec absurdum est opinari Gessatas appellatas esse à teli vel iaculi genere Italis antè incognito, quod gessum vocabant fundendo, vel iaciendo: sicut ex Propertij loco paulò antè citato colligere possumus. Nam Gessum antiquitus grauem iactum significasse legimus in Sex. Pompeij fragmentis de significatione. Et hactæ vel iaculi speciem eius nominis esse, in Grammatica sua prodidit Carisius Sospiter. Transalpinis autem gentibus propriū olim fuisse telum, Nonius Marcellus docet ex Virgilio, cuius verba adducit ex Æneide: Alpi-, na coruscant Gessa manu. Rursum ex Varrone de vita populi Romani Gessatarum ar-, maturam nobis videtur pulchrè describere his verbis: Qui gladiis cincti sine scutis cum binis gessis essent. Sed vt finem huic argumento imponam, facilè constabit diligentius, veterum

Celtica lingua, quæ nunc Germanica.
Regū ac ducū Celtica nomina Germanicè quid significant.
Viridomarus.

Britomarus.

Populorum nomina Germanica.
Cænomanni, Senones, unde nomen habent.
Elichtouius, Berennus, Congolitanus, Anerœstus.
Langebaridi, Heluetij, Bructheri, Tenteri.

Insubres.

Bonum omen ex nomine.

Insuberquid, Mediolanum quid.

Gessata quid.

Germani si-
pendiarij milites.

Gesatzgelt.

Gessū quid, Fundere, Gießen.

veterum Historicorum scripta perlegenti, Transalpinos quoscumque in Italiam irrumperentes populos, priusquam Alpes Romana penetrarent arma, notiore Italicis vocabulo Celtas & Gallos appellari solitos fuisse. Verum auctores Factorum Capitolinorum in hoc Marcelli triumpho magis proprio nomine Germanos voluerunt appellare Transalpinos illos, qui pretio conducti Insubribus auxilio venerunt. Et qui Germanicæ linguæ peritus vetusta & propria illa nomina diligentius examinare velit, eandem inueniet antiquissimam esse, & Transalpinis populis, sæculo illo prisco longè lateque communem vulgaramque fuisse.

ANNI P. R. C. DXXXII.

Consules.

P. Cornelius. Cn. f. L. n. Scipio. M. Minucius * P. f. Q. n *
Asina. Rufus.

NOMINANTVR huius anni Consules à Zonara, Eutropio & Cassiodoro, P. Cornelius & M. Minucius: ab Orofio, Cornelius & Minucius: à Mariano Scoto, P. Cornelius Asina, M. Minucius Rufus. Tabulæ autem Græcæ vel Siculæ Scipionem & Rufum proferunt: Cuspinianus ex suis tabulis Asinam & Rufum. Ex ista collatione auctorum palàm nobis fit, hunc P. Scipionem Asinam esse, quem Liuius postea inter Senatores Consulares recenset. Q. Asconius Pædianus eundem nominat inter III. viros, qui Placentiam post biennium deduxere colonos ex oriente Punico secundo bello, cuius vide commentarium in Pisonianam Ciceronis.

Hoc anno secundum bellum in Illurico motum est ab Istris, cum naues Romanas frumentum vehentes infestassent ac diripuissent. Igitur Istricum bellum ambobus Consulibus decretum, qui traiecto in Illuricum exercitu, plures eius regionis populos, non tamen (vt Orofius auctor est) sine multo Romanorum sanguine subegerunt. Cuius belli meminerunt obiter Eutropius, Zonaras & Liuiana Epitome. Non tamen adeò graue bellum fuisse, libro sequenti XXI. quem integrum habemus, Liuius subindicat; scribens Sardos, Corsos, Istros, atque Illurios istis annis post primum Punicum bellum lacecessisse magis arma Romana, quàm exercuisse; & cum Gallis magis tumultuatum, quàm belligeratum fuisse. Occiso in Hispania per insidias Asdrubale Pænorum duce, Annibal Amilcaris Barca filius, cum esset annorum viginti sex, ab exercitu Imperator appellatus est. Quam lectionem Senatus populiq; Carthaginienfis maior pars comprobauit. Ipse mox Imperij sui exordio hostem se perniciosum Romano populo futurum declarare non desistit, quod non longè post factis demonstrauit. Vide Polybium libro Historiarum tertio, & Appianum in Iberica.

Nouum bellum cum Istris.

Asdrubal Pænorum Imperator in Hispania occisus est, successit Annibal Barca.

Q. Fabius. Q. f. Q. n. Maxim. Verrucosus. Dict.

C. Flaminius. C. f. L. nepos. Mag. EQ.

.. .. .

Comitiorum habendorum causa.

vicio facti abdicarunt. in eor. loc. facti sunt.

.. .. . Dict.

M. Æmilius. Q. f. L. n. Barbula.

.. .. . Mag. EQ.

Q. Ælius P. f. *. C. n. * Pætus.

Quòd Q. Fabius Maximus ille Cunctator post cladem ad Trasimenum acceptam, Dictator iterum creatus fuerit, apud Liuium inuenimus. Quamuis is auctor pro Dictatore (quod numquam antea factum erat) in tanto rerum discrimine Fabium à primo Dictatore creato tunc scribat; nec legitimo ritu, more maiorum, quo per Consulem dici solebat. Et causam fuisse, quòd vno Consule occiso, ad alterum absentem nuntij aut literæ per occupatâ armis Punicis Italiam mitti difficillimè possent. Sæpius tamen Liuius ipse postea, quemadmodum etiam Polybius, Plutarchus, aliiq; Dictatorem Fabium in eius anni historia appellant. Ad stipulatur his auctoribus antiquissima inscriptio marioræ tabulæ inculpta eiusdem Q. Fabij res gestas, titulos, & honores breuiter enarrans, in qua Q. Fabium bis Dictatorem fuisse legimus. Eam verò Arretij olim inuentam scribit

Q. Fabij Maximi Cunctatoris prima Dictatura.

Elogium rerum gestarum eius antiquum.

scribit Marlianus, & apud Petrum Victorium Florentiæ adhuc extare testatur Onufrius Panuinus in Fastis suis. In ipso tamen capite tabulæ lineam vnam ad minus abrafam & mutilatam esse ostendit, deesseque imprimis maiores literas istas

Q. FABIVS,

cum reliqua rectè sequantur hoc modo.

Q. F. MAXIMVS.

DICTATOR. BIS. COS. V. CENSOR.
 INTERREX. II. AED. CVR. Q. II.
 TR. MIL. II. PONTIFEX. AVGV.
 PRIMO. CONSVLATV. LIVRES.
 SVBEGIT. EX. IIS. TRIVMPHAVIT.
 TERTIO. ET. QVARTO. ANNIBALEM.
 COMPLVRIBVS. VICTORIIS. FEROCEM.
 SVBSEQVENDO. COERCVIT. DICTATOR.
 MAGISTRO. EQVITVM. MINVCIO. QVO. IVS.
 POPVLVS. IMPERIVM. CVM. DICTATORIS.
 IMPERIO. AEQVAVERAT. ET. EXERCITI.
 TVI. PROFUGATO. SVBVENIT. ET.
 EO. NOMINE. AB. EXERCITV. MINVCI.
 ANO. PATER. APPELLATVS. EST.
 CONSVL. QVINTVM. TARENTVM.
 CEPIT. TRIVMPHAVIT. DVX.
 AETATIS. SVAE. CAVTISSIMVS.
 ET. REI. MILITARIS. PERITISSIMVS.
 HABITVS. EST. PRINCEPS. IN. SENATVM.
 DVOBVS. LVSTRIS. LECTVS. EST.

Hoc quidem elogium rerum gestarum Q. Fabij Maximi Verrucossi, quamvis eius sæculo coævum esse, non facile affirmare possumus; à posteris tamen Fabiis, eiusdem stirpis ac familiæ imaginum illustrandarum causa, vt moris erat illo florenti sæculo, statuis ipsius publicè subscriptum & affixum fuisse, admodum verisimile fit. Nam Q. Fabij militias, magistratus, triumphos, sacerdotia, honores, res gestas luculenter, & succinctè, styloque eleganti complectitur: atque adeò, vt classicis omnibus auctoribus pulchrè congruat; immò etiam omnes eos illustret, qui Fabij istius vllam mentionem faciunt. Itaque ex iam dictis quando constat Fabium bis Dictaturam gessisse, & primam in Liuvio Capitolinisque fragmentis desiderari videmus, eandem hoc quasi anno collocandam esse existimo; quando nil dubitem, quin inter huius triennij magistratus potuisset reperiri, si vel Liuvianam eius temporis historiam, vel Capitolinas tabulas haberemus integras. His etenim post superioris anni Consules etiam destituimur vsque ad Claudij Neronis, ac Liuij Salinatoris Consulatum: Quonam ex his tribus proximis anno Dictator fuerit Q. Fabius, incertum quidem nobis est: & nisi opinari velimus hoc anno comitiorum habendorum causa, absentibus propter Istoricum bellum Consulibus dictum esse; cur alioquin fuerit factus, non minus obscurum erit. Sed hoc constat ex Valerio Maximo; non M. Minucium, vt in altera; sed C. Flaminium magistrum equitum sub eodem Fabio in hac prima Dictatura fuisse cum scribat libro primo cap. 1. in hæc verba: Occentus foricis auditus, Fabio Maximo Dictaturam, C. Flaminio magisterium equitum deponendi causam præbuit. Idem scribit Plutarchus in M. Marcelli vita, discrepans tamen in hoc, quòd Dictatorem appellet Minucium, non Fabium, quamvis in equitum magistro Flaminio conueniat. Minucius autem magister equitum in altera Dictatura sub Fabio fuit, quod forsan erroris causam dedit in Annalibus, vt alter hic pro altero suppositus fuerit. Aut fieri potuit, quòd alicuius librarij scriptoris culpa perperam illo Plutarchi loco Minucius pro Maximus scriptum aliquando fuerit, vnde error ille in exemplaribus

*Quisnam
magister eq.
in prima hac
Fabij Dicta-
tura.
Cur vitio fa-
cti, & magi-
stratus suos
abdicarint.
Error in
Plutarcho.*

Platibus promanarit. Plutarchi verba ferè sunt hæc: Cùm Minucius Dictator C. Flaminium magistrum equitum sibi dixisset, ob stridorem foricis auditum, vterque magistratum iussus est abdicare, eorumque in locum alij denuò sunt creati. Vtque ad eò religionibus dedita, atque omnium obseruans tunc fuit ciuitas. Nam eodem ferè tempore, vt iidem Valerius & Plutarchus auctores sunt, duo nobiles Flamines sacerdotia perdidere, M. Cethegus, quòd exta parum ritè ac curiosè deorum immortalium aris admouisset, Q. Sulpicius, quòd ei inter sacrificandum apex è capite decidisset. Eamque ob causam veluti negligentes carimoniarum sacrarum Flaminio abire iussi, coactique etiam sunt. Ceterum vt ad reliqua veniamus, ex Plutarchi loco adducto liquet, Q. Fabio Maximo Dictatori, & eius equitum magistro Flaminio mox alios fuisse suffectos, quorum nomina prætermittit. Nos vt eorù loca suppleamus ex instituto, M. Æmilium Barbulam Q. Fabio hic sufficimus, moti auctoritate basis antiquissimæ marmoreæ, quæ adhuc Romæ exstat, & in Vaticano à me visa est in hortis Cardinalis Cæsij. Fuerat olim statuæ supposita, habet enim talem titulum in sculptum pulcherrimis literis:

M. AEMILIVS. M. F. L. N.

BARBVLA. DICTATOR.

Hunc etenim in Liuij, Capitolinarumve tabularum fragmentis, aut aliis auctoribus antiquis non reperimus. Et non video, quonam alio commodiore loco Dictaturam huius Barbulæ collocare, aut Fastis inferere possumus. Magistrum equitum addemus Q. Ælium Patrum insignem virum Ædilitium, qui postea in prælio Cannensi cecidit.

Prætores.

.. .. f. .. n. .. Urbanam f. .. n. .. Peregrinam iurisdictiones
 f. .. n. .. Siciliam f. .. n. .. Sardiniam prouincias fortiti obtinere.

L. Æmilius. M. f. M. n. Paullus. Ti. Sempronius. C. f. * T. n * Gracchus.
 C. Centenius. .. f. .. n * Penula *. Prætor hoc quasi tempore videtur fuisse, quarto enim post anno ipsum propr. exercitum duxisse, & ab Annibale victum & occisum esse, tunc ex Liuijo, aliisque probabimus.
 [Q. Seruilius. Q. f. Q. n. Geminus.]

Ædiles curules.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..
 P. Cornelius * Ser. f. Ser. n * Merenda. [M. Æmilius. * M. f. M. n * Lepidus.

Ædiles plebis.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..
 C. Atilius. C. f. M. n. Serranus. Cn. Pupius * M. f. M. *. nepos.

Tribuni plebis.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..
 f. .. n. f. .. n. ..
 f. .. n. f. .. n. ..
 f. .. n. f. .. n. ..
 Q. Mucius P. f. * P. n * Scauola. C. Liuius * C. f. M. n * Drufus.
 C. Fannius .. f. .. n. Strabo. L. Petillius * L. f. Q. n * Geminus.
 [Q. Publilius. P. f. P. n. Philo.] [Q. Petillius. Q. f. Q. n. Spurius.]
 [C. Poblcius. L. f. L. n. Malleolus.] [Q. Lutatius. Q. r. C. n. Cerco.]
 [L. Albinus. L. f. M. nepos.] [Q. Platorius. Q. f. M. nepos.]

Quæstores urbani.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..
 M Quæsto-

Religionis
 sua Roma
 tunc obser-
 uantissima.
 Quibus successores in Dictatura & equitum magistratio videntur fuisse.

Quæstores prouinciales.

// . // . // . f. // . n. // . P. Cornelij }
 // . // . // . f. // . n. // . M. Minucij } *cos. in. Istria.*
 // . // . // . f. // . n. // . * // . // . pr. in. Sicilia.
 // . // . // . f. // . n. // . * // . // . pr. in Sardinia.
 // . // . // . f. // . n. // . Ostiensis. // . // . // . f. // . n. // . Calenus.

P. Cornelius * P. f. L. n. * Lentulus. Siciliam deinde Prætor per triennium rexit, vt suis in Annalibus dicitur. Postea etiam inter Legatos decem recensetur à Liuiio, qui in Asiam deuicto Antiocho rege missi sunt. Filius videtur fuisse P. Lentuli Cōsularis.

M. Ogulnius * A. f. Cn. n * Gallus. Legatus postea ex Senatu missus ad frumentum emendum, quod Tarentum transportaretur anno DXLIII. quemadmodum Liuius narrat libri xxvii. principio.

L. Quinctius * L. f. L. n. * Flamininus. Qui augur factus est anno deinde Vrbis DXL. in locum P. Furij Philii Cōsularis: sicut Liuius libro xxv. testatur.

Sex Iulius * Sex. f. L. n * Cæsar. Is postea cum duobus aliis è Senatu missus est Legatus ad T. Quinctium, cum occiso collega Marcello ex insidiis Annibalis elapsus esset, anno DXLV. vt Liuius refert lib. xxvii. Huius videtur esse bigatus argenteus in quo Victoria Martem in biga coronat. Cusum fuisse ad impendia classis instruendæ colligere est ex anchoræ figura, quæ in altera nummismatis parte retro Romæ Deæ caput signata est. literæ leguntur in eo tales: SEX. IULI. CAESAR. ROMA.

* Ti. * Minucius * Tif. Ti. n. Augurinus *. Qui sequetur Tribunus plebis.

L. Villius * L. f. L. n * Tappulus. Habebimus Ædilem plebis postea apud Liuium, libro xxv.

L. Scribonius. // . f. // . n. Libo. Tribunus plebis anno Cannensi fuit.

[Ser. Cornelius. Ser. f. Ser. n. Merenda.]

Prouincia.

Cn. Cornelius. L. f. L. n. Scipio. Caluus. Procos. Galliam prorogato imperio obtinuit. Cum enim anno superiore M. Marcellus eius collega Romam ad triumphum & ad habenda comitia ante Kalendas Martias rediret, quemadmodum ex tabulis Capitolinis apertum est; historiae consentaneum est, Cn. Scipionem in Galliis remansisse cum imperio, & more maiorum prouinciam illam ex decem Legatorum consilio constituisse. Hoc igitur anno primùm Insuæ, Boij ac Ligures in potestatem redacti, certum imperij iugum accipere inceperunt, quamuis necdum planè pacati: anno enim sequenti nouos Consules denuò exercitum in Galliam duxisse, in proximo Annali declarabimus.

Proquæstorib.

// . // . // . f. // . n. // . * Cn. Scipionis * procos. in Gallia.
 // . // . // . f. // . n. // . * Lucerinus * // . // . // . f. // . n. // . Gallicus.
 Ap. Claudius. P. f. Ap. n. Pulcher. C. Calpurnius * C. f. * // . n. Pifo.
 Ap. Claudius. C. f. Ap. n. Centhos.

P. Cornelius. Cn. f. L. n. Scipio. Asina. anno DXXXII.

Cos. de Istreis. ex Illurico. // . // . // .

Istricum bellum, domitis & subactis hostibus, hoc anno confectum à Consulibus fuisse, superius adducti auctores omnino asserere & demonstrare videntur: de qua quidem victoria an triumphus aliquis actus fuerit, auctorum tamen nemo, quos vidi, prodidit aperte. Verùm Carolus Sigonius, vt antiquitatis omnis peritissimus, ita Capitolinorum Fastorum commentator primus & doctissimus, arbitratur vel vtrumque, vel alterum, scilicet P. Scipionem Consulem triumphasse; sicut de Sardis, Corsis, Illuriis, Gallis, sæpius in his annis triumphatum fuit. Quod quidem apertius nobis constaret, si vel Liuius integer, vel Fastorum Capitolinorum triumphum hinc non essent interrupti, & magno annorum intervallo post superioris anni triumphum M. Marcelli in columnis duabus mediis non deficerent. Impellit hanc eius opinionem Liuij etiam auctoritas, qui libro xxxviii.

Cn. Man-

Cn. Manlij de Gallis Asiaticis triumphum valdè controuerſum deſcribens, aſſerit aucto-
ritatem ſeniorum tunc in Senatu valuiſſe, negantium exemplum proditum eſſe memo-
rie, vt Imperator, qui perduellibus deuictis, conſecta prouincia, exercitum reportaffet, ſine
curru, & laurea priuatus, in honoratufq; Urbem iniret. Putat igitur Sigonius alterius Con-
ſulum, P. Scipionis nempe, triumphũ poſt M. Marcelli opima in inferiore ſaxo, ſi exiſta-
ret, Capitoline illius ſecundæ columnæ reperiri potuiſſe. Cuius ſententiæ pluribus argu-
mentis confirmatæ vt facillimè accedam, in cauſa eſt, quòd viderim denarios argenteos
in iſtius victoriæ ac triumpho, vt apparet, memoriam excuſos cum Romæ capite galea
alata recto, & Victoria aurigante in quadriga triumphali; & dextra lauri ramum ferente.
Sub quadriga ſcriptus eſt hic titulus: P. SCIPIO. ASINA. M. Minucium porrò collegam
Scipionis triumphaffe, cum nulla fit auctoritas inter vetuſtate ſepulta; nos etiam præteri-
bimus, cum maximè nec ipſe Liuius in plena eiufdem Minucij quarto poſt anno magi-
ſtri equitum propter æquatam cum Dictatore Q. Fabio Maximo imperium ferocientis
hiſtoria, dum inanes illius iactantias deſcribit, nullam triumpho mentionem faciat.

A N N I P. R. C. D X X X I I I .

Conſules.

L. Veturius. L. f. * Ti. n. * Philo. C. Lutatius. C. f. C. n. Catulus.

Vitio facti abdicarunt. In eor. loc. facti ſunt.

M. Æmilius. M. f. M. n. Lepidus II. M. Valerius * P. f. P. n. * Læuinus.

CATVLVM & Philonem Conſules ordinarios legimus in tabulis Græcis, quæ
cognomina ſunt C. Lutatij & L. Veturij à Zonara & Caſſiodoro omiſſa, qui L. Ve-
turium, C. Lutatium hos nominant. Apud alios auctores Conſulum iſtorum mentio-
nem non inuenio. L. Philo videtur iſſe; qui poſteà, vt dixi, in Cenſura mortuus eſt;
C. Catulus autem filius illius, qui bellum Punicum primum conſecit. Haud abſurdus ar-
gumentis probare conatur Carolus Sigonius, hiſ Conſulibus vel vitio creatis, vel alia de
cauſa abdicatis, ſuffectos fuiſſe M. Æmilium Lepidum II. & M. Valerium Læuinum:
hos enim bis Conſules fuiſſe, teſtatur Liuius; & libro xxvii. quidem de M. Lepido,
cuius priorem Conſulatum anno dxxi. habuimus in Faſtis etiam Capitolinis. Item de
M. Læuino libro xxix. cuius Pratura & ſecundus Conſulatus ſequetur poſteà. Cum
enim eſſet princeps Legationis ad Attalum Asiæ regem miſſæ propter Matrem deũm
anno dxlviii. bis Conſul iam fuerat, & res in Græcia geſſerat, vt Liuius ibidem affir-
mat. Idem repetit libro xxx. de Pœnorum Legatis pacem ſimulatè petentium ſenten-
tiam ipſius referens, vbi Liuius ita: M. Valerius Læuinus, qui bis Conſul fuerat, ſpecula-
tores, non Legatos veniſſe arguebat: iubendofq; eos Italia excedere, & cuſtodes cum iis
vſque ad naues mittendos. Nemini igitur dubium eſſe poterit, quin ambo bis Conſules
fuerint: ſed quo anno Lepidus iterum, & quo Læuinus primum fuerint, obſcurum qui-
dem eſt. cum tamen nec in Liuius, (qui ab initio belli Punici ſecundi biennio poſt ſe-
quente Conſules deinde omnes ordine ſuggerit) nec etiam in tabulis Capitolinis, quæ
ab exordio Punici belli primi ad annum ſuperiorem vſque ſunt integræ, reperiuntur dicti
Conſulatus ipſorum; triennij, certè, interrupti Conſulibus ordinariis aliquibus hos ſuffe-
ctos fuiſſe, admodum veriſimile fit. Quin etiam, vt autumat Sigonius, Veturio & Luta-
tio ſuffecti videntur; licet res eos geſſiſſe ſcribat Zonaras, vt mox dicemus. Verum haud
difficili peracta prouincia Romam maturè reuerſos propter aliquod vitium (velut au-
ſpiciis additiſſima tunc erat ciuitas) abdicare iuſſos fuiſſe, nil obſtat, quin in tanta incer-
titudine ſuſpicari poſſimus.

M. Æmilius
Lepidus bis
Conſul.
M. Valerius
Læuinus bis
Conſul.

Conſules L. Veturius & C. Lutatius, vt auctor eſt Io. Zonaras, per Galliam & Ligu-
riam omnem ad Alpes vſque progreſſi cum exercitu, ſine obſtaculo ac pugna plures po-
pulos in poteſtatem redegerunt. Ex hiſ colligimus, ne hoc quidem anno quietam Gal-
liam fuiſſe. Interim Annibal in Hiſpania militare imperium adeptus ſe ad arma parans
Romanum bellum paternis auſpiciis, atque Italiæ prouinciæ quaſi mandatam ſibi
præſumpſit: & vt occaſiones rumpendi fœderis cum Romano nuper ab Afdrubale reno-
uari reperiret, Saguntinis ſinitimos trans Iberum populos ſimul cum Saguntinis in fœ-
dere liberos eſſe iuſſos bello inuaſit. Imprimis Olcadum caput, Carteiam urbem opulen-
tam, mox expugnat & diripit; totamq; gentem, ſtipendio impoſito, ſubegit. Iam huius
anni vere primo in Vaccæos promotum bellum, Hermandica & Arbacala Carteiorum

Cum Gallis
& Liguriis
bellarum.

Annibalis in
Hiſpania
prima expe-
ditiones.

vrbes vi captæ: sed regressum ex Vaccæis Annibalem ab Hermandica profugi, & Olcadum exules cum Carpetanis focis oppugnare sunt ausi, haud procul Tago flumine centum ferè milibus hominum eius inuadentes exercitum præda grauem: sed temerè pugnantem in ipso flumine multis cæsis, ex ripa compulsi sunt in fugam. Annibal mox hostem infecutus, vastatis agris, intra paucos dies quoque Carpetanos in deditionem accepit. Et sic omnia trans Iberum, præter Saguntinos, Carthaginensium tunc facta sunt. Vide Polybium tertio, Liuium XXI. & Appianum in Annibolica.

Cens. L. Aemilius. Q. f. Cn. n. Papus. C. Flaminius. C. f. L. nepos.

Lustrum. fecer. XLIII.

Census actus, & Senatus ab his Censuribus lectus.

Censores fuerunt L. Aemilius & C. Flaminius, quorum postea sæpè meminit Liuius libris XXII. & XXIII. Senatum ab his lectum fuisse affirmans: quo maximè loco narrat, quo pacto post cladem Cannensem ex s. c. Dictator M. Fabius Buteo Senatus legendi causa creatus Romæ fuerit: Cùm cetera, inquit, quæ continuis cladibus fortuna minuerat, quantum consiliis humanis assequi poterant, Patres expleissent: tandem se quoque & solitudinem Curia, paucitatemque conuenientium ad publicum consilium respexerunt. Neque enim post L. Aemilium & C. Flaminiū Censores Senatus lectus fuerat: cùm tantum Senatorum aduersa pugnæ, ad hoc sui quemque casus per quinquenniū absumpissent. Quæ Liuij verba nobis indicant lectum ab his Censuribus Senatum anno superiore, & lustrum hoc anno conditum fuisse: cuius in libri XX. Epitoma fit etiam mentio, & hæc nobis sunt reliqua: Lustrum à Censuribus conditum est, in quo censa sunt ciuium capita CCLXX. ∞. CCXIII. Libertini cùm antea dispersi in omnes fuissent, in quatuor tribus denuò redacti sunt, Esquilinam, Palatinam, Suburanam, Collinam. C. Flaminius Censor viam Flaminiam ab Vrbe Ariminum vsque muniuit, & circum Flaminium extruxit. Atque hoc modo ferè corrigenda, supplendaque quædam sunt, quæ desiderantur in Epitoma Liuiana, quemadmodum manuscripti codices nos docuere. Idem enim Sex. Pompeius Festus comprobatur: Flaminius, inquit, circus, & via Flaminia à Flaminio Consule dicta sunt, qui ab Annibale interfectus est ad lacum Trasimenum. Sed Paullus ille, qui in epitomen Festi libros redegit, vt alia plurima, sic etiam eius auctoris hunc locum deformauit & mutilauit. Censor enim Flaminius viam & circum fecit, verum Consul iterum ab Annibale occisus est, quemadmodum ex sequenti historia manifestum fiet. Et Cassiodorus L. Veturio & C. Lutatio Consulibus viam Flaminiam munitam scribit, & circum factum, qui Flaminius appellatur. Meminit viæ istius etiam Strabo libro V. Geographiæ. Neque est quòd quispiam, vt Cuspinianus, admiretur, Flaminiam his Consulibus munitam à Cassiodoro scribi, quòd libro XXXIX. dicat Liuius, C. Flaminium collegam M. Aemilij Lepidi in Consulatu anno DLXVI. viam muniuisse Flaminiam. Liuius enim ibi non de hoc Flaminio Censore, qui paulò post, vt dicemus, ad Trasimenum occisus est; sed de eius filio, qui in Consulatu, pacatis Liguribus, viam aliam strauit à Bononia videlicet Ariminum, vt Flaminia committeret vetustæ à patre Censore munitæ. Quo anno & Aemilia ducta est à Bononia Aquileiam ab ipsius collega M. Lepido, quemadmodum in eo Annali declarabo latius.

Lustrum, & cœnium census.

Libertini in tribus suis urbanas denuò redacti.

Via Flaminia extra Vrbe strata. Circus Flaminius in cæpo Martio extructus.

Flaminia fecundò munita, vltimèq; producta.

Prætores.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. Urbanam ///. ///. ///. f. ///. n. ///. Peregrinam iurisdictiones.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. Siciliam ///. ///. ///. f. ///. n. ///. Sardiniam prouincias sortiti obrinuere.

T. Annius ///. f. ///. n. * Luscus *. C. Seruilius. P. f. ///. nepos.

Ambo III. viri biennio post facti sunt cum C. Lutatio Consulari, ad colonias Placentiam Cremonamque deducendas. Qui omnes, Annibale cum exercitu in Italiam per Alpes transcendente, per tumultum à Boiis Gallis Mutinæ obsessi, moxque paciscendi titulo extra muros euocati, per fraudem detenti & capti fuerunt, vt Liuius atque Polybius memorant: hic libro tertio, qui Consularem vnum, alios duos Prætorios fuisse scribit; ille libro XXI. atque iterum libro XXX. quo loco Seruiliū indicat sella curuli sedisse, & decimo sexto post captiuitatem anno à filio C. Seruilio Consule liberatum è seruitute cum C. Lutatio patruo. Igitur hoc anno, vel non diu antè, Prætores fuerunt hi duo, quorum T. Annius, vt dixi, videtur aus fuisse T. Annij, T. f. quem Luscum vocat Cicero in Bruto, & Consul anno sexcentesimo fuit.

Patry à filio Consule longa seruitute Gallica cum patruo Cæsarulo liberati.

Q. Teren-

Q. Terentius. // f. // n. * Culco *. Haud equidem certò scio, an huius filius fuerit Q. Terentius Culco, qui anno DLII. P. Africanum de Pœnis triumphantem pileatus, in signum reddite libertatis, incedens secutus est, quòd à Pœnis captus, Africanus victoria demum liberatus esset. Eum tradit Prætoria familia natum Valerius Max. libro quinto De gratis scribens capite secundo, his verbis: Q. Terentius Culco Prætoria familia natus, & inter paucos Senatorij ordinis splendidus, optimo exemplo Africani superioris currum triumphantis, quia captus à Carthaginensibus, ab eo fuerat recuperatus, pileum capite gerens secutus est. Auctori enim libertatis suæ tamquam patrono accepti beneficij confessionem, spectante populo Romano, meritò reddidit. Sed hæc postea contigerunt. Si verò hic Q. Terentius, qui biennio post è Senatu Legatus ad C. Flaminium Consulem designatum missus est, sicut apud Lium in fine libri XXI. intelligimus, & Culeonem appellandum, & hoc ferè tempore Prætorem fuisse opinari possumus.

Gratitudinis exemplū in signo.

P. Cornelius. L. f. L. n. Scipio.

Ædiles curules.

C. Terentius. // f. // n. Varro. Quemadmodum Lium auctor, cuius verba in Quæstura Varronis adduxi. Et de hac quidem Varronis Ædilitate loqui Valerium Max. arbitror libro primo inter exempla neglectæ religionis: Creditum est, inquit, Varronem Consulem apud Cannas cum Carthaginensibus tam infeliciter dimicasse ob iram Iunonis, quòd cum ludos Circeus Ædilis faceret, in Iouis Opt. Max. templo eximia facie puerum histrionem ad excubias tenendas posuisset. Quod factum post aliquot annos memoria repetitum sacrificiis expiatum est. Meminit eiusdem rei libro secundo Diuinarum institutionum. Item Lactantius Firmianus, & rectè, vt futilem ac superstitiosam irridet hanc cladis Cannensis causam, ob quam zelotypa Iuno Ganymedem alterum metuens, in Romanum exercitum iram suam effudisse dicitur. Quapropter fortasse Iuno fingitur à Silio Italico poëta non ineptè Annibalem Q. Fabij Maximi Dictatoris cunctationibus fractum, ac de relinquenda Italia cogitantem, ad Cannense prælium cum Varrone committendum excitare; vt nouas iras suas summa populi Romani clade posset vlscisci.

Cladis Cannensis causâ ridicula.

Zelotypa Iuno Annibalè ad prælium excitulat.

// // // f. // n. //

Ædiles plebis.

// // // f. // n. // // // // f. // n. // //
 T. Otacilius * T. f. C. n. * Crassus. [L. Flaminius. L. f. L. n. Chilo.]
 [C. Fundanius. C. f. C. n. Fundulus.]

Tribuni plebis.

* T * Metilius * M. f. M. n. Croto *. Legem de Fullonibus vulgò dictam tulit, Lex Metilia. Cuiusmodi dedere ad populum ferendam. Aedem omnia maioribus tum curæ fuere: cum inter alia & laudata frugalitas. lege cautum fuit, ne quid in re Vestiarum paranda superflui sumptus fieret. Meminit legis Plinius, libro xxxv. cap. xvii. vbi in exemplaribus vulgatis perperam Metella lex vocatur. Est enim hoc Cæciliorum cognomen, legesque appellari à cognominibus non solebant, sed ab ipso legislatoris gentilitio nomine.

Lex Metilia Cuiusmodi laudata frugalitas. Vitiatum legis nomen.

// // // f. // n. // // // // // f. // n. // //
 // // // f. // n. // // // // // f. // n. // //
 // // // f. // n. // // // // // f. // n. // //
 // // // f. // n. // // // // // f. // n. // //
 // // // f. // n. // // // // // f. // n. // //

C. Petillius. Q. f. Q. n. Spurinus. Pater Q. Spurini, qui in Consulatu postea occisus est, vt marmora subindicant Capitolina, & annorum interuallum.
 M. Marcius. * M. f. M. n. * Sermo II. [M. Anicius. M. f. // n. Gallus II.
 M. Antistius * M. f. M. * nepos. L. Genucius * L. f. L. n. Clepsina *.
 L. Apustius *. C. f. C. n. * Fullo. [A. Trebius. M. f. M. n. Gallus.]
 [C. Antius. C. f. C. n. Restio.] [L. Mæcilius. L. f. M. n. Tullus.]

Quæstores vr bani.

11. 11. 11. f. 11. n. 11.

11. 11. 11. f. 11. n. 11.

Quæstores prouinciales.

11. 11. 11. f. 11. n. 11. L. Veturij }
 11. 11. 11. f. 11. n. 11. C. Catuli } *cos. in. Gallia. & Liguribus.*

11. 11. 11. f. 11. n. 11. 11. 11. pr. in Sicilia.

11. 11. 11. f. 11. n. 11. 11. 11. pr. in Sardinia.

11. 11. 11. f. 11. n. 11. Gallicus. 11. 11. 11. f. 11. n. 11. * Lucerinus *

P. Cornelius. 11. f. 11. n. Lentulus. Sura. P. Suram appellat Liuius libro *xxii*. Legatum M. Æmilij Prætoris in Sicilia anno *dxxxvi*. Hinc antiquum valdè cognomen illud esse constat, & inter Lentulos familiare, quantum ex Pædiano & Cicerone item colligere est. Quare non satisfacit Plutarchus, cognominis istius originem P. Lentulo illi dissolutissimo, & propter Catilinariam coniurationem in carcere strangulato, adscribens, vt suo loco dicemus.

*Oratio Q.
Fabij Max.
Verrucossi in
funere filij
huius.*

Q. Fabius. Q. f. Q. n. Maximus. Q. Verrucossi maior filius Pontifex, cui ob præclaram indolem, & patris virtutes facilius aditus ad honores fuit. Nam in Ædilitate curuli est Prætor designatus, & mox in Prætura Consul. Legatus deinde patris sui anno *dxlvi*. & *dxlv*. exercitum duxit, vt Liuius lib. *xxvii*. est auctor. Non diu tamen post mortuus à patre sene pro Rostris est laudatus, quam orationem Verrucossi funebrem in funere filij Consularis ad populum dictam Plutarchus se vidisse scribit. Meminit eius laudationis item Cicero in Catone maiore, nec non de natura Deorum libro *iii*. & Familiarium libro quarto, epist. *vi*. Habuit Q. Verrucossus alium minorem filium eiusdem prænominis Q. Fabium, qui in patris Verrucossi mortui locum anno *dl*. factus est augur, & admodum adolescens anno *dlvii*. priusquam vllum magistratum cepisset, est mortuus, sicut Liuius libro *xxxiii*. memorat. Sed hæc historia illustrandæ causæ particulariùs declarandum esse putauit, ne quis similitudine nominum decipiatur.

M. Æmilius. M. f. M. n. Lepidus. M. Lepidi bis Consulis & auguris filius, qui cum duobus fratribus suis L. & Q. Æmilij Lepidis anno *dxxxvii*. post patris obitum ludos funebres per triduum, & gladiatorum paria duo & viginti dedit, quemadmodum Liuius libro *xxiii*. narrat. Prætura illius anno suo sequetur. Biennio post Præturam *x. vir* sacrorum est factus, & anno *dlxii*. Legatus iuit ad regem Ptolomæum, vt Liuius est auctor.

C. Oppius * C. f. M. n. * Salinator. Cuius post Tribuni plebis famosa illa lex Oppia sequetur.

L. Pomponius. 11. f. 11. n. Veientanus. Præfectus sociùm fuit anno *dxl*. Quem gradum vt plurimum adipisci solent post Tribunatum plebis. Hic publicanus antea fuerat, omnibus malis artibus & Reipublicæ & societatis infidus. Demum Præfectus auctor temerariæ pugnae & cladis non exiguae, ab Annone Pœnorum duce in agro Bruttio captus est, vt Liuius libri *xxv*. principio.

Cn. Fuluius. M. f. Q. n. Flaccus. Q. Flacci quater Consulis, & Dictatoris frater, qui in Prætura res malè gessit, vt tum dicitur.

Q. Catius. 11. f. 11. nepos. Ædilem plebis postea apud Liuium habebimus. Eundemq; suspicor fuisse qui Legatus Delphos deinde missus est. Sed in plerisque Liuianis codicibus Cantius, ni fallor, malè appellatur. Et antea libri *xxvii*. sine Q. Tatius, vbi Legatum fuisse dicit C. Neronis cos. & castris præfectum aduersus Annibalem in Apulia dum cos. obuiam Asdrubali profectus abesset.

L. Porcius * M. f. * 11. n. Licinus. Hic ad Ædilitatem plebis & ad Præturam peruenit, quemadmodum ex Liuius constat. Pater fortè L. Licini, qui cos. in tabulis Capitolinis anno *dlxix*. reperitur.

Proquæstoribus.

11. 11. 11. f. 11. n. 11. Calenus. 11. 11. 11. f. 11. n. 11. Ostiensis.

L. Scribonius 11. f. 11. n. Libo. [Ser. Cornelius. Ser. f. Ser. n. Merenda.]

ANNI P.R.C. DXXXIV.

Consules.

M. Liuius. M. f. M. n. Salinator. L. Æmilius. M. f. M. n. Paullus.

CONSULES nominant huius anni Cassiodorus, Marianus & Plinius libro xxix. cap. i. M. Liuium & L. Æmilium: tabulæ nostræ Græcæ vel Siculæ cognomina eorumdem exprimunt Paullum & Salinatorem: Io. Zonaras Æmilium Paullum & M. Liuium prodit. Ex quibus duobus Liuius reperitur postea Consul 11: & Censor in fragmentis Capitolinis. Æmilium verò dixi patrem L. Æmilij Pauli fuisse, qui regem Persen deuicit: id ipsum enim testatur Plutarchus, marmoraq; Capitolina eundem appellant L. F. M. N. vt auus illius, & pater huius anni Consulis videatur fuisse M. Æmilius. M. f. L. n. Paullus Consul anno DXXXIX. quemadmodum marmora iam dicta quoque demonstrant. Meminit horum Consulum etiam postea Liuius his ferè verbis de secundo L. Paulli huius Consulatu scribens libro xxii. quem anno Cannensi cum C. Varrone gessit. Tum, inquit, experta nobilitas, parum fuisse virium in competitoribus eius, L. Æmilium Paullum, qui cum M. Liuiio Consul fuerat, & damnatione collegæ & sua propè ambustus euaserat, infestum plebi diu ac multum recusantem ad petitionem compellit. Plinius autem Varronis supputationi semet applicans, L. Æmilio & M. Liuiio Consulibus annum Urbis fuisse tradit DXXXV. à Capitolinis Fastis in hoc plerumque discrepans: affirmatque ex Cassij Heminae auctoritate, primum è Medicis vulnerarium Archagatum Medicorum vulnerarius primus Romæ. Lyfaniae filium his Consulibus ex Peloponeso Romam venisse, cui ius Quiritium est datum, cum eius aduentus esset gratissimus, emptaq; publicè taberna in compito Acilio. Sed non diu post à scæuitia secandi vendique, carnificem dictum ait, atque artem Græcorum medicam omnè ex eo transfuisse in tædium atque odium. Quod M. Catonis maioris auctoritate ratum facit, cuius ad M. filium verba pulcherrima citat ibidem Plinius libro xxix. cap. i.

Idis ac Serapis fana peregrinæ religionis Romæ ex s. c. L. Paulo Consule auctore, fuisse diruta scribit Valerius Maximus libro primo cap. tertio: eaque cum nemo artificum attingere auderet, Paullus Consul posita prætexta securim arripuit, templique eius foribus infixit. Infelix demum à superstitionis plebe fuit habitus, qui post triumphum damnatus, & ad Cannas demum occisus est. Patrij moris, atque religionis auita cultus, & peregrina repulsæ salutaris.

Iterum Illurij hoc anno rebellarunt, quæ prouincia vtrisque Consulibus decreta est. Causa belli fuit rex Illuriorum Demetrius Pharius, qui beneficiorum à populo Romano acceptorum immemor, cum hoc tempore Romanos & Gallorum & Pœnorum nouos motus apparantium metu attonitos ac percussos esse putaret, nec non Philippi Macedonum regis vicini potentia & amicitia maximè consideret, oppida Illurici Romano imperio subiecta vastare, sociorum agros depopulari, finesq; sibi scedere constitutos transcendere mox non dubitauit, & sollicitatis ad bellum Atintanis, vltra Lissum quinquaginta lembis prouectus est. Verum aduenire cum legionibus Consules intelligens, Dimalum urbem præsidio & comeatu muniuit, ex aliis Illurici oppidis socios & amicos Romanorum expulit, ac suos imposuit. Quo perpetrato, cum sex milibus veteranorum ipse Pharam contendit. Consules primum Dimalo intra septimum diem expugnato, & hostibus deinde pulchro stratagemate victis, Illurisque oppidis rursus in fidem acceptis, Pharam aduersus Demetrium infesti perrexerunt, insulaque in potestatem redacta, atque vrbe capta ac euersa bellum confecerunt. Demetrius rex tum quidem fuga elapsus, cum magna pecunia euasit ad Philippum regem. Hæc ex Polybij tertio, & Io. Zonara, qui latius hoc bellum describunt. Obiter autem attingit Appianus Alexandrinus in Illurica Demetrii fuga hoc ipsum approbat Liuius libro xxii. qui scribit biennio postea quamuis tunc ingens bellum cum Annibale ceruicibus inhæreret, nihilominus ex s. c. Legatos in Macedoniam ad Philippum regem missos esse ad deposcendum Demetrium Pharium, qui bello victus ad eum fugisset: ad Pineam quoque regem in Illuricum alios esse missos, ad stipendium, cuius dies exierat, postcendum: aut, si diem proferret, accipientes obsides. Hoc autem Illuricum bellum in Liuiana epitome libri xx. paucis his verbis exprimitur: Iterum Illurij, cum rebellassent, domiti in deditioem venerunt. Annibal Pœnorum Imperator in Hispania eodem anno causam noui belli quærens, Saguntum amicam populo Romano ciuitatem contra scædus octo mensibus obsessam, & acriter oppugnat. Illuriorum rebellio dnce Demetrio Phario rege. Zonaras Demetriu hunc non Pharium sed Scardonia vocat. Nescio an rectè; legè dum fortasse Scardonia à Scardon Illurici insula. Dimalus & Pharus capta à cons. Phariam insula Ptolomæus appellat. Demetrius fugit ad Philippum regem cum pecunia. Romani populi fortis constantia.

pugnatam cepit & euertit; dum frustrà Legati à Romanjs Carthaginem mitterentur, qui Annibalem rupi fœderis auctorem deposcerent; & nisi dederetur, bellum indicerent. Vide Polybium, Liuium, Zonaram, Appianum in Iberica, Orosium & ceteros, ex quibus omnia latius cognoscere poteris.

Prætores.

11. 11. 11. f. 11. n. 11.

L. Ælius * C. f. Q. n. Pætus * Tubero. Vrbanam iurisdictionem sortitus

Picus auis in
augurijs præ-
cipuus Ro-
mano.
Prodigium
vatum.

Amor Reip.
singularis.

L. Aelij Tu-
beronis pietas
in patriam.

Inlij Frontini
locus valde
deprauatus.

Supra præ-
uaque nomi-
num in libris
scriptura
magnos pa-
riunt errores
in historia.
Magna vete-
rum fruga-
litas & absti-
nentia.

obtinuit. Testatur hoc Plinius naturalis historiæ libro x. cap. xviii. vbi picos, aues principales Latio antiquitus in augurijs fuisse dicit à rege, qui nomen aui dedit, appellatos. Et adfert tale de his vetus prodigium: In capite Prætoris, inquit, vrbani L. Tubero-
nis in foro iura pro tribunali reddentis, sedit ita placidè, vt manu prehenderetur. Respon-
dère vates, exitium Imperio portendi, si dimitteretur, at si exanimaretur, Prætori. At ille
auem protinus concepsit, nec multò post impleuit prodigium. Hæc ibi Plinius. Circa
hoc porò tempus L. Ælium istum Prætozem fuisse oportet, quando alij Prætores, qui
post hunc annum fuerunt, ad annum Cannensem vsque, quo ipse perit, apud Liuium &
alios reperiantur. Hunc post Genucium Cipum inter exempla amoris erga patriam
memorat Valerius Max. libro v. cap. vi. Genucius, inquit, laudis huius, qua maior ex-
cogitari vix potest, successionem Ælio Prætori tradidit. Cui ius dicenti cum in capite pi-
cus confedisset, aruspicesque affirmassent, conseruato eo, fore domus ipsius statum feli-
cissimum, Reipublicæ miserimum, occiso in contrarium vtrumque cessurum; è vestigio
picum morsu suo in conspectu Senatus necauit. Decem & septem militum familiam exi-
miæ fortitudinis viros Cannensi prælio amisit; Respublica procedente tempore ad sum-
mum imperij fastigium excessit. Iulius Frontinus autem tradit ipsum Ælium quoque in
prælio occisum fuisse, Plinio congruens, cuius rei, miror, Valerium non meminisse. Ver-
ba porò Frontini Stratagematum libro quarto cap. v. mirificè deprauata leguntur ita in
vulgatis: Cælius Prætor Vrbanus, cum ei ius dicenti picus in capite insedisset, & aruspices
respondissent, dimissa aue, hostium victoriam fore: necata, populum Romanum su-
periorum; ac Cælium cum familia periturum; auem occidit, qua occisa nostro exercitu
vincente, ipse cum xiiii. Cæliis ex eadem familia in prælio est occisus: hunc quidem
non Cælium sed Lælium fuisse, & Lælios non Cælios perisse credunt. Sed manuscri-
ptum Frontini exemplar antiquum, quod vir doctus & studiosus admodum, Iacobus
Susius olim mihi mutuò dederat, hæc multò aliter, & correctius sic prodit: L. Ælius
Prætor Vrbanus, cum ei ius dicenti picus in capite insedisset, & aruspices respondissent,
dimissa aue, hostium victoriam fore, necata, populum Romanum superiorem, ac Ælium
cum familia periturum, non dubitauit auem necare. Nostro ergo exercitu vincente ipse
cum xiiii. Æliis ex eadem familia in prælio est occisus. Hunc quidem non Ælium, sed
Lælium fuisse; & Lælios non Ælios perisse credunt. Sic Frontinus. Verùm hic error, ac
etiam discrepantia historiæ à Frontino adducta, haud dubiè prouenit librorum socor-
dia; qui Lælius ibi perperam pro L. Ælio olim scripserunt. Vnde etiam cognoscere pos-
sumus, quas caligines adferat historiæ, negligenter describere & variare propria nomina.
Atqui sedecim Ælios eodem tempore in vna domuncula simul Romæ habitasse, Vale-
lerius Maximus libro quarto tradit De paupertate laudata, scribens capite quarto:
Quid Ælia, inquit, familia, quam locuples? sexdecim eodem tempore Ælij fue-
runt, quibus vna domuncula erat eodem loci, quo nunc sunt Mariana monumenta;
& vnus in agro Veiente fundus minùs multò cultores desiderans, quàm dominos habe-
bat. De eadem re scribit etiam Plutarchus in L. Paulli vita; qui quamuis esset patricius,
& summæ nobilitatis, tamen ex tam paupere & frugali domo voluit sibi generum eligere,
prudencia, literis, & abstinentia potius, quàm agris ac possessionibus locupletem, Q. Æ-
lium Tuberonem, ex eadem stirpe Æliorum & huius Prætoris prognatum.

1. 11. 11. f. 11. n. 11. inter ciues & peregrinos iurisdictionem.

11. 11. 11. f. 11. n. 11. Sardiniam 11. 11. 11. f. 11. n. 11. Galliam
prouincias sortiti obtinuerunt.

Gallia Cisal-
pina noua
prouincia
Romano um
ordinaria.

Nouam hanc prouinciam Galliam Prætoribus hoc anno primùm ordinariè in sortem
dari cœpisse post superioris anni victoriam, qua subiugati, vt Zonaras auctor est, sine ob-
staculo ad Alpes vsque Galli & Ligures fuere, ex Liuiio etiam nobis fit manifestum, qui
anno sequenti L. Manlium Prætozem obtinuisse Galliam scribit, & eam deinceps inter
Prætorias prouincias in sua historia annuatim adducit, quemadmodum & nos facturi
sumus. Ex Quæstoribus autem annuis, quàm diu tantum octo creabantur, fit verisimile,
Galli-

Gallicum huius provinciae magistratibus cum imperio illam obtinentibus semper praestò fuisse: donec L. Sulla Dictator; viginti Quæstoribus creatis, totidem his provinciarum fortes constitueret, veteresque Italicas quatuor denuò à magistratuum provinciis separaret; vt suo loco dicam latius. Idem ferè contigisse suspicor reliquis tribus aliis Italicis Quæstoribus, quotiescumque Romani Consules vel Prætores cum imperio Latium, Campaniam, vel Apuliam obtinebant; sicut bello Punico secundo frequenter vsu venisse constabit.

Q. Ælius. P. f. C. n. Pætus. Hunc Livijs libro xxii. inter alios viros Prætorios nominat, qui propter C. Terentium Varronem tunc candidatum in petitione Consulatus anno dxxxvi. fatali plebis errore repulsam passi sunt: & hic Pontifex cum esset, anno sequenti in prælio Cannensi cum Tuberone ac ceteris eiusdem familiae ac nominis occisus est, vt libro xxiii. testatur idem Livijs.

P. Cornelius * Ser. f. Ser. n. Merenda. Quem inter Prætorios item recenset Livijs libro xxii. iam dicto, qui eodem anno dxxxvi. Consulatum petentes C. Varrone prælo repulsam passi sunt. Quare & Merendam & Pætum hoc suo ferè anno Prætores fuisse verisimile fit, cum eorum Prætura in Livijs non sequantur.

Cn. Seruilius. P. f. Q. n. Genucius. Hic Consul altero abhinc anno reperitur: quare etiam hoc Prætorium fuisse opinari possumus.

Ædiles curules.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..
M. Æmilius * M. * f. .. n. Regillus. A. Cornelius. .. f. .. n. Mammula.

Ædiles plebis.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..
C. Livijs * C. f. M. n. * Drufus. [C. Popillius. T. f. T. n. Sabellus.]

Tribuni plebis.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..
.. .. f. .. n. f. .. n. ..
.. .. f. .. n. f. .. n. ..
.. .. f. .. n. f. .. n. ..
.. .. f. .. n. f. .. n. ..

Ti. Sempronius Ti. f. Ti. n. Gracchus. L. Porcius. .. f. .. n. Licinus.

C. Lætorius * L. f. C. n. * Mergus * II. M. Aurelius * M. f. M. n. * Cotta.

M. Claudius * M. f. M. n. * Marcellus. [C. Volumnius. L. f. L. n. Flamma
* Otacilianus * Violens II.]

[Ti. Villius. Ti. f. Ti. n. Tapulus.] [Q. Silius. Q. f. Q. n. Nerua.]
[C. Titinius. C. f. M. nepos.] [Cn. Sicinius. Q. f. Cn. nepos.]

Quæstores urbani.

Ex Senatus decreto tabernam in compito Acilio publica pecunia coemerunt Archagato Medico vulnerario, qui eius artis primus è Peloponneso Romam hoc anno venerat. Plinius libro xxix. cap. i. ex Cassio Hemina.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..

Quæstores provinciales.

.. .. f. .. n. .. L. Æmilij. }
.. .. f. .. n. .. M. Liuij. } coss. in Illurico.

.. .. f. .. n. pr. in Sardinia.

.. .. f. .. n. pr. in Gallia.

.. .. f. .. n. .. Calenus. f. .. n. .. Ostiensis.

L. Hostilius. A. f. .. n. Mancinus. Pater A. Mancini qui Consul sequetur anno

anno DXXCIII. & in marmoribus Capitolinis L. f. A. n. appellatur: nec annorum interuallum videtur refragari. Hic L. Mancinus biennio postea, vt Liuius refert, Præfectus equitibus sociis sub Q. Fabio Dictatore, dum Annibalis castra in agro Falerno temere explorat, à Numidis cum quadringentis equitibus occisus est.

L. Cincius
historia scri-
ptor.

L. Cincius * L. f. * // n. Alimentus. Qui Prætor postea Siciliam per triennium rexit. Atque hic filius videtur L. Cincij celeberrimi scriptoris potius, quàm ipse scriptor fuisse: quem Liuius tradit initio belli Punici secundi ab Annibale captum, & eius postea historiam accuratius prodidisse. Ipsum enim post captiuitatē, durante eodem illo bello, magistratus gessisse, vti credere non possumus, in causa est; quod Senatus Romanus & Censores eo tempore omnes qui arma hostibus tradidissent, in Siciliam, quàm diu Pœni in Italia essent, relegatos variis ignominiiis & graui insuper militia proculcabant, quemadmodum ex Liuij historia manifestum, & subsequentes Annales demonstrabunt.

Fontej Cap-
zones primi
Roma.

T. Fonteius // f // n. Capito. Legatus postea fuit P. Cornelij Scipionis procos, in Hispania contra Pœnos, cuius Liuius non semel meminit libro xxv. & xxvi. Atque hoc primum tempore Fonteios in Republica magistratus gessisse reperio, quorum genus antiquum Tusculo oriundum, ac continuis Prætoris clarum fuisse testatur M. Cicero in Oratione pro M. Fonteio. Hunc tamen Prætorem fuisse, ex Liuiio vel alijs colligere non possumus: sed filium autumo ipsius, qui postea Prætor Hispaniæ vltioris sequetur.

T. Popillius * T. f. T. n. Sabellus *. Quem Legatum nominat Liuius lib. xxv. & Præfectum castorum ante Capuam, cum ab Annibale oppugnarentur anno DXXII.

Q. Fabius
Pictor nobilis
historia scri-
ptor.
Eius historia
adhuc Vene-
tijs reperiri.

Q. Fabius * C. f. C. n. * Pictor. E Senatu post cladem Cannensem acceptam missus Legatus ad Delphicum Apollinem, vt sciscitaretur, quisnam futuris finis tantis cladibus esset, & quibus precibus supplicationibusque deos placare Romani possent. Reuersus eodem anno Romam oraculum & sacra diis faciunda in Senatu ex scripto recitauit. Necessarium Fabij cunctatoris vocat Plutarchus, atque is idem historicus celeberrimus fuit, vt annotauit Appianus in Annibolica sua, & citatur sæpè à Romanæ historiæ scriptoribus, ac imprimis à Liuiio, vt horum temporum æqualis. Existare autem adhuc manuscriptus dicitur Venetijs apud Ludouicum Beccatellum, atque Carolus Sigonius in annotationibus libri xxii. Liuiani, se librum vidisse & legisse scribit. Atque vltimam facessant semel canes è Musarum præsepio. A M. Tullio quidem hic Q. Fabius Pictor non parum laudatur in Bruto, de Legibus primo, & de Oratore secundo, literarum antiquitatis ac iuris benè peritum dicens.

C. Aurunculeius. // f // n * Cotta *. Hic Prætor deinde Sardiniam rexit, quem primum inuenio ex ea gente ad Reipublicæ administrationem accessisse. Ceterum Cotta cognomen familiare Aurunculeiorum fuisse Cæsar in suis Commentarijs, & antiquæ inscriptiones demonstrant.

C. Papirius. L. f * L. n * Maso. Qui decemvir sacris faciundis fuit, ac mortuus est anno DXL. quemadmodum Liuius libro xxv. memorat. Sed perperam in vulgatis exemplaribus Liuianis eius appellatio exprimitur, vel C. Papirius Lemasso, vel C. Papirius L. Fuluius Maso, cum legi potius debeat, C. Papirius L. f. Maso. Manifestum enim est vitia hæc ab imperitis librarijs esse prognata, qui ignari notarum veterum L. f. Maso, mutarunt in Lemasso, vel Lucius Fuluius Masso.

P. Licinius * C. f. P. n * Varus. Cuius pater, vt autumo, Consul fuerat anno DXVII. Et hunc Ædilem curulem, Prætorem, atque etiam Legatum nobis prodidit Liuius libro xxvi.

Prouincia.

// // // f // n // // propr. Siciliam prorog. imperio obtinuit.

Q. Terentius // f // n * Culco *

Proquæstoribus.

// // // f // n // // // propr. in Sicilia.

// // // f // n // // * Lucerinus.

L. Pomponius // f // n. Veientanus. Q. Catius. // f // nepos.

L. Æmilius. M. f. M. n. Paullus. cos. anno. DXXXIV.

de Illuricis. // // //.

M. Liuius. M. f. M. n. Salinator, anno DXXXIV.

cos. de Illuricis. // // //.

Polybius libro tertio omnem huius belli benè confecti gloriam, M. Liuius præterito, ad solum L. Æmilium refert: rebusque ipsum in Illurio compositis autumno inuente Romam reuersum, cum summa gloria triumphasse scribit; omnesque iudicasse, non solum prudenter ipsum, sed etiam fortissimè res gessisse. Idem ferè repetit libro quarto. Sic etiam Iustinus libro xxix. ex Trogi Pompeij historia; Demetrium regem Illuriorum à Paulo Romano Consule victum; profugisse ad Philippum Macedonia regem narrat. Verùm Zonaras auctor est ab vtrisque Consulibus res eo anno in Illurico gestas fuisse; quod etiam apertè comprobatur postea Liuius, ob Illuricæ prædæ diuisionem; deposito magistratu, Consules reos ad populum factos fuisse demonstrans; vt libro XXI. vbi dicit M. Liuium damnatum, & collegam L. Æmilium damnatione sua propè ambustum vix euasisse. Rursum libro xxvii. scribit M. Liuiam, qui ex Consulatu priore populi iudicium damnatus fuerat, & eam ignominiam adeo ægrè tulerat, vt & rus migrarit, & per multos annos Vrbe omnique cœtu caruerit, ad alterum Consulatum à populo euectum fuisse etiam inuitum: Item Frontinus Stratagematum libro quarto cap. primo De disciplina militari eiusdem damnationis mentionem facit his verbis: M. Salinator Consularis damnatus est à populo, quod prædam non æqualiter diuiserat militibus. Itaque ex iam adductis locis manifestum fit, bellum istud Illuricum ab vtrisque Consulibus administratum fuisse, & M. Liuium eandem prouinciam, atque idem imperium cum collega habuisse. Sed multo apertius Sex. Victor De viris illustribus in eiusdem Liuij Salinatoris vita hoc nobis explanat, ipsum etiam triumphasse scribens his verbis: Liuius Salinator primò Consul de Illuricis triumphauit, deinde ex inuidia peculatus reus, ab omnibus tribubus, excepta Mæcia, condemnatus est. Insuper Tranquillus in Tiberij Cæs. vita Liuiæ gentis magistratus & honores recensens, tres etiam obtinuisse eam triumphos dicit. Nec in Fastis vel aliis auctoribus plures reperimus, quàm duos huius M. Liuij Salinatoris, & tertium M. Liuij Drusi de Scordiscis: Salinatoris hic primus de Illuriis fuit; alter de Pœnis & Asdrubale in secundo Consulatu actus. Amborum autem huius anni Consulatum Illurici triumphis denariorum iconibus exprimitur in Goltzianis Fastis hoc modo: L. Æmilius habet Romæ caput, & Iouem cum sceptro in quadriga triumphantem, cui subscriptum: L. PAVLLVS. M. F. M. N. M. Liuius autem repræsentat in nummo Iouis laureati caput ab vno latere: & ab altero eundem Iouem cum sceptro in quadriga triumphantem, cui adiunctus est titulus: M. LIVI. M. F. SALINATOR.

Consules post
triumphū ac
magistratū
rei facti, &
damnati.

Liuiæ gentis
triumphi tres.

FINIS LIBRI VIII. QVI EX AVCTORIBVS,

M. Cicerone. Onidjo. Macrobio. Cornificio. Nummis antiquis. Picturis & Gemmis antiquis. Horatio. Martiale. P. Victore. Sex. Ruffo. Saluari carmine. Terentiano Mauro. Septimio Seuero. Platone. Proclo. Mæscopolo. Aristotele. Esaiâ propheta. Valerio Max. Marmorum antiquorum epigraphis. Fastis Capitolinis. Spensippo. Anaxagora. Democrio. Plutarcho. Lucretio. Iulio Polluce. Pausania. Eustathio commentatore Dionysij. Cassiodoro. Mariano Scoto. Tabulis Græcis & Jo. Cuspiniani. A. Gellio. M. Varrone. Siccone Polentonio Modesto. Ioanne Zonara. Paulo Orofio. Entropio. T. Liuiio. L. Floro. Sex. Pompeio Festo. Sinio Capitone. Plinio maiore. Polybio. Velleio Paterculo. Appiano Alexandrino. Lactantio Firmiano. Constantino Cesare. Appuleio. Dionysio Halicarnasseo. C. Sempronio. M. Catone maiore. Strabone. Pomponio Mela. Ammiانو Marcellino. Cassio Hemina. Valerio Antiate. L. Pisone. Censorino. Dino Augustino. Ser. Sulpicio iurisco. Cn. Natio poeta. Pomponio iurisco. Carolo Sigonio. Sex. Aurelio. Victore, vel auctore De viris illustribus. Cornelio Nepote. Carfio Sospatre. Lucano. Propertio. Fabio Pictore. Ptolomeo Geographo. Iulio Solino. Stephano Buzantio. Eusebio. L. Seneca Stoico. Iulio Frontino. Nonio Marcello. Ascomio Padiano. Marliano. Onufrio Pancuino. Joanne Cuspiniano. Silio Italico. Suetonio Tranquillo.

IN HIS LOCI NOTATI.

In tabulis Græcis 82. In Cuspiniani. 82. In Cassiodoro. 83. 93. 97. 123. Mariano Scoto. 83. 97. Onidjo poeta. 78. Io. Zonara. 90. 123. 139. Ammiانو Marcellino. 91. Censorino. 91. Orofio. 93. Entropio. 93. 108. T. Liuiio. 95. 97. 102. 123. 125. 127. 129. 136. 138. 142. Pomponio iurisco. 98. M. Cicerone. 101. 102. Plutarcho. 103. 132. 138. Plinio maiore. 107. 137. Polybio. 109. Valerio Maximo. 116. Propertio poeta. 130. Sex. Pompeio Festo. 136. Iulio Frontino. 140.

CHARACTER
 VIRAGINIS VICTRICIS
 LIBRI IX.
 ANNALIVM ROMANORVM
 STEPHANI VINANDI PIGHII.



ROMA. VIRAGO. SVEIS. INCRESCENS. CLADIBVS. ATROS
 SVPLANTAT. POENOS. VICTRIX. SVDORE. CRVENTO
 FIRMANS. IMPERIVM. IN. TERRIS. STATVENSQ. TROPHÆA.

Fortitudo
 Victrix libri
 noni, chara-
 cter.



UBER nonus *Annalium Romanorum septemdecim annorum ad-*
fert historiam, quibus bellum Punicum secundum est gestum. Cuius
est character VIRAGO VICTRIX. Roma videlicet, arma-
ta sedens in septem urbis sue collibus, dextra tenens Romanae le-
gionis signum Iouis aquilam fulmini insidentem trisulco. Tenet sini-
stra clupeum amplum ac speciosum, in quo sculpta est Romuli conditoris Urbis ortus &
educatio, lupa Martia gemellis ad ripam Tiberis sub ficu rumam præbens. Dextro pede
premit cervicem ac humeros Africae captivæ provincie; quæ sparsis capillis mæsta sedet
iuxta, sub trophæo Pœnicis spoliis armorum terra marique partis onusto, seminuda,
manibus post tergum vincētis. Cuius caput galeæ loco tectum est elephantis proboscide,

Imago ca-
 ptiuæ Afri-
 cæ.

Cur galea
 ex elephan-
 tino corio.

& cute. In sinu autem ac genibus scorpius vastus sedet, sicut in antiquis nummis effigiem eius provinciam formatam videmus. Causa est ea, quod scorpionum ferax sit Africa, nec minus elephantorum, quos magna cura solent instruere, & armare in bellicos usus, ad disturbandas inter preliandum acies hostium. Addunt insuper alia de causa scorpium Africa signo Romani, quod insidiis & incuriae caudae venenato aculeo valde noxium sit animal: cuius cauda semper in ictu prompta manet, quodque nullo momento meditari insidias cessat, ne quando desit occasio, ut scribit Plinius. Et quia ferit inflexa obliquaque cauda ex improviso, scorpionis synthemate gentis Afræ dolosum ac fraudulentum ingenium signare Romani voluerunt: atque imprimis Punicum Carthaginensium, quos semper mendaces, notaque perfidiae infames fuisse, M. Tullius non vno loco, pluresque alij veteres scriptores testantur. Hinc infida semper cum Pœnis pax Romano populo, nulla umquam amicitiae certa securae societas, vel à Pyrrhi bello fuerat: quamvis amicitiae foedera Pœni publica cum Romanis negotiationum imprimis causa non semel antea iniuissent, ut apud Polybium leges foederum ex aereis tabulis exscriptae testari possunt. Itaque non ineptè L. Julius Florus censet, tria grauissima cum Pœnis bella, non tria, sed vnum perpetuum quasi bellum cum saedifragis fuisse: quod primo commissum in Sicilia, secundo profligatum ex Italia, tertio confectum est in Africa, Carthagine excisa, quamvis inter haec tria quaedam belli male securae pause & cessationes ab armis utrimque fuerint. Verum quod ad secundi huius propulsati ab Italia belli argumentum attinet, characterem eius dixi VIRAGINEM. VICTRICEM. Romani esse: cui subiugata iam Africa, non temerè Victoria triumphalem lauream imponit, palma viridi mascula gaudens atque vitulans. In eum etenim modum antiqui populi tam Graeci, quam Romani, deuictis hostibus, suos Imperatores honorare solebant, fingentes ab ipsa Victoria coronari sublimia horum capita, tamquam virtutum quodam ornamento singulari. Sic etenim poetarum ingenia per anagogen docere nos voluerunt, quibus virtutibus veram solidamque Victoriam principes exercituumve duces obtinere poterunt. Quia verò virtutibus ornati capitis vinculum est corona publicè data, meritò sibi hanc vindicat Victoria: quae & ipsa, M. Varrone teste, nomen habet à vinetura; quia superati captique vincuntur. Iam inter multiplices coronarum species nulla pulchrior sublimiorque laurea tum habebatur Ioui, Mimeruae, Apollini, Aesculapio, salutiferisque numinibus imprimis sacra, quae lauri viridantibus foliis & baccis erat decorè vineta. Laurus enim bono Genio dicata, prout credebatur malignos fugare spiritus, numinum iras auertere, & dia compescere fulmina: religionis ac boni omnis causa in sacrificiis ferè cunctis adhiberi solet, tamquam animi supplicis signaculum ad auertenda pericula quaecumque, & ad conatus insuper hostiles inimicorum exuperandos. Peculiariter igitur grata Victoriae deae fingebatur laurea corona, nec minus quam palmae ramus: & lauream semper ostentare manu, videmus in antiquis Romanorum nummis, & marmarum sculpturis. Quo quidem gestu demonstrat, religionis atque cultus diuini coronam, legum ac disciplinarum vinculis bene munitam conseruare; principibus ciuitatis esse clupeum aduersus pericula valide tutum; nec non omnigenae virtutis fundum feracissimum, in quo victricem pietate, prudentia, constanti fortitudine, atque iustitia palmam feliciter plantare, dulcissimos etiam ex eadem carpere victoriarum fructus poterunt. Palma namque foliorum equalitate in altum ex vna stirpe consurgens sine ramis obliquis, & ex eadem balanos fructus suos pari cum foliis equilibrio reddens equitatem, iustitiamque designat: & quemadmodum haec aduersus quaeuis imposita pondera forti

Scorpius cur illi insigne.

Alia causa ex scorpionis natura.

Gentis Afræ dolosum ingenium.

Infida semper cum Pœnis pax Romano fuit.

Victores ab ipsa sua coronantur victoria.

Virtus caput principis vincere corona debet. Laureae coronae praeclentia.

Lauri virtus veterum superstitione.

Victoriae grata palma; & ex lauro corona.

Quid demostret talis imago Victoriae.

Palmae natura.

N

constan-



constantia reluctando rectis foliorum cuneis in altum tendens obstacula, ne crescat, sua superare conatur, & rectum semper in sublime crescendo sequi; iustitia & equitate vincendum esse docet, fortiq; laborum constantia his aduersa mala pessum danda. Pulchrum igitur huius arboris procera propages, quam humeris fert Victoria dea, symbolum est iustitiae & fortitudinis numquam defatigatae. Iam accedit alterum huic laureae corona decus, quo res pietate & providentia summa domi militiaeque gerendas esse, moventur principes viri, qui Rempublicam saluam volunt, & veram cupiunt nancisci victoriam. Quatuor enim iam dictis virtutibus, tamquam cardinibus abeneis atque tutissimis, rei gerundae salus atque victoria iusta vertitur. Tum illa est Custos imperij virgo, tum sola medetur Vulneribus, nullumque facit sentire dolorem;

Quid doceat
Laureae corona
significatio.

Pietas, Pro-
videntia, Iu-
stitia, Forti-
tudo, qua-
tuor cardines
felicitatis
publicae.

Pallas & Vi-
ctoria indi-
viduum ferè
numen.

Pallas quid.

Providentia
suis rationi-
bus armata
nascitur.

Victoria vir-
go, sine Pal-
lade non vir-
go.

Palladis epi-
theta.

Tritona vel
Tritogenia
Pallas cur
dicta.

Minerva, A-
thena cur
vocetur.

vt elegantius hæc Claudiani poëta doctissimi verbis dicam. Quævis etenim damni, cladiumve bellicarum vulnera virtutibus hisce fultus princeps contemnere, rectique conscientia se solari; nec non maiestatem imperij sui conseruare non solum, sed etiam ampliare potest. Variant admodum vana religionis illa sua libertate fabulas de Victoria & Pallade theologi veteres, atque poëta tam Græci quàm Latini: quas hîc explicare, præter eas, quæ ad argumentum hoc nostrum faciunt, supersedeo. Ceterum ostendere sat esto, numen idem indiuiduumque quasi sapientioribus visum fuisse, qui non illotis (quod aiunt) pedibus antiquæ philosophiæ adierunt adyta, & benè penitus inuestigarunt Palladis & Victoriæ fabulas, & epitheta respicientes ad celi naturæque mysteria: in quibus Pallas, Platonicis, ac aliis, Providentiæ summæ atque diuinitatis sapienter simul atque potenter caelestia gubernantis, & quæ sub cælo sunt producentis symbolum esse credebatur. Quæ à cælo, seu Iouis cerebro proueniens, Coryphagene, vel patrio è vertice nata dea canitur à Lucano poëta: & adulta iam, armisque suis promissa profliens non sine victoria vehementi cum clamore cælum ac terram terrefecit, potestatiq; suæ subegit. Numquam igitur hæc sine victoria, cum illi cedant omnia. Græcis igitur inde $\nu\iota\kappa\alpha\ \alpha\theta\eta\omega\epsilon$, $\omega\delta\omicron\iota\ \tau\omicron\ \nu\iota\kappa\alpha\ \epsilon\iota\kappa\epsilon\upsilon$, à non cedendo fuit appellata: $\nu\iota\kappa\alpha\ \alpha\theta\eta\omega\epsilon$, $\delta\alpha\omicron\ \tau\omicron\ \theta\eta\mu\epsilon\delta\omicron\varsigma$, quod sola non seruiat, sed liberè dominetur. Huic Victoria iuncta semper, incorrupta manens, cum eadem virgo simul imperij maiestatem tutatur atque propagat. Providentia namque fulta ratione iustitiæ & æquitatis ad depellendam iniuriam, & opem oppressis ferendam semper satis armata videtur. Hinc Sotera, Sospita & Auxiliaris cognominibus suis decantatur; sine qua quævis alia Victoria fluxa, dubia & instabilis, quam Homerus $\epsilon\tau\epsilon\gamma\alpha\lambda\upsilon\epsilon\alpha$ vnum nuncupauit. Cum verò Tritogenia Pallas appellatur, quia maiestate terribilis est Virago, non à Tritonis fluminis ripa, quod ibi primitus sit visa, sicut Sex. Pompeius refert ex fabulis, sed $\delta\alpha\omicron\ \tau\omicron\ \tau\epsilon\tau\omega$, Seruio Grammatico teste, quod timere faciat. Tum etenim cælo mentibus hominum infusa rationis motum viuudum significat, & rerum gerendarum curam sollicitam non sine metu propter incertos rerum euentus animis adfert. Idem ferè sentiunt Apollonij Rhodij interpretes, & Hesychius. Tum etiam Pallas nominatur $\delta\alpha\omicron\ \tau\omicron\ \omega\delta\lambda\lambda\epsilon\omega$, ab agitando, vibrando, vel saliendo, quia numquam non in motu est, bellorum scilicet, rerumque gerendarum reëtrix. Verum enimverò cum ciuilia tractat, & artes docet cum ingenij atque memoriæ laborioso motu, Romanis Minerva dicitur, quasi Meminerua, vt quidam volunt. Græcis Athena, quasi Athrena ab $\alpha\theta\eta\omicron\epsilon\omega$ scilicet; eò quod ingenij memoriæque vis & facultas data circumspiciendo, considerando, contemplandoque providentiam & sapientiam administrat. Quam ergo pulchrè ad illam Orpheus in hymno dea? — $\text{Μεγαλόθυμε, ἀνθρώποις.}$

Η δὲ διαίτης ὄχθους ὑψαύχενος ἀκρωρείας
 Η δὲ ὄρεα σκιδόντα, νάπαισί τε σὺν φρένα τέρπει.

Vis cogitationū animi
 iniqua &
 penetrans.

poëticis allegoriis suis intelligens per antra, colles, & montes sublimes vmbrososque, quos penetrat & trajicit, nec non per saltus, quibus delectatur, caelestia, terrestria atque infera: nec non ignorantia difficilibus obscurisque tenebris inuoluta penetrari, & inquisitionis veloci saltu ab ipsa cognosci, expediri que posse. Insuper hæc etiam Tritonia dicta fuit, non à Tritone Neptuni tubicine, vel Tritone palude Libyca, quemadmodum fabulosè tradunt Herodotus, Pomponius Mela, Æschylus & alij: sed à ternario numero. Triplicem enim Mineruam volunt esse Platonici, vt docent Procli scholia in Cratylum. Plures etiam cum Democrito censent inde nomen habere, quòd tria præclara dona mortalibus sui studiosis largiatur: scilicet, βελούην καλὰς, κείνῃν ὀρθὰς, καὶ πέραιτῃν δικαίως: hoc est, benè consulere, rectè iudicare, & iustè agere. Et hæc tria profectò summæ felicitatis in quauis benè constituta ciuitate præcipua sunt instrumenta, cum principes, magistratus, atque ordines vnanimi consilio, recto iudicio, salua prisca maiorum religione, publicum patriæ bonum iustè querant: leges ac sædera ex æquo & honesto magis quàm ex vtili statuunt. Hæc autem animorum diuina quasi præclaraque sympathia Romæ, iam à regibus exactis, & exordio constituta libertatis radices agere successiue, nec non legum æquitate coalescere cœperat. Cui continua cum exteris bella paullatim incrementum dedere: quando sæpius interuenientia magna pericula, rerumque necessitates congruere in vnum, animosque mutua charitate connectere compellebant. Quo pacto patriæ, Reipublicæque mirum in modum creuit amor, intantum, vti ciuem seruare, vitam pro salute patriæ impendere gloriosum ac prorsus diuinum quid esse videretur. Denique, quia nihil honestum quod iustitia vacat, & omni consultatione honestum præferre speciebus vtilitatis quibuscumque gloriosum esse Romano populo persuasum erat: tanta cum animi magnitudine, fortitudineque constanti Republicam domi militiaeque gessit, vti potentiam maiestatemque sui imperij per terrarum orbem gentium vbi que benè feliciterque protulerit. Pleni sunt exemplorum Annales Romani nostri, que in maximis plerumque bellis illustria relucet non minùs, quàm in caelesti Mineruæ peplo resplendent aurei siderum clauis.

Tritonia.


Minerue triplex facultas.

Causæ ac instrumenta felicitatis publicæ Romanæ.

Pericula sua Marte virtutes exacuunt in Martiis animis.

Nihil honestum, quod iniustum.

Cæleste populi Mineruæ supremæ.



VIRAGO VICTRIX

LIBER IX.

ANNALIVM ROMANORVM

STEPHANI VINANDI PIGHII.

BELLVM PVNICVM SECVNDVM.

Bellum cum
Pœnis hoc se-
cundum su-
perstitissimum
fuisse.



Causa &
origo belli
istius.

L. Florus va-
riis in locis
castigatus.

* Pudebat,
aliis.

* manibus,
alias. inceni-
bus alias
mendose.

In v. c. San-
ctensi Eutro-
piano, Flori
hæc verba sic:
Vtrum eligi-
tis? Succla-
mantibus,
Bellum: Bel-
lum, inquit,
accipite. Et
excusso, &c.
De anno belli
istius.

M N I V M profectò, quæ populus Romanus aduersus externos hostes
gessit, bellum hoc periculi magnitudine, cladibus ac rerum apparatu
maximè memorabile fuit; nec vllum magis laboriosum, varium,
atque cruentum. Nam ad eò legionum stragibus, & præliorum atro-
citate terribile fuit, vt si quis conferat damna vtriusque populi à qui-
bus est gestum, similibus victo videbitur victor etiam si triumphum
ducens. De causis verò huius belli tam crudelis multa hoc loco disse-
rere non est operæ pretium, quandoquidem latissimè exponantur à Polybio, Liui-
o, Plutarcho, Appiano Alexandrino, atque aliis. Breuiter dumtaxat eas ex L. Floro adijciemus
ex tam correcto manuscripto codice, vt quæuis exemplaria ex hisce corrigi possint: * Vre-
bat, inquit, Carthaginensem nobilem populum, ablatum mare, raptas insulas, dare tri-
buta quæ iubere consueuerat. Hinc in vltionem puer Annibal ad aram patri iurauerat,
nec morabatur. Igitur in causam belli Saguntus deleta est Hispaniæ ciuitas opulenta,
fideique erga Romanos magnum quidem, sed triste monumentum. Quam in libertate
positam, communi fœdere exceptam Annibal causas nouorum motuum quærens, &
suis & ipsorum * machinis euertit, vt Italiam sibi rupto fœdere aperiret. Summa fœde-
rum Romanis religio est. Itaque ad auditum sociæ ciuitatis obsidium memores icti cum
Pœnis quoque fœderis non statim ad arma procurrunt, dum prius more legitimo queri
malunt. Interim iam nouem mēsis fame Saguntini, verâ denique in rabiem fide,
immanem in foro excitant rogum. Tum desuper se suosq; cum omnibus opibus suis fer-
ro & igne corrumpunt. Huius tantæ cladis auctor per Legatos Annibal poscitur. Ter-
uerfantibus Pœnis, dux legationis Fabius, Quæ, inquit, mora est: in hoc ego sinu bellum
pacemque porto, Vtrum eligitis? vtrum placet? sumite. Quumque succlamatum esset,
vtrum vellet, daret. Bellum igitur, inquit, accipite. Et excusso in media curia togæ gre-
mio, non sine horrore (quasi pleno sinu ferret) bellum effudit. Hæc quidem origo belli
Punici secundi fuit, de cuius tempore nulla ferè est apud auctores controuersia; nam Scipio
& Sempronio Consulibus, qui subsequuntur, bellari cœpisse omnes consentiunt.
Zonaras sequenti, post Illyrios per L. Æmilium & M. Æmilium domitos, anno Pœno-
rum Romanorumq; inimicitias in apertum bellum erupisse scribit. Orosius initio Punici
belli secundi annum Urbis annotauit DXXXV. ex Varrone, vt apparet. Solinus an. DXXXV.
Fastorum Capitolinorum supputationi conueniens. At Orofio Gellius lib. xxvii. con-
gruit, bellum quindecennio post primum in Vrbe diuortium cum Pœnis resumptum
fuisse scribens: quo loco diuortium primò Romæ factum esse asseruit anno Urbis DXIX.
adijce quindecennium, dicitur bellum hoc incepisse Urbis anno DXXXIII. ex Varronis
item sententia.

ANNI P. R. C. DXXXV.

Consules.

P. Cornelius. L. f. L. n. Scipio. Ti. Sempronius. C. f. * Ti. n. * Longus.

FREQVENS horum Consulum, sub quibus incepit bellum hoc grauissimum, est
mentio apud omnes ferè auctores, Romanam huius anni historiam attingentes. At
in

in Cassiodoro, Mariano, Plutarcho, Tacito, Pædiano & aliis pluribus, prænomine Titus perperam insignitur Sempronius Longus: rectè Polybius, Appianus in Iberica: Eutropius & Æmilius Probus Tiberium appellant. Hi ambo filios habere collegas item in Consulatu anno DLIX. hic, Ti. Sempronium T. f. C. n. Longum: ille, P. Scipionem P. f. L. n. Africanum, vt habent tabulæ Capitolinæ. Itaque notandus & castigandus est ille T. Liuij locus libro xxv. Ti. Sempronium filium in x. virali sacerdotio patri Ti. Sempronio, qui anno DXLIII. mortuus est, suffectum esse. Nam ibi & nomina corrupta, & eorum ordo inuersus est, cum ita legatur in exemplaribus: Decemvir item sacris faciundis in locum T. Sempronij T. f. Longi, T. Sempronius C. f. Longus suffectus. Verùm ratio temporum & Capitolina marmora correctissima demonstrant ita legendum esse: Decemvir item sacris faciundis in locum Ti. Sempronij C. f. Longi, Ti. Sempronius T. f. Longus suffectus. Hic enim tunc non mortuus, sed decemvir in locum patris mortui factus est, & postea quoque summus magistratus gessit, quemadmodum ex sequentibus Annalibus manifestum fiet.

Horum Consulium filij simul item collega in Consulatu post annos xxiv. Liuij locus.

Varia narrat Zonaras prodigia, quæ bellum hoc denuntiarunt; bouem humana voce locutum Romæ, sanguinem è statuis, & è militis cuiusdam cluæpeo manasse, & alterius ensẽ ex ipsis castris lupum rapuisse, & alia quæ Lector apud ipsum auctorem inueniet. Interim Cremona & Placentia in agro Gallico munitæ colonis, quæ causâ rebellandi à Gallis arrepta est; meminere non solum Polybius, Liuius & Plutarchus; verùm etiam Velleius Paterculus, Acon. Pædianus in Pisonianam & Cornelianam, Tacitus lib. XIX. à quibus Consules item adducuntur.

Prodigia bellum denuntiantia.

Cremona & Placentiam colonis dedita.

Annibal verò in Hispania Sagunto excisa, mox Iberum traiecit, & obuuis populis ad Pyrinæos montes vsque in potestatem redactis, per Galliam ad Alpes peruenit: usque non sine maximo labore superatis, cum exercitu penetravit in Italiam.

Annibal excisa Sagunto cum exercitu pergit in Italiam.

Romæ autem assignatæ iam antea Consulibus prouinciæ erant, quas inter se sortiti, Cornelio Hispania, Sempronio Africa cum Sicilia obuēnit. Sex in eum annum decretæ legiones, & sociorum, quantum ipsis videretur, classis quanta parari posset. Inter Consules copiæ diuisæ sunt. Sempronio datæ duæ legiones cum suis equitibus & sociorum sedecim milia peditum, equites mille octingenti, naues longæ centum sexaginta, celoces duodecim. Cum his copiis Ti. Sempronius in Siciliam missus est, ita in Africam transfurus, si ad arcendum Italiæ Pœnum Consul alter satis esset. P. Cornelio minus copiarum datum est, duæ Romanæ legiones cum iusto equitatu, & quatuordecim milibus sociorum, equitibus mille sexcentis, & additæ quinquereemes sexaginta.

Præuinciarum ordinatio.

Iam audito Annibalis per Iberum transitu, Boij atque Insubres, arreptis repente armis, in agrum nouis colonis Placentiæ atque Cremonæ assignandum impetu facto terrore ac tumultu omnia impleuerunt: tres virosq; agris dandis Mutinæ obsessos aliquamdiu tenuerunt; deinde per speciem colloquij euocatos comprehenderunt. P. Cornelius Consul sexaginta nauibus longis in Hispaniam prouinciam profecturus, Massiliam ueniens, ubi Annibalem superasse Pyrinæos montes, ac Rhodanum traicere intellexit, atque ad Alpes pergere; misso cum parte exercitus in Hispaniam Cn. Scipione fratre Legato contra Aldrubalem Pœnorum ibi ducem, ipse Genuam repetens Annibali ex Alpibus descendenti occurrit; atque inter Padum & Ticinum equestri prælio primò fufus est, atque ipse vulneratus grauiter inter hostium manus periisset; nisi virtute P. Scipionis filij sui admodum adolescentis (qui post Africanum cognomen ex hoc bello rettulit) medio periculo fuisset ereptus. Quem cum pater cos. merita ciuica post prælium ex more donare veller, honorem ob patris reuerentiam recusauit; nec illum acceptare voluit, quo sublimior patre videri posset. Qua clade cognita, mox reuocatus cum exercitu suo Ti. Sempronius Consul è Sicilia. Atque is prouincia, & classe quinquaginta nauium Prætori commissa, Annibali ad Trebiam occurrens, etiam ipse prælio ingenti victus, amisso exercitu, cum paucis euasit. Dum hæc in Italia geruntur Cn. Cornelius Scipio Consul frater cum classe & exercitu in Hispaniam missus, Annone Pœnorum duce capto, sex milibus hostium cæsis prosperè pugnauit; Ilergetes, Aufetanos & Lacetanos subegit. Sed hæc omnia latissimè Liuius lib. XXI. Polybius lib. III. Appianus in Lybica, Iberica, & Annibalica. Item Silius Italicus poëta quatuor prioribus libris Punicorum, Zonaras, Orosius, & alij sæpius antè citati.

Boiorum atque Insubrium Gallorum rebellio. Tres viri agris dandis Mutina obsessi & capti.

P. Scipio cos. ad Ticinum prælio victus ut a filio liberatus mortis periculo.

O præclara stirpis ac arboris inclytus fructus, cuius virtutibus meritis gloriari pater ac patria potuit.

Ti. Sempronius cos. ad Trebiam ab Annibale victus.

Cn. Scipio Legatus fratris sui victor in Hispania.

Prætores.

C. Terentius. // f. // n. Varro. Urbanam iurisdictionem sortitus obtinuit. In huius quidem anni historia nusquam eius fit mentio: attamen anno sequenti post hanc

C. Varronis Prætura Urbana.

Præturam scilicet, legem de æquando cum Dictatore magistri equitum imperio ipsum suasisse, testatur Livi^{us} xxii. libro, & priore anno Prætorum fuisse dicit; quo loco antea-ctos etiam illius magistratus recenset. Urbanam verò iurisdictionem obtinuisse Varro- nem, inde conijcimus, quia hanc illi solum residuam manere videmus, cum reliquorum trium Prætorum huius anni prouinciam sigillatim à Liui^o declarentur.

C. Atilius. C. f. M. n. Serranus. Inter ciues & peregrinos iurisdictionem fortitus & Ligures prouinciam obtinuit. Tumulto Gallico nuntiato, cum vna le- gione Romana & quinque milibus sociorum L. Manlio collega à Gallis obfesso auxi- lium ferre iussus est. Dilapsis ob auxiliij venientis famam hostibus, Tanetum ad colle- gam cum peruenisset, P. Cornelio Consuli Annibali ad Alpes occurfuro exercitum tra- didit, ac Romam est reuersus. Duas præterea legiones in Liguria ipsum obtinuisse con- stat, quas C. Flaminius anni sequentis Consul ab eodem accepit. Anni ferè exitu vota ex sc. suscepit publica, si in decem annos Respublica eodem steterit in statu. Vide Li- uium libro xxi. & Polybium libro tertio. Hic C. Atilius post Præturam anno sequenti Consulatum petens repulsam passus est, fauore plebis C. Varrone collega huius anni præ- lato, vt idem Livi^{us} memorat.

C. Atilij pr. in Galliam & Ligures ex- peditio.

Vota publica pro Res. sa- lute. Repulsa Cō- sulatus C. A- tilij.

Victoria M. Lepidi de Pœnis ad Li- lybæum. Melita rece- pta de Pœnis.

L. Manlius pr. præto vi- ctus à Gallis & obfessus li- beratur. Concordia ades vota.

Dedicata.

M. Æmilius * M. f. M. n. Lepidus. Siciliam fortitus obtinuit. Non Lepi- dum illum Consularem fuisse, hinc colligo, quòd anno sequenti, cum collegis his suis, aliisque duobus Prætoribus Consulatum petierit, & C. Terentio prælato, repulsam passus fuerit, auctore Liui^o. Neque enim verisimile est, M. Lepidum Consularem cum vili & obscuro homine Varrone Præturam in hunc annum repetere post Consulatum voluisse. Ad Lilybæum ex classe Punica septem naues circumuentas cum mille septingentis mili- tibus cepit. Melitam insulam, Ti. Sempronij Consulis ductu & auspiciis, Asdrubale Gis- gonis cum præsidio duorum militum capto, recepit: Livi^{us} libro xxi.

L. Manlius * L. f. A. n. * Vulfo. Galliam fortitus obtinuit, cum duabus le- gionibus & quatuordecim milibus sociorum peditum, ac mille equitibus sociis, sexcen- tis equitibus Romanis. Ad Mutinæ obsidionem leuandam citato profectum agmine Galli, insidiis in silua quadam densa positis, excipiunt, octingentis militibus caesis, fugien- tem persecuti, in vico Taneto ad Padum castra munientem obsident, quoad C. Atilius collega cum nouo exercitu adfuit. Cuius ob aduentum soluta obsidione, dilapsi sunt hostes in fugam. Per seditionem deinde militum Concordiæ ædem vouit, atque demum P. Cor- nelio exercitum tradidit; auctores sunt Livi^{us} & Polybius. Anno autem sequenti in Con- sulatus petitione repulsam ipsum esse passum scribit idem Livi^{us} libro xxii. Ceterum ædes Concordiæ ab ipso vota altero ab hinc anno post cladem Cannensem dedicata est, creatis à populo ii. viris qui dedicarent, Consularibus M. & C. Atilijs Regulis, sicut Li- uius libro xxiii. prodidit.

Ædiles curules.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. //

Ædiles plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. //

Q. Mucius. P. f. * P. n * Scæuola. C. Fannius. // . f. // . n. Strabo. * T. * Metilius * M. f. M. n. Croto *. L. Apustius * C. f. C. n * Fullo.

Tribuni plebis.

Claudia lex de quaestu, ac nauium Se- natoriarum modo. Q. Claudius * // . f. // . n. Flamininus *. Legem aduersus Senatum tulit, vno eius ordinis C. Flaminio, ob veteres cum Patribus dissensiones, adiuuante. Ne quis Sena- tor, quive Senatoris pater fuisset, maritumam nauem, quæ plusquam trecentarum am- phorarum haberet. Id satis habitum ad fructus ex agris vectandos: quaestus enim omnis Patribus indecorus est visus. Res per summam contentionem acta inuidiam apud nobilitatem suasori legis Flaminio, fauorem apud plebem, alterumque inde Consulatum peperit, vt memorat Livi^{us} lib. xxi. sine. Hanc igitur legem intelligit Cicero, cum dicit in Verrem actione septima: Noli metuere Hortensii, ne quæram, qui licuerit nauem ædifi- cari Senatori: antiquæ sunt istæ leges, & mortuæ, quemadmodum tu soles dicere, quæ vetant. Fuit ista Respublica quondam, fuit ista seueritas in iudiciis, vt istam rem accusa- tor in magnis criminibus obijciendam putaret. Nauem hinc nominans Cicero non actua- riam intelligit, sed onerariam mercibus ferendis aptam: quod etiam postea sarcasmo indi- cat

dicat ita: Ne illud quidem quisquam poterat suspicari, te habere in Italia maritimum fundum, & ad fructus deportandos onerariam nauem comparare. Eamdem quoque legem Cæsar Dictator demum suæ de repetundis inseruisse ac renouasse videtur, quemadmodum ex Scæuulæ verbis colligere possumus: cum dicat, ex lege Iulia Senatoribus habere naues non licuisse, in L. His qui naues, ff. de vacationibus. Idem, ni fallor, Q. Claudius, qui hanc legem tulit, decimo post anno Prætor reperitur in Liuiio, vt aduerso Senatus fauore tam diu in honorum cursu retentus videatur; & additur ei cognomen Flamininus, per irrisum fortè post legem hanc latam ipsi inditum, propter suaforem legis Flaminium, qui eius tamquam adoptiui filij patrociniũ suscepisse videbatur. Sed hæc inquirenda diligentius, non enim certò hæc affirmamus.

Iulia de repetundis.
Q. Claudius cur Flamininus vocetur.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // .

L. Poblucius // . f. // . n. Bibulus. M. Atilius * L. f. L. n * Regulus.
 M. Fundanius * C. f. C. n * Fundulus Q. Minucius * P. f. Q. n. Rufus *
 [M. Titinius C. f. M. nepos.] [C. Fundanius. Q. f. Q. n. Fundulus.]
 [C. Genucius. C. f. C. n. Clepsina. II.] [N. Sextius. N. f. L. n. Lateranus.]
 [Q. Apronius. Cn. f. Cn. nepos.]

Quæstores vr bani.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciales.

// . // . // . f. // . n. // . P. Scipionis cos. in Hispania.
 // . // . // . f. // . n. // . T. Sempronij cos. in Sicilia & Africa.
 // . // . // . f. // . n. // . M. Lepidi. pr. in Sicilia.
 // . // . // . f. // . n. // . L. Manlij. pr. in Gallia.
 // . // . // . f. // . n. // . C. Atilij. pr. in Liguribus.
 // . // . // . f. // . n. // . * Lucerinus *

C. Fuluius * M. f. Q. n. Flaccus *. L. Lucretius. // . f. // . n * Trio *

Hos L. Manlij & C. Atilij Prætorum in Gallia & Liguribus Quæstores fuisse, ex Liuij verbis quasi colligere possumus: cum scribat, istos à Liguribus, Gallorum exemplo rebellare volentibus, per insidias interceptos esse cum duobus Tribunis militum, & quinque equitibus Romanis Senatorum fermè liberis, & Annibali in Ligures venienti traditos, quo magis ratam fore cum his pacem societatemque crederet. C. Fuluius autem, si ex ista captiuitate euaserit, is videri poterit, quem idem Liuius libro xxvi. & xxvii. scribit Q. Fulvio Flacco fratri seniori Legatum in tertio & quarto Consulatu fuisse, atque inter minimos natu fratres, vt apparet ex annorum interuallo, sicut & Cn. Fuluius Flaccus, de quo paulò antè diximus. Quod ad eius collegam attinet, Lucretiæ gentis antiquissima & prima reperitur Tricipitinarum familia, atque ea patricia. Qua ante plures annos mortua, hoc ferè tempore prodeunt in Republica Lucij & Cnei Triones Lucretij: quorum antiquissimi adhuc extant denarij argentei cum planetarum & septentrionis symbolis, quibus ad cognomen ipsum alluisse, alibi docebo.

Lucretia gentis familia plures.

M. Genucius. M. f. // . n. Cipus. Eius exstat denarius cum Romæ capite, & Victoria in biga palmam erigente, ac titulo adscripto: M. CIP. M. F. Sub equis formata nauis rostrata, sic vt indicetur ad impendia classis denarium id genus esse cufum. Puto filium fuisse Genucij Cipi Prætoris, cui prodigiôsè cornua capiti innata sunt. Ex quo nummo colligimus prænomen Marci his Genucius fuisse. Nec me mouet litera p simplex in cognomine, cum multis exemplis, Quintiliani, aliorumque auctoritate probari possit, veteres illos Romanos duplicare consonantes in scribendo non lubenter solere.

P. Licinius. P. f. P. n. Crassus. Qui & Diues est appellatus, & ante Ædilitatem Pontifex Maximus creatus est, duobus victis competitoribus, Q. Fulvio Flacco ter Consule & Censorio, & T. Manlio Torquato duobus Consulatibus & Censura insigni, vt

Religionis publica cura Pontificem Max. P. Cras sum è provin- cia sua Romã ad sacra re- uocauit. T. Liiij lacus diligenter no- tandus.

Liuius tradit libro xxv. In huius quidem viri laudes excurrit Liuius libri xxx. initio; vbi scribit Licinio tunc procos. in Brutiis successorem fuisse datum, vt ipse Romam reuerteretur, ne nimirum diutiùs à sacris abesset Pontifex Maximus. Qui tamen Liuij locus admodum mutilus & incorrectus est; atque adeò, vt nemo quod sciam, correctorum ha- tenus medicam manum adhibuerit: nihilominus asterisco haud dubiè notandus mihi videtur, vt studiosi & docti diligentius ad sanandum illud vulnus animum attendant. Quod tamen sine veterum exemplarium auxilio valdè curatu difficilè videtur: conie- ctura tamen qualicumque supplere restituereque locum non nocebit; in eum dumtaxat finem vt doctiorum excitemus ingenia. Verba Liuij quidem sic se nunc habent: P. Sem- pronius P. Licinio succederet; is Romam reuerteretur * bello quoque bonus habitus ad- cetera, quibus nemo ea tempestate instructior ciuis habebatur congestis omnibus, &c. Quòd si hæc ita legatur? P. Licinio succederet. Is Romam reuerteretur, vt Pontifex Max. sacris publicis esset præstò. Quãuis bello quoq; bonus, vt habitus ad cetera; quibus nemo ea tempestate instructior ciuis, congestis omnibus humanis à natura, fortunaque bonis. Nobilis idè ac diues erat, &c. Sed hæc acutioribus ingenijs scrupulos, non bilè moueant.

M. Cornelius. M. f. M. n. Cethegus. Qui Flamini abire iussus fuerat, sicut in Q. Fabij Verrucosij Dictatura diximus. Consulatus illius habetur in Capitolinis mar- moribus. Et hunc M. Cethegum M. f. inter antiquos istos eloquentia clarum suo sæcu- lo fuisse memorat in Bruto Tullius Ennij auctoritatem secutus, cuius hos versus adducit ex nono eius Annali:

*Additur Orator Corneliu' suauiloquenti
Ore Cethegus Marcu' Tuditano collega
Marci filius, dictus ollis popularibus olim
Qui tum vivebant homines, atque eunum agitabant,
Flos delibatus populi, Suadèq; medulla.*

Nec malè hæc Ennius, nam P. Tuditano collega fuit hic Cethegus in Censura & Con- sulatu, vt postea constabit. Huius quidem temporis videntur esse argentei denarij anti- quissimi, cum Romæ capite armato galea rostrata ab vna parte; in altera verò Genius in humeris palmæ ramum ferens capra vectus in laurea corona eleganter est figuratus. Ad- est titulus, CETHEGVS. EX. S. C. Apparet igitur hoc ex argumento, denarij genus istud cusum esse à Cethego aquariæ alicuius provincie Quæstore, ex naualis victoriæ manu- bijs ad vsu atque impendia classis Romanæ. Galea namque rostrata Romæ deæ Roma- næ classis potentiam notare videtur, corona laurea, palmæque ramus Victoriã à Genio populi Romani promotam. Capri autem, vt ferè caprillum, siue caprinum pecus omne, in antiquis Ægyptiorum atque Græcorum hieroglyphicis ob animalis calidam humidi- tem, ventorum procellas, & aquarum vehementiores impetus ac fluxus significare constat. Itaque capram nigram obuersari in somnio malæ significationis censet Artemido- rus Onirocriticôn libro secundo, maximè nauigaturis. Græci namque eadem qua ca- pras voce maiores aquarum fluctus & ventorum turbines αἰγῶς appellant. Homerum quoque de vehementi procella venti λαβῆς ἐπ' αὐγῆων dixisse scribit, ac simili ratione tempestuosissimum mare Ægæum vocari. Hinc æris reginam Iunonem caprarum victi- mis placare Spartani solent, vt Nicander & Pausanias in Laonicis auctores sunt. Αἰγῶν δ' ἐπινοῦν, quasi capriorã, igitur hanc deam vocabant, quòd tempestates placata sedaret. Quin etiam Lanuini non procul ab Vrbe Roma prisca Latij religione Iunonem Sospitam pelle caprina, caligulisque repandis vestitam & armatam hastula & scutulo colebant, vt eleganter hanc nobis depingit Tullius De nat. deorum primo, nec non in antiquis Ro- manis nummis expressam videmus. Genius est autem aptus istius capræ rector in procel- lis pugnæ naualis; vbi cura, consiliumque rationis humanæ primas partes sustinent. Qui non indocta iam dicti argumenti inuentione in nummis Cethegi cum victoriæ pal- ma, vti declaratum, expressus est.

M. Iunius. // . f. // . n. Silanus. Vir militaris, Præfectus præsidij Neapolitani con- tra Annibalem anno DXXXVII. ac deinde Prætor Etruriam aliquamdiu obtinuit. De- mum extra ordinem cum imperio propr. in Hispaniam missus, & adiutor P. Scipioni iu- niori procos. datus est, vt in suis Annalibus ostendetur.

C. Sulpicius * C. f. C. n. Gallus *. Filius, vt ex interuallo annorum coniecio, C. Sulpicij Galli, qui Consul in Capitolinis reperitur anno dx. & pater C. Galli poëta, oratorisque celeberrimi, qui item Consularis & triumphalis fuit. Huius dumtaxat Prætu- ram reperimus, & fortasse non absurdum adeò foret opinari, ipsum fuisse, quem scribit Valerius Max. lib. vi. cap. iiii. dimisisse vxorem suam, quòd aperto capite in publicum produisset.

Galea rostra- ta Romæ quid signet.

Capri quid in hieroglyphi- cis notent.

Ægæum mare nomè à capris habet. Iuno Sospita cum pelle ca- prina cur. Caprinora dicta.

Genius cum palma capra rector.

C. Sulpicij Galli seneri- tas in vxore.

prodiiſſet. Nam id videtur contigiſſe in alia muliebri licentia & importunitate, qua poſtmodum matronæ Romanæ omnes, pudore depoſito, publicè proruperunt in forum, magiſtratus, Senatū ac populum cateruatim ambiendo, vt Oppia lex, quæ mundo muliebri modum præſcribebat, abrogaretur.

L. Cornelius * L. f. L. n. * Lentulus. Prætor poſteà Sardinia, ac deinde procos. extra ordinem miſſus in Hiſpaniam, vt P. Scipioni in citeriore prouincia ſuccederet, quam aliquot annis tenuit, ante Conſulatum, vt ſequetur.

Prouincia.

11. 11. 11. f. 11. n. 11. propr. Sardiniam obtinuit.
P. Cornelius * Ser. f. Ser. n * Merenda.

Proquæſtorib.

11. 11. 11. f. 11. n. 11. * P. Merendæ * propr. in Sardinia.
11. 11. 11. f. 11. n. 11. Oſtienſis 11. 11. 11. f. 11. n. 11. Calenus.
Q. Fabius * C. f. C. n * Picſor. C. Papirius. L. f. * L. n * Maſo.
P. Licinius * C. f. P. n * Varus.

A N N I P. R. C. D X X X V I .

Conſules.

C. Flaminius. C. f. L. nepos. 11. Cn. Seruilius. P. f. Q. n. Geminitis.
In prælio occiſus eſt. In eius loc. f. eſt
M. Atilius. M. f. M. n. Regulus. 11.

SV B S E Q V V N T V R Conſules in Liuiō & Caſſiodoro Cn. Seruilius Geminus cum C. Flaminiō, cuius hic ſecundus eſt Conſulatus. Nominantur item ab Ap. Alexandrino in Annibalica & Polybio, licet prænomen iſtic mendoſè *Tralos* ſcribatur. At Zonaras C. Flaminium iterum & Seruiliū Geminum Conſules prodiit, modò cum iudicio legamus hiſtoriam, vbi hos adfert: nam Conſulum nomina vſque aded diſſeuit & diſturbauit ibi librariorum imperitia, vt pro duobus, tres quatuorve quis facilè colligere poſſet. Tabulæ autem Græcæ Geminum & Flaminium huic anno aſſignant. Marianus Scotus Cn. Seruiliū Geminum, C. Flaminium 11. vt alios omittamus, qui horū mentionem faciunt.

Conſulibus, Flaminio prouincia contra Annibalem, eaq̄ue legiones, quæ Placentiæ hibernabant, Seruilio Gallia forte euenerunt. At C. Flaminius inſenſus Senatui veterum certaminum cauſſa, quæ tam Tribunus plebis quàm priore Conſulatu habuerat; ne denud ſacri ritus & auſpicia illi impedimento forent, clam veluti priuatus in prouinciam abiit, & Arimini contra morem maiorum extra patriam Idibus Martiis magiſtratum iniit, omine omnium iudicio proſus ſiniſtro. Augebant metum ciuitatis varia ex diuerſis locis nuntiata prodigia, quæ diſſuſi in Liuiō, Plutarchi Fabio Maximo, & Oroſio enarrantur. Ipſe tamen Conſul ſolita peruicacia contemptis auſpiciis & omnium conſiliis, non expectato collega, & iniquo etiam loco ad Traſimenum lacum cum Annibale congreſſus eſt. Itaque in inſidias facilè ductus, exercitu ad internecionem ferè caſo, & ipſe in prælio cadens temeritatis ſuæ poenas dedit. Quindecim Romanorum milia eo die cum Conſule cecidiſſe, ſex milia capta, & fugata decem milia fuiſſe, auctores ſunt Liuius, Polybius, Oroſius & Eutropius. Sed apud hos errorem latere in numeris ſuſpicor, cum xxv. Romanorum milia caſa fuiſſe ſcribant ambo. Quemadmodum in Valerio Max. lib. 1. cap. vi. xx. milia fugata legimus, vitio item ex numerorum notis orto. Sed hiſtoriam latiùs enarrant ſuprà ſcripti auctores, quemadmodum & Appianus, Silius Italicus, Punicorum libro v. Zonaras, Æmilius Probus in Annibalis vita, L. Florus & alij. In occiſi Conſulis Flaminij locum à Q. Fabio Dictatore poſteà M. Atilium Regulum ſuſſectum fuiſſe, ſcribit Liuius libro xxii. qui & antea ſemel Conſul fuerat. Interea Cn. Seruilius Conſul leuibus præliis aliquot aduerſum Gallos geſtis, vnoque oppido expugnato, poſteaquam de collegæ exercituſque cæde nuntium audiuit; iam mœnibus patriæ metuens ad Urbem iter intendit. Romam veniens, ex auctoritate patrum ad plebem tulit, plebſque ſciuit,

Conſulū prouincia.
C. Flaminij cos. ſuperbia & fatalis reſolutionis patriæ contempnus.
C. Flaminius contemptis auſpiciis ad Traſimenum graui prælio victus & occiſus eſt.
Magna Romanorum clades.
Error in numerorum notis in Oroſio, Eutropio & Valer. Max. Conſul ſuſſectus C. Flaminio.
Cn. Seruiliij cos. geſta.

*Seruilianum
plebiscitum
de Consulatu
repetendo.*

sciuit, vt quoad bellum in Italia esset, ex iis qui Consules fuissent, quos & quotiens veller, reficiendi Consules populo ius esset, vt refert Liuius libro xxvii. Iussus deinde Seruilius Dictatori Fabio exercitum tradere, atque maritumam oram Italiae contra Punicam tutari classem, Meninge insula vastata, transmisit ad agros hostium depopulandos in Africam: sed multa cum caede & foeda fuga suorum retrò ad naues compulsus in Siciliam rediit, atque Lilybæi classe Pratori tradita, terrestri itinere Romam reuersus est. Vide Liuium lib. xxii. Polybium iii. Plutarchum in Fabio, Zonaram, Orosium & alios iam dictos.

Q. Fabius. Q. f. Q. n. Max. Verrucosus. II. Dict.

M. Minucius * P. f. Q. n * Rufus. Mag. Eq. Rei gerund. caussa.

Qui. imperio. deind. sibi. æquato. cum. Dictatore. sponte. abd:

Clades ad Trasimenum lacum accepta, fuit in caussa, vt Q. Fabius Maximus in maxima ciuitatis trepidatione Dictator creatus à populo fuerit, & Magister equitum M. Minucius Rufus, inconsultus & temerarius plebeiae factionis homo. Sic obuium, ac praesens periculum iubebat, vt res imprudenti temeritate, irreligiosa superbia Flaminij prolapsa maioris imperij potestate consilioque tuto, vel potius diuino quodam restauretur. Cum tamen per occupatam armis hostium Italiam nuntiis aut literis appellare procul absentem Seruilium cos. facile non erat, qui suum imperium ex Senatus sententia transferendo Dictatorem diceret, necesse visum fuit, vt contra morem maiorum populus summo iure suo comitia haberet, Dictatorem & Magistrum equitum crearet. Senatus atque bonorum omnium iudicio Dictator optimus Q. Fabius Max. sed factiosorum improvida impudentia potestatis æquæ Magister equitum M. Minucius (vt dictum est) creati sunt. Atqui tunc Fabio Dictatorum Romanorum primo (cum paludatus in prouinciam abiturus esset) vehi equo concessum fuit. Alij omnes antea magistratu illo functi pedites exercitus duxerant, quemadmodum superius, vbi de Dictaturæ initio differui, declaratum est. Veterum ferè omnium scriptis hæc Fabij Dictatura propter summam in rebus gerendis prudentiam, inopinum consiliorum exitum, & animi denique moderationem mirabilem celebrata est. Itaque vetustissimis Q. Ennij poetæ de eadem re versibus nihil nunc temporis etiam ferè est vulgatius, quos ante in ipsius Quæstura adduxi. Consilio namque & cunctatione potius quam armis Annibalis crebra victoria ferocientis inuictu fregit & coërcuit: M. Minucij Magistri equitum, temerarias insolentias, & plebis Romanæ contumelias (quæ imperium Magistro equitum Minucio Dictaturæ parem contra morem maiorum dederat) summa animi tolerantia, consiliorumque constantia vicit. Ipsum Minucium imperio tum sibi parem, eiusque legiones temeritate ducis in periculum ductas, & ab Annibale quasi oppressas summa clade exemit, & oportune ciuibus subueniendo victoriam Annibali è manibus extorsit. Quod ob meritum à Minucio errorem fatente, & mox imperium malè gestum translatis signis abdicante pater salutatus, & ab exercitu Minuciano patronus appellatus est. Ipse autem exacto Dictaturæ suæ semestri, saluum & integrum vtrumque exercitum Consulibus M. Regulo suum, & Cn. Seruilio Minucianum tradidit. Qui Fabij artibus Annibalem compescendo summam rerum periculo non committentes bellum traxerunt; vt Annibal inopia coactus de fuga & repedando in Galliam cogitare cœperit. Omnia diffusè Liuius libro xxii. Polybius, Plutarchus, Appianus, Zonaras, Silius Italicus, & alij. Sed non possum hic Liuij locum à correctoribus mutilatum præterire, vbi Fabium Consulibus tradidisse legiones exacta iam ferè Dictatura scribit; cuius ibi verba in vetustioribus libris legebantur, & adhuc temporis in quibusdam ita reperiuntur: Consules M. Atilius Fabianus, Geminus Seruilius Mufitanus exercitu accepto, hibernaculis maturè communitis, &c. Incorrecta hæc procul dubio sunt; sed perperam meo iudicio correctores quidam vitiosa illa Consulum cognomina penitus sustulerunt; quæ mutari, & solummodò corrigi debebant. Breuiter enim hic duobus verbis docet Liuius, quomodo Fabius Dictator magistratu abiturus, inter Consules distribuerit exercitus; vt alter suum, alter Minucianum acceperit. Quod nobis palam fiet, si falsa illa Consulum cognomina mutemus, & ita locum corrigamus: Consules M. Atilius Fabiano, Geminus Seruilius Minuciano exercitu accepto, hibernaculis maturè communitis, &c. Quædam etiam vetera exemplaria pro Geminus Seruilius produnt Cnæus Seruilius; nec malè quidem: fieri namque potest quod librarij prænomen Cnæus mutarint in cognomen Geminus, Seruilij eiusdem. Cæterum M. Minucius Magister equitum anno sequenti in prælio Cannensi occisus est, vt Liuius memorat libro xxii. vbi tamen eius nomen admodum deprauatè legitur in vulgatis exemplaribus C. Minucius, Numatius; diuersis quippe codicum manuscriptorum lectionibus, vt sæpè

*Q. Fabius
Dictatorum
primus in
prouinciam
paludatus
exiens equo
vehitur.*

*Laudatur in-
signiter hæc
Fabij Dicta-
tura propter
mirabile ani-
mi modera-
tionem atque
prudentiam.
Patientia vi-
ctrix.*

*M. Minucius
Magist. eq.*

*Q. Fabij pru-
dentis fortis-
tudine peri-
culo creptus.*

*M. Minucij
exercitusq;
publica con-
fessio.*

*Consulū pru-
dētia in bello
trahendo.*

*T. Liuij locus
nota dignus.*

*Alter Liuij
locus.*

tit,

fit, simul conflatis; cum in quibusdam C. Minucius, in aliis M. Numatius appelletur. At hunc M. Minucium Rufum fuisse, Liuij verba indicant, Consularem appellantis, & adijcientis ita: Qui magister equitum priore anno, aliquot diebus antè fuerat. Et rectè, nam Consul antè fuerat, & hoc priore ante cladem anno magister equitum sub Q. Fabio Dictatore. Sed verba hæc (aliquot diebus antè) mihi suspecta sunt, quæ mouerunt Sigonium, vt censuerit, prænominis notam C. temerè à correctoribus adiectam auferri debere; & pro Minucio, Numatio reponendum ibi esse, alterum posteriorem huius anni magistrum equitum comitorum habendorum causa creatum Manium Mathonem. Sed videant docti. Mihi quidem videtur quod Cannensi anno sequenti M. Matho Prætor urbanus Romæ manserit, vt suo loco tum demonstrabo. Quapropter verba illa, vt dixi, (aliquot diebus antè) mihi suspecta sunt. Si ex historica veritate conijcere liceret, mallem ita legere: aliquotque diebus Imp. fuerat. De Minucio enim hæc intelligenda sunt, qui magister equitum æquale imperium per aliquot dies cum Dictatore habuerat. Et frequens facilisque lapsus imperitorum librariorum semper fuit in abbreviationibus illis antiquis; similique errore (imp.) in (ante) mutare potuerunt & copulæ notam Q. omittere. Sed Lectori suum de his sit iudicium.

L. Veturius. L. f. * Ti. * n. Philo. Dict.

M. Pomponius. M. f. M. n. Matho. Mag. Eq. comit. habendor. causa. Vitio. facti. abdicar.

Sub finem anni Prætor urbanus M. Æmilius ex sc. Consulibus scripsit, vt, si eis è Rep. videretur, alter eorum Romam veniret ad novos Consules creandos, se in eam diem quam iussissent, comitia edicturum. Qui cum respondissent, sine detrimento Reip. ab hoste discedi non posse: comitorum habendorum causa Dictator dictus est L. Veturius Philo, & magister equitum M. Pomponius Matho. His vitio creatis, iussisque die quarto decimo magistratu se abdicare, res ad interregnum rediit, vt ait Liuius. L. Veturius, nihil fallor, triennio antè Consul fuerat, & M. Pomponius anno DXX. Consul de Sardis triumphauerat, qui frater M. Pomponij hoc anno Prætoris: sed mendose hic magister equitum hoc loco etiam Marci prænomen habet in Liuiio, vt ferè vbique hæc corrupta sunt librariorum ignorantia, quæ antiquitus abbreviatè scribi solebant.

Dictator & mag. eq. vitio facti, abdicare iussi sunt.

Prætores.

M. Æmilius * M * f. // n. Regillus. Urbanam. iurisdic. sortitus. obtinuit. Ex sc. omnia quæ x. viri ex libris Sibullinis patribus retulerant, vt ea ritè ac maturè fierent, cum collegis ex Pontificum sententia curare iussus est. Ita enim potius legendum videtur, quam sicut nunc habent Liuiana exèplaria (ex collegio, Pontificum sententia) vel, vt quidam emendarunt (ex collegij Pontificum sententia.) Totum enim collegium Prætorum Pontifices consuluisse mox dicit, non vnum Æmilium; neque ipsum sacra decreta solum obiuisse, votave nuncupasse omnia, ex sequentibus colligere est. Decem viri namque lectisternium curarunt, Q. Fabius Dictator ædem Veneri Erucinae vouit, quia ita ex fatalibus libris edictum erat, vt is voueret, cui maximè in ciuitate imperium esset. Cumq; T. Otacilius Prætor ædem Menti, A. Mammula Ver sacrè vouerint, vt mox docebo. M. Æmilium Prætorem urbanum Ioui ludos magnos fecisse, & si bellatum prospere esset, in quinquennium vouisse; itemq; ex L. Lentuli Pontificis Max. sententia de Vere sacro vouendo ad populum retulisse mihi facilè persuadeo; quamuis eius rei expressè non hic meminerit Liuius, vt neque de Vere sacro. Quod tamen votum à Mammula Prætoris nuncupatum fuisse alio loco, aliq; occasione scribit. Sic item de ludis magnis hoc anno factis ab Æmilio urbano Prætoris mentionè postea facit lib. xxvii. T. Manlium Dictatorem eos denuò fecisse, dicens anno D XLV. Senatus, inquit, ludos magnos facere Dictatorem iussit, quos M. Æmilius Prætor urbis C. Flaminio, Cn. Seruilio Consulibus fecerat, & in quinquennium vouerat. Verùm quis, quæso, M. Regilli pr. votum anno quinto sequente D XLi. Q. Fuluius & Appio Claudio cons. soluit, ac denuò in alterum quinquennium vouit. Cuius meherclè mentionem in eius anni historia non reperio apud Liuium libro xxv. valdè nihilominus diligentem in describendo prodigiorum procuraciones ceterosque veteres ritus religionum. Idem denique Prætor Æmilius ii. viros ex sc. creauit, qui ædem Concordiæ à L. Manlio Prætoris in Gallia antè votam in arce faciendam locarent, vt idem scribit Liuius.

Sacra ritè ex Pontificum sententia procurata. Liuij locus.

Lectisternium x. virum. Veneri Erucinae votum Q. Fabij Dictatoris. Menti votum T. Otacilij pr. Ver sacrum A. Mammulae prætoris votum.

Ludi magni facti, & voti in quinquennium alterum, pro prospero belli successu.

Aedes Concordiæ ex voto L. Manlij pr. in Capitulo facta.

M. Pomponius. M. f. M. n. Matho. Inter. ciues. & peregrinos. iurisdictionem. sortitus. obtinuit. Consularis erat, & frater magistri equitum M. Pomponij,

*Cladē Trāf-
menīā popu-
lo ex Senatus
mandato ē
Roſtris pu-
blicauit.*

*Menti dea
vota factaq;
eſt ades in
Capitolio.*

ponij, qui eodem anno vitio factus abdicauit. Ad primum cladis Trāfmenīæ nuntium currente ad Curiam populo, ex Senatus mandato Roſtra conſcēdens rem ipſam concioni aperuit: Pugna, inquit, magna, Quirites, vici ſumus, cæſæ legiones, caſtra direpta, Flaminijſq; Conſul in acie cecidit. Rebus itaque veſtris ipſimet conſulite. Auctores ſunt Liuius, Plutarchus in Fabio Maximo, & Polybius.

T. Otacilius * T. f. C. n * Craſſus. Siciliam. fortitus. obtinuit. Ex ſententia Pontificum Menti ædem vouit. Liuius lib. xxii. vbi mendosè Atilius pro Otacilius legitur. Libro item ſequenti meminit, eandemq; ædem ipſum dedicafſe ſcribit, rectè Otacilium appellans. Siciliam verò obtinuiſſe hoc anno docet eodem libro, referens ipſum à Cn. Seruilio Conſule ex Africa Romam reuocato claſſem Lilybæi accepifſe, vt à Legato eius P. Sura Romam reduceretur. Anno autem ſequenti in Sicilia prorogatum Otacilio fuiſſe imperium, ſuo loco etiam demonſtrabo.

A. Cornelius. // . f. // . n. Mammula. Sardiniam. fortitus. obtinuit. In huius quidem anni hiſtoria nuſquam nominatur apud Liuium, vel alios auctores: ſed anno ſequenti eandem prouinciam propr. obtinuiſſe prorogato imperio, tunc demonſtrabo. Hoc item anno Siciliam Sardiniamq; nouos accepifſe prætores, ex M. Metilij plebis Tribuni verbis apud Liuium conſtat, dicentis quippe, Conſulum alterum in acie cecidiſſe, alterum ſpecie claſſis Punicæ perſequendæ procul ab Italia ablegatum. Duos Prætores Sicilia atque Sardinia occupatos, quorum neutra hoc tempore prouincia Prætorum re egeat. Itaque recenſet illic omnes magiſtratus, qui tum prouincias cum imperio habebant, è quibus Mammula Sardiniam obtinebat. Is antequam abiret in prouinciam, ex ſententia Pontificum Romæ ver ſacrum vouit, ſi bellatum proſperè eſſet, atque Republica in eodem, quo ante bellum fuiſſet, ſtatu permanſiſſet. Neque Liuius, vt dixi, eo loco hoc exprimit, ſed libro xxxiii. vbi à L. Valerio Flacco & M. Porcio Catone Conſulibus votum illud perſolutum fuiſſe ſcribit. Conſules, inquit, priuſquam ab Vrbe proficerentur, ver ſacrum ex Pontificum iuſſu fecere: quod A. Cornelius Mammula Prætor vouerat de Senatus ſententia, populiq; iuſſu Cn. Seruilio, C. Flaminio Conſulibus, annis poſt vno & viginti factum eſt, quàm votum. Sed C. Cornelius perperam ibi legitur in vulgatis exemplaribus.

*Ver ſacrum
pro felici re-
rum ſucceſſu
votum.*

Ædiles curules.

Ap. Claudius. P. f. Ap. n. Pulcher. Eum nominat Liuius inter Tribunos militum, qui anno ſequenti poſt cladem Cannenſem cum reliquiis exercitus Canuſium proſequerant, ibidemq; de ſumma rerum diſceptabant. Quo loco Ædilem proximè fuiſſe, ſimulq; ad ipſum, & ad P. Scipionem admodum adoleſcentem omnium conſenſu imperij ſummam delatam eſſe dicit. Collegam ipſius non reperimus, addemus tamen ex iis vnum, cuius Ædilitas in hunc annum cadere poteſt.

// . // . // . f. // . n. // .

P. Cornelius * P. f. L. n. * Lentulus.

Ædiles plebis.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

L. Porcius. // . f. // . n. Licinus. M. Antiftius * M. f. M. * nepos.

Tribuni plebis.

Ex auctoritate patrum ad plebem tulere: vt quoad bellum in Italia eſſet, ex iis qui Conſules fuiſſent, quos & quoties vellet, reſciendi Conſules populo ius eſſet. Plebs ſciuit, vti quæritis. Liuius libro xxvii. Ex quo plebeſcito M. Regulus cos. ii. ſuffectus in locum Flaminij occiſi videtur.

M. Metilius * M. f. M. * nepos. Legem de æquando magiſtri equitum & Dictatoris imperio tulit priuilegij ſimilem cum magna Q. Fabij iniuria. Vnus inuentus eſt ſuaſor legis C. Terentius Varro, qui priore anno Prætor fuerat, & ad Conſulatus ſpem attollebat animos, auramq; fauorabilis populi ex Dictatoria inuidia petebat: Liuius libro xxii. Plutarchus in Fabio Metilium vocat, ſed in Liuianis exemplaribus mendosè Metellum legitur. Hinc error exortus, vti hanc Metellam legem non Metiliam docti quidam appellarint: non ignotum tamen his arbitror Romanas leges auctorum nominibus gentilitiis, non cognominibus vocari ſolere.

Vibus. Terentius. // . f. // . n * Varro * Comitiorum Conſularium diebus gra-
uiter

uiter in Patres atque interregnum inuectus, effecit apud plebem, vt C. Terentius Varro eius cognatus, præteritis quinque nobilibus competitoribus, Consul vnus crearetur; vt in eius manu essent comitia rogando collegæ. Itaque L. Æmilius Paullum Consularem nobilitas infestum plebi ob damnationem collegæ, inuitum ad petitionem compellit. Qui proximo comitali die ius suum concedentibus omnibus, qui cum Varrone certauerant, Consul factus est. Vide latius hæc comitia apud Liuium.

Infantia & contentiosa comitia in annum sequentem.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..
 f. .. n. f. .. n. ..
 f. .. n. f. .. n. ..
 f. .. n. f. .. n. ..

P. Sempronius. C. f. C. n. Tuditanus. Cn. Fuluius. Cn. f. Cn. n. Centumalus.
 .. Næuius. .. f. .. n. Crispus. C. Calpurnius * C. f. * .. n. Pifo.
 [Cn. Sicinius. Q. f. Cn. nepos. II.] [M. Mænius. L. f. C. nepos.]
 [C. Numicius. T. f. T. nepos. II.] [C. Licinius. C. f. P. n. Stolo.]

Quæstores vrbanî.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..

Quæstores prouinciales.

.. .. f. .. n. .. C. Flamini cos. in Liguribus & contra Annibalé.
 f. .. n. .. Cn. Seruili cos. in Gallia.
 f. .. n. .. T. Otacili pr. in Sicilia.
 f. .. n. .. A. Mammulæ pr. in Sardinia.
 f. .. n. .. Calenus.

* Ti. * Sempronius * C. f. Ti. n. Blæsus * Ostiensis. in Latio * In prælio occisus est. Prænomen huic non additur in Liuiio: C. Sempronij tamen, qui anno DIX. secundum Consulatum gessit, filius videtur fuisse. Extra ordinem naues quæ ad urbem Romam aut Ostiæ erant, instruere naualibus sociis, aut milite complere, &c. cum Cn. Seruilio cos. Pœnorum classem persequi, & Italiæ litora tutari iussus est. Verùm in Africana illa populatione cum retrò ad naues cum multa cæde & trepida fuga Romanus compelleretur, ipse Sempronius Quæstor cum mille hominibus amissus est: Liuius lib. XXII. Ostiensem verò Quæstorem hunc fuisse ducor ad suspicandum, quòd Ostiæ classis instructa & armata fuerit: Gallicumque Quæstorem Cn. Seruili cos. apud exercitum Consularem Dictatori traditum remansisse verisimilius est.

Classis Ostiensis in Africa missa.

P. Sulpicius. Ser. f. P. n. Galba Maximus. Qui Consul postea factus est antequam sella curuli sedisset; quod vt rarum eo sæculo, Liuius annotauit. Reperiuntur cum eius nomine denarij ex argento, in quibus cusi Castores in equis decurrentes, & Romæ caput cum galea alata, P. SVP. GALB. MAXIM.

C. Seruilius. .. f. .. n. Casca. Plebeij sunt Cascæ Seruiliij, quemadmodum ex huius & aliorum plebeis magistratibus cognoscimus.

Q. Cæcilius. L. f. L. n. Metellus. Vnus ex filiis L. Metelli bis Consulibus, triumphalis, ac Pontificis maximi, quemadmodum docent sequentes eius Magistratus in Capitolinis marmoribus exsculpti. Hunc inter eius temporis eloquentes recenset Tullius in Bruto cum C. Flaminio, C. Varrone, Q. Fabio Max. & P. Lentulo. Plinius lib. VII. cap. XLIII. citat quædam ex eius oratione funebri in laudem patris L. Metelli dicta, quæ lectu digna sunt. Et hic fuit pater Q. Metelli Macedonici.

C. Claudius. Ti. f. Ti. n. Nero. Ap. Cæci pronepos, qui Asdrubalem Annibalæ fratrem Consul deuicit, & occidit. Eius Magistratus alij sequuntur.

P. Cornelius. P. f. P. n. Rufinus. Qui primus Sulla appellatus est. Nepos P. Rufini bis Consulibus, triumphalis & Dictatoris, quem bello Tarentino C. Fabricius Censor propter exigui argenti luxum Senatu mouerat. Hunc primum Sullam, Velleius proauum L. Sullæ Dictatoris fuisse vult.

P. Cornelius Rufinus Sulla cognominatus primus.

Sp. Caruilius * Sp. f. Sp. n. * Maximus. L. Caruilius * Sp. f. Sp. n. * Maximus. Fratres fuisse, ex ratione temporum, atque Sp. Caruili bis Consulibus filij videntur. Extant denarij argentei cum Romæ capite, & geminis equitibus Castore scilicet & Polluce decurrentes.

*Castorum
nota.*

currentibus, in quibus nomen legitur, SP. CARVIL. SP. F. MAXIM. Castores, duorum fratrum est symbolum.

Prouincia.

*Cn. Scipionis
legati in Hi-
spania res
prospera.*

P. Cornelius. L. f. L. n. Scipio. Procos. Hispaniam. prorogato. imperio. obtinuit. Cùm enim Cn. Scipio legatus Consularis anno superiore in prouinciam à fratre missus multa fortiter feliciterque contra Pœnos gessisset, & huius anni principio terra marique bellum egregiè administraret, viginti quinque hostium nauibus ad Iberi ostium captis, oraque maritima ad Carthaginem nouam vsque depopulata, centum viginti Hispaniæ populis in deditionem receptis, P. Scipio frater eius, cui Consuli ea prouincia obuenerat, & quem Annibalis aduentus in Italia detinuerat, in Hispaniam quoque Procos. prorogato imperio missus est à Senatu cum xxx. longis nauibus, & octo milibus militum, magnoque comœatu; cùm spes esset, retineri Hispaniam posse. In prouinciam itaque suam cum dicto supplemento prosperè fratri suo coniungitur, qui communi consilio atque animo postea fortissimè annis ferè quinque in ea prouincia bellum gesserunt, sicut ex sequentibus patebit. Hac autem ætate Pœnis Celtiberico bello occupatis, Iberum transgressi ad Saguntum castra promouent, obsides totius Hispaniæ, quos Annibal in Italiam pergens acceptos ibidem custodiæ tradiderat, proditione cuiusdam Aceducis nobilis Saguntini recepere, ac ciuitatibus vtrò remittere. Qua gratia omnium ferè Hispaniæ populorum animi ad Romanos inclinati sunt. Vide Liuium, Polybium, Appianum in Iberica, & alios.

*P. Scipio pro-
cos. Saguntum
recipit, obsi-
des Hispaniæ
ibidem libe-
rat, ac popu-
lis remittit.*

*Clades Cen-
tens in Um-
bria.*

C. Centenius. // . f. // . n. * Penula * Propr. extra. ordinem. in Gallia sub Cn. Seruilio Consule. In prælio occisus est. Nam cùm quatuor milibus equitum à Consule (qui, audito Annibalis in Etruriam transitu, collegæ Flaminio se iungere cum copiis decreuerat) præmissus erat: verùm ex itinere in Umbria, quò auerterat iter, saltus occupantem Annibal post victoriam ad Trasimenum, re cognita, infidiis circumuentum cum suis occidit: Liuius, Polybius, Zonaras, Æmilii Probus in Annibale.

Proquæstorib.

// . // . // . f. // . n. // . P. Scipionis procos. in Hispania.

// . // . // . f. // . n. // . * Lucerinus *

M. Cornelius M. f. M. n. Cethegus. C. Papius. L. f. * L. n. * Maso.

ANNI P. R. C. DXXXVII.

Consules

C. Terentius. // . f. // . n. Varro. L. Æmilii. M. f. M. n. Paullus. II.
In. prælio. occisus. est.

POLYBIUS Consules in hunc annum nominat L. Æmilium, C. Terentium: Appianus in Annibalica Terentium Varronem & L. Æmilium. Sic ferè in Liuiio, Plutarchi Paullus, & Cassiodoro leguntur: in tabulis Græcis autem Paullus II. & Varro: sicut item in Mariano Scoto L. Æmilii Paullus II. & C. Terentius Varro. Atque eo modo numerus II. in Cassiodoro aliisque, antedictis vbi deest adiungendus est apud L. Paullum, quem testatur Liuius & antea Consulem fuisse cum M. Liuiio Salinatore. Nominantur autem hi non tantum à Polybio, Plutarcho, Appiano & Zonara; sed etiam à Cicerone, Valerio Maximo, Gellio, Frontino, Macrobio, Æmilio Probo, & aliis ferè omnibus, qui cladis Cannensis illius meminere. Sed in Orosio & Eutropio mendosè P. Terentius Varro Consulum alter appellatur: qui item annum vrbs hunc volunt esse quingentesimum quadagesimum. Puto tamen librariorum in numeris describendis peccasse, atque alterum auctorem ex alterius collatione imitando corrupisse.

*Prouinciariū
distributio.*

*Belli appa-
ratus.*

Prodigia, quæ cladem Cannensem præcesserunt, Liuius & Zonaras varia narrant. Inter cetera Consulibus vtrisque bellum cum Annibale & octo legiones quinum milium peditum & trecentorum equitum singulæ, tantusque sociorum peditum numerus, equitum triplicatus decernuntur. Qui nouo delectu habito, exercitibusque veteribus admodum adactis (nam centum & octoginta milibus armatorum & ducentis Romanos ad Cannas pugnasse, quidam auctores sunt) in prouinciam profecti aliquamdiu mora & consilio

lio prudenter frustrarunt hostilem exercitum, iam tum inopia laborantem, ac partim de fuga, partim de transicione cogitantem. Sed demum C. Terentij Varronis impatientia, & fatali temeritate, vel repugnante collega Æmilio, Martis aleam tentare volentis, clades illa memorabilis ad Cannas Apuliæ vicum accepta fuit; in qua Consul Æmilius cecidit cum quadraginta milibus peditum, duobus milibus equitum & septingentis: inter quos viri Consulares & Prætorij viginti, Quæstores duo, Senatores & Ædilitij multi fuere. Varro Consul cum quinquaginta solis equitibus, vel, vt Polybius ait, septuaginta, Venusiam profugit. Circiter quatuordecim milia ex maioribus minoribusque castris fuga seruauit: reliqui cum castris vtriusque in potestatem venerunt hostium. Nec duobus quin vltimus ille dies Romani imperij fuisset, si Annibal mox post victoriam ad urbem expugnandam contendisset. Documenta cladis hæc fuerunt insignia. Cruentus per multos dies fluens Aufidus amnis, ad cuius ripam prælium commissum erat: pons è cætur: modius annulorum aureorum Carthaginem missus, ex qua mensura senatorij equitumque ordinis multitudo cæsa taxata est. Romæ ingens luctus fuit, sed tamen S. C. triginta diebus est finitus. Ex iis quos fuga seruauit maior pars Canusium incolum peruenit, vbi Tribuni aliquot militum, nobilioresque equitum de summa rerum agitantur consilium, P. Scipioni P. f. adolescenti imperium Ap. Claudio collega adiuncto, mandandum censent. Qui Scipio, vt nobilium adolescentum plures alio loco collectos L. Metello duce, propter rerum desperationem de relinquenda Italia consultare intellexisset, assumpto suorum aliquot comitatu, ad illud hospitium mox contendens, stricto supra caput deliberantium ferro, iuravit se neque Rempublicam deserturum, neque alium ciuem Romanum deserere passurum; sed pro hoste habiturum, qui idem mox non iurasset; atque in hunc gladium esse strictum denuntiat. Haud secus pauidi, quam si victorem Annibalem cernerent, iurant omnes, custodiendosque semetipsos Scipioni tradunt. Hic idem Scipio qui Annibalem deuictum bellum postea confecit, & Africani inde cognomen rettulit. Hæc latissimè Liuius, Polybius, Plutarchus, Zonaras, Appianus, Florus, Orosius, & alij.

Impatienti temeritate C. Varronis cos. prælium ad Cannas initum. Clades incæparabilis.

Documenta cladis.

Modius annulorum aureorum. Constantia Senatus.

P. Scipionis P. f. qui postea Africanus, summa magnanimitas. Respublica sanguine tractanda.

M. Iunius. D. f. D. n. Pera. Dict.
Ti. Sempronius. Ti. f. n. Gracchus. Mag. e. Q.
Qui idem ædilis curulis erat

Rei gerundæ causa.

Ad victorem Annibalem statim post famam prælij Cannensis defecerunt Lucani, Brutij, & Samnites ferè omnes, Apulorum & Campanorum pars; item Tarentini, omnique ora maritima ferè Græcorum, & tota Gallia cisalpina. Allata etiam ex Sicilia litteræ, Pænos Hieronis regnum classe vastare. Nec tamen hæc clades, & tot vndique mala nuntiata mouerunt à pristina virtute & constantia Romanum Senatam. Quinimò nulla pacis mentio facta, sed Dictator rei gerundæ causa dictus est M. Iunius Pera iam Consularis Censoriusque, & magister equitum Ti. Sempronius Gracchus Ædilis curulis. Qui ad supplementum exercitus iuniores ad sacramentum adegerunt, & octo milia iuuenum validorum ex seruitiis empta publicè sub spe tituloque libertatis armarunt spoliis hostium veteribus, quæ templis porticibusque affixa erant: qui Volonum exercitus appellatus est, eò quòd ex iis sciscitatum prius fuisset, vellent ne militare, & quilibet, Volo, respondisset. Denique quod maioris animi argumentum fuit, captiuorum redemptionem ab Annibale oblatam respuerunt: remisso responso Senatus nomine, iis ciuibus non opus habere Romanum, qui cum armati essent, capi poterant. Dictator autem summo studio reparato exercitu, cum xxv. milibus armatorum ab vrbe in prouinciam profectus est. Annibal interea Cosam & Capuam deditione cepit, Neapolim & Nolam iam præsidij Romanis firmatas vrbes frustra tentauit, Nuceriam fame ad deditionem coëgit. Inde Nolam rediit spe defectionis plebeiorum pellectus; sed subita Romanorum eruptione consternatus & fusus, duobus milibus suorum amissis, Acerras petiit, & à ciuibus desertam incendit. Casilinum, quam oppugnatione capere non poterat, parte exercitus ad eius obsidionem relicta, tandem fame ad deditionem compulit. Ipse interim exercitum reliquum Capuam in hiberna duxit, & aliàs inuictum, luxu deliciisque ibidem inter scorta, atque epulas, & balnea, somno vinoque & crapula perdidit & enervauit. Dictator interea Fabij exemplo, obseruato dumtaxat hostili exercitu, castra castris iungendo nihil ferè memoria dignum gessit. Omnia latissimè hæc Liuius, Appianus, Plutarchus, Zonaras, D. Augustinus de ciuitate Dei libro III. cap. XIX. Valerius Maximus, & alij supra citati.

Qui populi à Romanis ad victorè Pænum defecerunt.

Inuicta animorum fortitudo, atque immobilis constantia. Delectus iuuenum.

Serui armatur. Volones vnde dicti.

Captos suos ciues redimere Roma noluit.

Virago mater filios ignauos ac degeneres abdicat.

Annibalis expeditiones per Campaniam.

Capua Pænos enervat.

M. Fabius. M. f. M. n. Buteo. Dict. sine mag. eq.

Senatus legendi causa.

Exhausto crebris per quinquennium cladibus Senatu, neque enim is lectus post L. Æmilium & C. Flaminium Censores fuerat, Dictatorem ex S. C. creari placuit maximè senem ex iis qui tum viuebant Censoriis. Accitus itaque ad Dictatorem dicendum ab exercitu C. Terentius Varro Consul. Is M. Fabium Buteonem ex S. C. Dictatorem in sex menses sine magistro equitum dixit. Verùm hic Dictator modestissimè vsus est hoc magistratu.

Stima M. Fabij Dictatoris in legendo Senatu modestior ratio.

Nam licitoribus stipatus in Rostra cùm ascendisset: neque duos Dictatores tempore vno, quod numquam antea factum esset, probare se testatus est. Nec Dictatorem se sine magistro equitum creatum, nec censoriam vim vni & eidem iterum permittam dicens. His se modum impositurum, nam neque Senatu quemquam morurum ex iis, quos C. Flaminus, L. Æmilius Censores postremini in Senatum legissent, ne penes vnum hominem iudicium arbitriumque de fama & moribus Senatoris sit; atque ita in demortuorum loca sublecturum, vt ordo ordini, non homo homini prælatus videatur. Neminem itaque Senatu mouit; sed recitato suo ordine vetere Senatu, in demortuorum deinde loca legit ex iis, qui post L. Æmilium, C. Flaminium Censores necdum in Senatum lecti curulem magistratum gesserant, vt quisque eorum primus creatus fuerat. Tum legit, qui Ædiles, Tribuni plebis, Quæstoresque fuerant; tum ex iis, qui magistratus non cœperant, & spolia ex hoste fixa domi habebant, aut ciuicam coronam accepissent. Eaque ratione CLXXVII. in Senatum omnium approbatione ingenti lectis, ex templò se magistratu abdicauit, & dimissis licitoribus priuatus de Rostris descendit, & turbæ priuatorum se immiscuit, res agentium tempus hoc sedulò terens, ne deducendi sui causa populum è foro abduceret. Neque tamen elanguit cura & gratitudo hominum ea mora. Nam frequentes eum domum deduxerunt. Auctores sunt Liuius libro XXI. & Plutarchus in Fabio Maximo. Ex his autem fit nobis manifestum, hac lectione nonnullos in Senatum lectos fuisse vltimo loco, qui magistratus nondum gesserant; cùm in illa temporum necessitate & idoneorum ciuium raritate magistratibus functi vacua Senatorum loca & legitimum numerum supplere non possent.

Populi gratitudo & reuerentia.

Prætores

Omnes quidem eius anni, sicut ex ipsa colligimus historia, Consulares fuerunt; atque omnes, vt ait Liuius, absentes creati sunt, neque cuiquam mandatus honos, quem non antea gessisset, quia eo tempore nullis nouis hominibus magistratus talis mandandus videbatur.

Gnaris tempestatum ac experte industria naucleris opus erat.

M. Pomponius. M. f. M. n. Matho II. Vrbanam iurisd. sortitus obtinuit P. Furius Sp. f. M. n. Philus. II. Peregrinam iurisd. sortitus obtinuit. De quibus ita Liuius libro XXI. Inde Prætoria comitia habita, creati M. Pomponius Matho, & P. Furius Philus. Romæ iuris dicendi vrbanæ fors Pomponio, inter ciues & peregrinos, P. Furio Philo euenit. Additi duo Prætores M. Claudius Marcellus in Siciliam, L. Postumius Albinus in Galliam. Hic tamen in vulgatis Liuij exemplaribus (inter ciues Romanos, & inter peregrinos) legitur; sed illæ voces (Romanos) & alterum (inter) superflue sunt haud dubiè, quam ex interlinearibus scholiis perperam textui inseruere librarj. Semper enim ferè Liuius iurisdictionum in vrbe Roma sortes formulis suis consuetis exprimit. Porrò clade Cannensi nuntiata, P. Furius & M. Pomponius Prætotes Senatum in curiam Hostilium vocarunt, vt de vrbe custodia consulere. Ex his P. Furius deinde peregrina, vt opinor, prouincia collegæ adiecta, ex S. C. classẽ accepit, cum qua in Africam profectus ex hostili agro grauius saucius Lilybæum reuersus est. M. Pomponius Prætor vrbanus legatis Petelinorum auxilium contra Pœnos & Bruttios poscentium Senatum dedit, de Senatu legendo rettulit; Dictatorem M. Iunium, è castris ad comitia habenda ex S. C. litteris Romam euocauit. Liuius libro XXI. & XXI. sed malè nonnullis in locis M. Æmilius Prætor vrbanus anni superioris pro M. Pomponio suppositus est libro XXI. & hic sparsum in vulgatis M. Pomponius appellatur, qui anno superiore Prætor peregrinus erat. Non enim verisimile videtur continuatum fuisse Marco honorem, quod non tacuisset, opinor, Liuius, vbi scribit huius anni Prætotes omnes absentes creatos fuisse, eundemque honorem antea omnes gessisse. Ceterum Marcus, cùm hi designarentur, non gesserat, sed adhuc gerebat Prætorum.

Liuij locus.

P. Furij pr. res.

M. Pomponij pr. in vrbe res.

In vulgatis Liuij nomina corrigenda.

M. Claudius. M. f. M. n. Marcellus. II. Siciliam. sortitus. erat. Sed post Cannensem cladem in Italia retentus, ex classe sua in Siciliam ducenda mille quingentos milites

lites ad vrbis præsidium Ostiâ Romam misit. Postmodum classe P. Furio collegæ tradita, ac legione classis Theanum præmissa, magnis itineribus Canusium contendit, & ex Senatus decreto à Consule Varrone Romam reuocato exercitum ex Cannensis prælij reliquiis Canusij collectum accepit. Nolam plebeiorum factione periclitantem, & ad Pœnos deficere volentem, oportune à Senatu eius vrbis vocatus seruauit. Annibalem tribus portis eruptione facta, duobus milibus ac trecentis hostium cæsis profligauit, atque eum vinci posse primus Romanorum ducum demonstrauit. Liuius lib. xxii. & xxiii. Plutarchus in Marcelli vita.

Annibalem vinci posse. M. Marcellus demonstrauit.

L. Postumius A. f. A. n. Albinus. ii. Galliam. cisalpinam. sortitus. obtinuit. In. prælio. occisus. est. Cùm iam Consul in annum sequentem absens designatus esset, cum xxv. milibus armatorum in silua Litana, qua exercitum traducturus erat, insidiis circumuentus periit, arborum ab hostibus succifarum strage oppressus, & ad interuentionem cæsus. Prætoris caput præcisum Galli ouantes templo suo intulerunt, & eodem purgato, cauatoque cerebro, caluam auro præligatam cælauère; & pro phiala, vt ipsi mos erat, in sacris vsi sunt. Auctores sunt Liuius, Polybius, Zonaras, Orosius, & alij.

Clades atque interuencio L. Postumij prætoris. Barbarum sacrificium.

Ædiles curules.

Ti. Sempronius. Ti. f. Ti. n. Gracchus. C. Lætorius * L. f. C. n. Mergus * Ludos Romanos per triduum instauratos fecerunt. Et L. Postumij Consulis designati, duarumque legionum cæde nuntiata, cùm ob eam cladem superioribus adiunctam mœsta ciuitas per dies multas clausis tabernis maneret, velut nocturnâ solitudine per urbem acta, Senatus his negotiis dedit, vt urbem ipsi circumirent, aperiri que tabernas inberent, & mœstitiæ publicæ speciem edicto prohiberent. Liuius libro xxiii. Ti. Sempronius est idem eodem teste, qui in hac ædilitate magister equitum fuit, & in annum sequentem Consul designatus est.

Ludi Romani instaurati. Mæstis in urbe finis impositus.

Ædiles plebis.

M. Aurelius * M. f. C. n. * Cotta. M. Claudius * M. f. M. n. * Marcellus * Otacilianus * Ludos plebeios ter instaurarunt, vt Liuius lib. xxiii. scribit. Verùm quis hic M. Marcellus? Alius sanè videtur ab illo triumphali ac Consulari, qui eodem hoc anno Prætor iterùm res cum Annibale feliciter gessit. Hoc enim, opinor, non præterisset Liuius, si post tot curules magistratus, plebeiam hanc ædilitatem in secunda prætura gessisset Marcellus ille, cùm plures eiusdem huius anni magistratus à Ti. Sempronio gestos annotarit. Videndum igitur, num frater eius fuerit adoptiuus, Otacilius ille scilicet, quem tiro-nem ab hostibus circumuentum in Sicilia, trucidatis ijs, qui in eum graui impetu ferebantur, medio mortis periculo ereptum à Marcello scribit Plutarchus.

Ludi plebei instaurati. Nodus de M. Marcello Ædile soluitur.

Tribuni plebis.

L. Scribonius. // f. // n. Libo. De redimendis Cannensis prælij captiuus retulit, quos non remidendos esse, Senatus censuit. Itaque legati captiuorum, qui se redituros iurauerant, cum tristi responso ad Annibalem reuersi sunt. Captiuus omnes crudeliter ab hoste occisi. Liuius lib. xxii. Zonaras, Gellius libro viii. cap. viii. Meminit & Cicero officiorum libro tertio.

Captiuos Cannensis prælij non redemptos Annibal crudeliter occidit.

* Ti. * Minucius * Ti. f. Ti. n. Augurinus * Legem nummariam tulit de iii. viris mensarijs creandis, qui pecuniam publicam curarent. Ob ararij enim inopiam, quicquid auri argentive inter priuatos erat, ab omnibus ordinibus in publicum est collatum. Nec Senatores, vt inquit L. Florus, præter quod in bullis, singulisque annulis erat, quicquam sibi auri reliquere. Eques sequutus exemplum, imitataeque equitem sunt tribus. Facti autem iii. viri mensarij, vt Liuius memorat, L. Æmilius Papus, qui Consul Censorque fuerat, M. Atilius Regulus, qui bis Consul fuerat, & L. Scribonius Libo, qui tum Tribunus plebis erat. Eodem tempore, quemadmodum ex Zonara colligimus, nummus argenteus, qui adhuc purus fuerat, ære admisto propter argenti penuriam adulterari primum cœpit.

Minucia lex nummaria de iii. viris mensarijs.

Ordinũ omnium mira liberalitas in rempublicã.

Argentus nummus ære cœpit adulterari.

//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

L. Villius * L. f. L. n. * Tappulus [P. Pupius. Cn. f. Cn. nepos]

M. Ogulnius * A. f. Cn. n. * Gallus. [K. Duilius. K. f. M. nepos]

[P. Decius. M. f. M. n. Mus.] [M. Domitius. M. f. C. n. Caluinus]

[M. Claudius. M. f. C. n. Glicia.] [C. Icilius. Sp. f. Sp. n. Ruga.]

Quæstores vrbani.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciales.

//. // . // . f. // . n. // . C. Varronis cos. } in Italia contra Annibalem.
 // . // . // . f. // . n. // . L. Paulli cos. }

L. Atilius * C. f. A. n. Bulbus * L. Furius * L. f. * // . n. Bibaculus. In Cannensi prælio. vterque occisus est, vt auctor Liuius lib. xxxii. At L. Furius patre prætorio, de quo in superiore libro diximus, videtur natus fuisse.

// . // . // . f. // . n. // . L. Postumij pr. in. Gallia.

// . // . // . f. // . n. // . * Lucerinus * // . // . // . f. // . n. // . Calenus.

// . // . // . f. // . n. // . Ostiensis in Latio.

T. Quinctius * T. f. * // . n. Crispinus. Homo militaris & strenuus, & Legatus biennio post in Sicilia M. Marcelli procos. classi & castris ad Syracusas præfuit anno dxxxix. & anno sequenti ante Capuam Badium Campanum hospitem suum prouocatus duello vicit. Postremò Consul cum suo collega M. Marcello infidiis Annibalis circumuentus periit, velut ex sequentibus manifestum fiet.

Q. Mamilius * Q. f. Q. n. * Vitulus. Ædilis sequetur, & auus eius fortè fuit, qui Consul anno cdxcj. reperitur in Fastis.

C. Arennius * C. f. * // . nepos. L. Manlius. L. f. // . n. Acidinus. Ille Tribunus plebis, hic Prætor vrbanus postea, cuius adoptiuum filium deinde Consulem reperimus in tabulis Capitolinis appellatum fuisse L. Manlium, L. f. L. n. Acidinum Fulvianum, vt suo loco declarabimus. Hic verò Præturam non excessit, sed longo tempore Hispaniam Procos. extra ordinem rexit.

M. Cæcilius * L. f. L. n * Metellus. Vnus videtur fuisse ex filiis L. Metelli triumphalis ac Pontificis maximi: quem multos reliquisse liberos testatur Plinius lib. vii. cap. xlj. ex oratione funebri Q. Metelli, L. f. Consularis, qui inter fratres iunior ac longæuior fuisse videtur. Hunc verò Marcum Ædilem & Prætorem fuisse reperimus.

C. Seruilius. C. f. C. n. Pulex. Geminus. Qui Consul patrem Prætorium à Boiis Gallis Mutinæ captum postea liberauit. Gemini & hi Seruilij dicti sunt, quamuis plebeij fuerint; quia forsan & hi gemini sunt nati, nempe Caius & Marcus, qui sequentur ambo Consulares. Quibus alterum quoque cognomen Pulicis ab exilitate corporum desumptum fuisse testantur Capitolina marmora, quo certius à Seruiliis Geminis patri-
 cii discernentur.

*Seruilij Gemi-
 mini plebeij
 cur Pulices
 agnomine
 dicti.*

Prouinciæ

Cn. Seruilius. P. f. Q. n. Geminus. M. Atilius. M. f. M. n. Regulus in prælio occisus est.

procos. prorogato in annum imperio, cum veteri exercitu bellum contra Annibalem obtinuerunt. Venientibus autem in prouinciam cum nouo exercitu Varrone & Æmilio Consulibus, M. Atilius ætatem excusans Romam profectus est: Cn. Seruilius in minoribus castris legioni Romanæ, & sociùm peditum equitumq. duobus milibus præfuit, atque in Cannensi prælio mediæ aciei præfectus inter alios illustres viros occisus est. Auctores sunt Liuius lib. xxii. Æmilius Probus in Annibalis vita, Polybius lib. iij. qui M. Atilium collegam Seruilij etiam remansisse, & in prælio cum aliis cecidisse

cecidisse scribit. Aliter Liuius aliiq̄ue, qui postea Censuram Atilium gessisse tradunt.

P. Cornelius. L. f. L. n. Scipio. Hispaniam procos. prorogato. imperio. obtinuit. Cum Cn. Scipione fratre res in prouincia feliciter gessit, Asdrubalem Annibal fratrem cum exercitu per Alpes in Italiam transire volentem magno praelio ad Iberum vicit, castra eius diripuit, xxxv. Pœnorum milia partim occidit, partim cepit. Quæ victoria nutantes Hispaniæ ciuitates Romanis adiunxit, Asdrubaliq̄ue non modò in Italiam traducendi exercitus, sed ne manendi quidem satis tutò in Hispania spem reliquit. Hæc Liuius diffusè lib. xxiii. Eutropius lib. iii. Appianus in Iberica, Zonaras & Orofius.

Scipionum in Hispania victoria contra Asdrubalem Annibalis fratrem.

T. Otacilius * T. f. C. n * Crassus. Propr. Siciliam prorogato imperio obtinuit. Retento in Italia post cladem Cannensem M. Marcello Prætore, qui in hunc annum Siciliam fortitus erat; Otacilio, qui successorem Marcellum expectabat, in ea prouincia prorogatum est imperium, sicut in Sardinia A. Mammulæ prorogatum erat. Quinqueremes ad classem illius Siculam quinquaginta in hunc annum additæ sunt. Post cladem Cannensem classe Punica regnum Hieronis vastante, P. Furium Prætorem cum alia classe in auxilium accepit. Eodem postea grauius saucio, atque cladem passo; ad Senatum scripsit Otacilius, vt sibi, si ita videretur, ex nouis Prætoribus successor mitteretur; militibusque stipendium ac frumentum deesse: magnopere se suadere, vt ea quamprimum curerentur. Responsum, non esse vnde hoc præstari possit: quapropter ipse classem exercituique suo consulere. Otacilius ad vnicum subsidium populi Romani Hieronem regem legatos cum mississet, in stipendium, quantum argenti opus fuit, & sex mensium frumentum accepit. Hæc Liuius lib. xxiii. Valerius Max. lib. vii. cap. vi.

Sicula classis aucta.

Necessitatis imperium irisse.

Hieronis regis fidu subsidium.

A. Cornelius. // f. // n. Mammula. Propr. Sardiniam prorogato imperio obtinuit. Eadem de stipendio & frumento classis & exercitus Sardinienfis ad Senatum scripsit: idemq̄ue responsum, quod Otacilius, accepit. A sociis itaque ciuitatibus Sardinia Cornelio sollicitanti benigne, quod desiderabatur, collatum fuit. Liuius & Valerius locis citatis.

Ciuitates sociis succurrunt Prætori in inopia frumenti & stipendij militaris.

Proquæstorib.

//. //. //. f. //. n. //. P. Scipionis procos. in Hispania.

//. //. //. f. //. n. //. T. Otacilij propr. in Sicilia.

//. //. //. f. //. n. //. A. Mammulæ propr. in Sardinia.

M. Cornelius. M. f. M. n. Cethegus. P. Cornelius. P. f. P. n. Rufinus. Qui postea Sulla appellatus est.

Sp. Caruilius * Sp. f. Sp. n. * Maximus.

ANNI P. R. C. DXXXVIII.

Consules.

L. Postumius. A. f. A. n. Albinus. design. I I I. Ti. Sempronius. Ti. f. Ti. n. Gracchus.

Antequam iniret occisus est, in eius locum factus est

M. Claudius. M. f. M. n. Marcellus. II. vitio fact. abd. in. eius. loc. fact. est.

Q. Fabius. Q. f. Q. n. Maxim. Verrucosus. III.

M Junio Dictatore comitia habente, Consules in hunc annum designati sunt L. Postumius Albinus absens, qui tum Prætor Galliam prouinciam obtinebat; & Ti. Sempronius Gracchus, qui tum Ædilis curulis erat. Sed L. Postumius, vt dixi, antequam Consulatum iniret, in Gallia per insidias Boiorum cum exercitu occisus est. Subrogatus in eius locum M. Claudius Marcellus, II. qui extemplo magistratum occiperet. Quo in eunte Consulatum cum tonuisset, vitio illum creatum augures pronuntiarunt. Vulgò Patres ita ferebāt, quòd tum primùm duo plebei Consules facti essent, id dijs cordi non esse.

Duo primū plebey cons.

Idcirco Marcellus abdicauit, & in eius locum suffectus est Q. Fabius Maximus III. ut auctores sunt Liuius & Plutarchus. Græcæ igitur tabulæ nostræ Fabium & Sempronium produnt, omiffis Postumio & Marcello. Sic etiam Cassiodorus & Marianus Ti. Sempronium Gracchum & Q. Fabium Maximum I I I. solæ tabulæ quas Cuspinianus citat Gracchum & Albinum huic anno assignant, reliqui autem, ut Zonaras & Orofius, Graccho coniungunt Q. Fabium Maximum.

Prodigia à Fabio cos. procurata. Philippus Macedonum rex Annibalis ambit amicitiam. T. Gracchi cos. victoria de Campaniæ ac Pænis.

Prodigia huius anni quædam enarrant Liuius & Zonaras, bouem nempe equuleum peperisse ad Sinuessam, flammam à mari emicuisse, & lapidibus pluuisse Lanuij. Quæ omnia à Fabio Consule procurata sunt. Philippus Macedonum rex per legatos fœdus cum Annibale clam cœpit tractare, sed eius legati à Romanis intercepti, & in vincula coniecti, consilia hostium prodidit. Ti. Gracchus Consul Campanos de Cumanorum exitu, quod in fide Romanorum permanissent, consultantes, post solemne sacrificium ad Hamas subito adortus feliciter, duobus milibus cum ipso Mario Alfio cæsis, strauit & castris exiit: Cumas cum suis ac præda reuersus Pœnum urbem oppugnantem fortissimè reppulit. Demum Q. Fabius Consul procuratis Romæ prodigijs ad Cales castra cum haberet, circa Capuam transgressus Vulturum semet collegæ iunxit. Atque ita tum ambo Consules in Campania res gerebant, vrbesque tres, quæ ad Pœnum defecerant, præsidiaque in ijs Annibalis vi expugnarunt. Annibal autem cum ætatis exitu Nolam denuò Marcelli præsidio tutam frustra tentasset, cum clade repulsus ad Apuliæ hiberna concessit. Consul Fabius comperto Annibalis discessu, Campanorum agros ferro ignique depopulatus est. Interim Locrenses ab Annone Pœno ac Bruttij auxiliariis tentati, emissio Romano præsidio, semet Pœnis dedidere, quibus ab Annibale pax data est, ut suis legibus uiuerent, pace belloque Pœnum iuuarent, ac Pœnos Locrensem. Crotoniatæ Bruttiorum obtidione compulsi, concedente Annibale, Locros transmigrant, ciuitatemque Bruttij Pœnisque relinquunt. In Sicilia mortuo Hierone rege res ad Pœnos inclinari cœperunt, Hieronymo nepote impuberi herede regni Syracusani relicto, & ipso regno per domesticas factiones ad intestina bella distracto tutorum discordia, dum vna pars Pœnos spectat, & altera Romanos. Hieronymus nepos heres ad fœdus cum Annibale faciendum ab altera parte compulsum, postea à coniuratis aduersariis occisus est. Hæc latè Liuius libro xxiiii. & xxv. Iustinus lib. xxxix. Plutarchus in Fabio & Marcello, Zonaras, Orofius, & Eutropius.

Locrensem defetio, & Bruttiorum.

Hiero Syracusanorum rex moritur, & regnū factionibus disturbatur.

Hieronymus Hieronis nepos heres regni cum Annibale fœdus iungit.

Prætores.

Q. Fuluius. M. f. Q. n. Flaccus. Qui Consul bis, Censorque fuerat, ut auctor est Liuius, Urbanam iurisdictionem sortitus obtinuit. Eidemque xxv. naues ad suburbanam littora tutanda decretæ sunt. Ex S. C. quinque milia peditum, quadringentos equites in Sardiniam mittendos Romæ conscripsit, P. Scipione procos. per literas vestimenta, frumentumque exercitui Hispaniensi postulante, ex S. C. ea omnia credito præbenda publice locauit ijs, qui redempturis auxiliissent patrimonia, & vtque reipublicæ, ex qua creuissent, ad tempus commodarent, petijt. Quod abundè factum à societatibus, priuataque pecunia reip. necessitati prouisum est. Liuius libro xxiiii.

M. Valerius * P. f. P. n. * Læuius. Qui Consul antè fuerat. Iurisdictionem. inter. ciues. & peregrinos. sortitus. obtinuit. Iussus est edicto Consul tam ipse, quam collega Flaccus, quorum erat in vrbe iurisdictione, tribunal ad Piscinam publicam ponere, ibique eo anno ius dicere. Senatus item ad portam Capenam ut conueniret, institutum, uti Consulibus bello implicitis facilius itus reditusque foret. Ne his quidem Prætoribus qui ad ius dicendum creati erant, vacatio à belli administratione data est. Valerium namque, cui legiones, quæ ex Sicilia reuocabantur, decretæ fuerant, in Apuliam ire placuit ad exercitum à Varrone procos. accipiendum, cum legiones ex Sicilia venissent, ijs potiùs visum est uti ad Apuliæ præsidium. Decretæ sunt item M. Valerio viginti quinque naues quibus oram maritimam inter Brundisium & Tarentum tutari posset. Quibus diebus Cumæ liberatæ, & à Sempronio Longo procos. in Lucanis prosperè pugnabatur, ex Hirpinis oppida tria M. Valerius vi recepit, auctores defectionis securi percussit, præda alia militi concessa, captiuos sub hasta vendidit. Philippi verò Macedonum regis ac Annibalis fœdere detecto per P. Flaccum, quem classi suæ Calabria præfecerat, quinquaginta naues alias ab vrbe missas accepit. Quibus Varroniano milite armatis, primo quoque tempore in Macedoniam transmittere iussus, atque operam dare, ut Philippus in regno retineretur. Bellum itaque Macedonicum ei decretum extra ordinem est, & pecunia ad classem, nec non ducenta milia modium tritici, atque hordei centum ipsi ab

Hieronis regis frumenta ad M. Læuium missa.

Hierone

Hierone rege missa sunt. Accepit insuper ætatis exitu à Ti. Sempronio Consule Lucerinum exercitum, vt agri Sallentini oram eo tueretur. Hæc sparsim Liuius lib. xxiii. Meminere item Polybius, Iustinus, & Zonaras, in quo perperam Lauinius appellatur.

Ap. Claudius. P. t. Ap. n. Pulcher. Siciliam sortitus obtinuit. T. Otacilio successor datus. Ex S. C. Cannensis exercitus reliquias ex Claudianis castris in Siciliam deportauit, vbi militare sine stipendio iussæ sunt eæ legiones, quamdiu hostes in Italia essent. Bomilcarem Pœnum cum supplemento comætu, & quadraginta elephantis Carthagine missum ad Annibalem, frustra persecutus est; ipsumque impedire, quin in Italiam appelleret, minimè potuit. Mortuo Hierone rege, Hieronymum nepotem eius regni heredem ab Annibalis amicitia detertere conatus est. Eodemque à coniuratis occiso, & eius regni proceribus ad res nouas spectantibus bellum oriens ex propinquo cernens, Senatui literis certiore fecit, Siciliam Carthaginiensi populo & Annibali conciliari. Ipse aduersus Syracusana consilia * ad prouinciæ regni que fines omnia conuertit præsidia. Vide Liuium lib. xxiii. & xxiv. Meminere Polybius & Plutarchus in Marcello. Anno autem sequenti legatum propri. in eadem prouincia Marcello Consuli remansisse ex iisdem auctoribus colligimus.

Bomilcar Pœnus cum elephantis & supplemento ad Annibalē missus.

** prouinciæ regni que fines.*

Sic in vulgatis, sed Liuij hic locus murus est corruptus est in exemplaribus: ideoz non tam ipsius verba, quam historia sensum sequor.

Q. Mucius P. f. * P. n. * Scauola. Sardiniam sortitus obtinuit, & A. Manulæ successit. Huic in prouinciam venienti, atque in longum morbum prolapsò, cum res eius insulæ ad bellum ac defectionem spectarent, extra ordinem cum imperio adiunctus est.

T. Manlius. T. f. T. n. Torquatus. II. Qui bis Consul Cenforque fuerat, subegeratque in Consulatu primo Sardos: vti rem gereret, quoad Mucius conualuisset. Manlius itaque cum supplemento quinque milium peditum, & quadringentorum equitum in prouinciam veniens, nauibus longis ad Carales subductis, & à Prætore Mucio exercitui accepto, duo & viginti milia peditum, mille & ducentos equites confecit. Cum his copijs feliciter bellum à Mucio omisum gessit, fufis primò Sardis, quos Harfitora dux ad rebellionem armauerat, deinde altero prælio Pœnis & Sardis, in quo Asdrubal Caluus Imperator Pœnorum, item Anno & Mago nobiles Carthaginienses capti sunt. Cæsa priore prælio xxx. Sardorum milia, in posteriore autem duodecim milia Pœnorum Sardorumque cum filio Harfitoræ Hiofsto. Capta utroque prælio quinque circiter hostium milia, & signa militaria septem & viginti. Harfitora dux cum paucis equitibus fugiens, vt super afflictas res necem filij audiuit, mortem sibi quoque consciiuit. T. Manlius intra paucos dies insula perdomita, cum victore, quem secum adduxerat, milite Romam reuersus, stipendium Quæstoribus, frumentum Ædilibus, captiuosque vrbano Prætore tradidit. Liuius libro xxiii. Item Eutropius libro tertio.

T. Manlius Torquatus duobus præliis Sardos ac Pœnos subegit.

Ædiles curules.

Q. Fabius. Q. f. Q. n. Maximus. Q. Fabius Verrucosii Consulis filius, qui idem Prætor designatus in annum sequentem fuit, vt auctor est Liuius libro xxiv. Declarat item hunc eius magistratum marmor antiquissimum istius temporis erutum in ipso foro Romæ, cum ibi manerem, in quo titulus eius sic legitur:

Q. FABIVS Q. F. MAXVSVS
AED. CVR.

.. .. f. .. n. ..
M. Æmilij. M. f. M. n. Lepidus.

Ædiles plebis.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..

Q. Claudius. .. f. .. n. Flamininus. M. Atilius * L. f. L. n. * Regulus. Frumentum à ciuitatibus subiugatæ Sardinie exactum à T. Manlio Prætore acceperunt: Liuius xxiii.

Tribuni plebis

Ex S. C. ad populum tulere, de seruis denuò ad bellum comparandis. Hoc iterum anno seruos ad bellum emptos fuisse, ex Annalibus quibusdam referre videtur Valerius Max. lib. vii. cap. vi. his verbis: Tribunos nempe plebis ex S. C. in Ti. Gracchi Consulis designati sententiam facto ad populum tulisse: vti tres crearentur viri, qui ex publico seruos aduersus propulsandorum hostium impetum emerent. Creatos quatuor & viginti milia

Serui iterum empti ad militiam.

* Aequicolis
foris.
Valerij Ma-
locus corri-
gendus.

Capite cen-
sū militiam
non admittē-
bantur.

Legionis
nūci ausci-
lium est, so-
cium nūme-
rus par, aut
sepius du-
plex.

Oppia lex de
mundo mu-
liebri com-
pescendo.

milia seruorum comparasse : adactosque iureiurando strenuam se fortemque operam da-
 turos, quoad Pœni essent in Italia, datis armis in castra misisse. Ex Apulia quoque, &
 * Fidiculis septuaginta atque ducentos ad supplementum equitatus emptos, addit ibi-
 dem Valerius. Ceterum numerus ille prior milium quatuor & viginti, librariorum culpa
 xx. additis, nimirum notis excreuisse numeralibus videtur. Octo namque milia seruorum
 comparata primum sub M. Iunio Dictatore militasse, & Volones appellatos, Liviū &
 Macrobius auctores sunt, quemadmodum superiore in annali diximus. Sempronio autem
 Graccho Consule designato auctore in hunc annum sequentem novis seruis compara-
 tis, quatuor potius, quam viginti quatuor milium supplemento Volonum cohortes dua-
 rum legionum instar adauctas fuisse, verisimilius est: si Liviū & Valerium ipsum dili-
 genter consideremus. Addit enim hic, septuaginta ac ducentos etiam ad supplementum
 equitatus emptos fuisse. Quod non arbitror intelligi debere de equitatu legionum
 Romanarum, quæ ex solis constabant ciuibus: sed Volonum equitatu eiusdem condi-
 tionis supplementum additum fuisse, Valerium dicere existimo. Nefas enim, &
 contra leges militares erat, miscere legionariis seruos, aut militaribus ciuium ho-
 noratorum ordinibus vilia inferere mancipia; cum peregrinos non solum, sed etiam
 ingenuæ conditionis conciuēs capite cencos, vt ibidem testatur Valerius, commili-
 tones fastidirent Romani. Nec discrepare ab his videtur Liviū, qui scribit, Ti. Grac-
 chum Consulem hoc anno aduersus hostem duxisse Volonum, quod fuerat colle-
 lectum, & viginti quinque sociorum milia: duasque Volonum legiones, nec plures ha-
 buisse, postea non vno loco demonstrat: adeo vt duabus illis emprionibus non vltra duo-
 decim seruorum milia comparata fuisse constet. Hoc idem indicat etiam, quod xxv. so-
 ciorum milia Volonibus addita esse scribat: qui militum numerus constituit duarum le-
 gionum plena & legitima auxilia. Etenim ex more & fœdere antiquo tantum militum
 singulis legionibus addere socij cogebantur, vt in vno exercitu duabus plerumque par-
 tibus excederent eorum auxilia; & tertia solummodo pars ex Romanis ciuibus con-
 staret. Et hæc quidem rationes me impellunt, vt existimem illum Valerij de seruis emptis
 locum librarios corrupisse, & numerum xx. temerè adiectum auferri debere, quamuis
 exemplaria non suffragentur. Errorem natum opinor ex antiquis notis iv. ∞. quas
 imperitus aliquis librarius in quatuor & viginti milia mutauit, vt facilis in similibus eo-
 rum est lapsus.

C. Oppia * C. f. M. n * Salinator. Legem de mundo ac sumptu muliebri su-
 perfluo tulit. Ne qua mulier plus auri semiuncia haberet, ne vestimento versicolori
 vteretur, neu iuncto vehiculo in vrbe oppidove aut propius inde mille passus, nisi sacro-
 rum publicorum causa, veheretur. Cuius legis non meminit in huius anni historia Li-
 uius, sed lib. xxxiv. pulchrè & disertè scribit, quo pacto post xix. annum, M. Catone &
 L. Valerio Consulibus, ad importunam mulierum Romanarum sollicitationem à Tribu-
 nis plebis antiquata & abolita fuerit. Vbi latam fuisse testatur Q. Fabio, T. Sempronio
 Consulibus, in medio ardore belli Punico secundi. Meminerunt etiam huius legis Plutar-
 chus in Catone maiore, Valerius lib. ix. cap. 1. Orosius lib. iv. cap. xx. Tacitus, &
 Auctor de viris illustribus, cap. XLVII.

//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.
//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.
//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.
//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.
//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.

M. Atinius * C. f. C. n. Labeo * Tertio post anno præfectus Thuriorum, vt me-
 minit Liviū lib. xxv.

[M. Fuluius. M. n. Flaccus.]	[M. Atilius. L. f. A. n. Bulbus.]
[Q. Fuluius. M. f. M. n. Flaccus.]	M. Fundanius * C. f. C. n. * Fundulus. II.
L. Pomponius. // . f. // . n. Veientanus.	Cn. Fuluius. M. f. Q. n. Flaccus.
M. Pomponius. M. f. M. n. Matho.	[L. Liviū. M. f. M. n. Denter.]

Quæstores vrbani

Stipendium ac manubias subactæ Sardinia à T. Manlio Prætoce acceperunt: Liviū
 lib. xxiiii.

//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.	//.	//.	f.	//.	n.	//.
-----	-----	-----	----	-----	----	-----	-----	-----	----	-----	----	-----

Quæsto-

Quæstores prouinciales

- // . // . // . f. // . n. // . Q. Fabij. }
 // . // . // . f. // . n. // . Ti. Gracchi. }
 // . // . // . f. // . n. // . Appij Claudij pr. in Sicilia.
 // . // . // . f. // . n. // . Q. Scæuolæ pr. in Sardinia.
 // . // . // . f. // . n. // . Oltiensis. Q. Fuluij pr. apud. classem.
 // . // . // . f. // . n. // . * Lucerinus * M. Læuini. pr. in. Apulia.

P. Villius. Ti. f. Ti. n. Tappulus. Consul ita reperitur in tabulis Capitolinis. Qui inter præcipuos Senatores imperij gubernacula diu rexit, maximis legationibus ad summôs sui temporis reges Philippum, Antiochum, Ptolomæum, obitis clarus, quemadmodum ex Liuij historia fit apertum, ex qua nos item eius ceteros magistratus fuggere-mus. Sed corrigendum eius nomen aliquibus in locis apud Liuium, vbi P. Iulius Appulus appellatur.

M. Lucretius. // . f. // . n. Gallus. Hanc primam reperiio plebeiam Lucretiorum familiam. Nam Marcus iste Tribunus plebis quinquennio post sequetur, & pater esse videtur M. & C. Lucretiorum, qui item Tribuni plebis suis annis DXXCI. & DXXCII. se inuicem sequuntur, vt postea patebit.

P. Popillius. P. f. * P. n. * Lænas. Pater duorum Consularium M. & C. Popilliorum, qui sequuntur in Capitolinis. Et hic à Liuiio nominatur inter legatos, qui à Senatu cum muneribus in Numidiam missi sunt anno DXLIII. ad regem Suphacem, vt libro XXVII. legimus.

P. Manlius * P. f. P. n. * Vulso. Prætor postea Sardinia, vt Liuius.

L. Arennius * C. f. * // . nepos. Cum C. Arennio Tribunum plebis fuisse postea docet Liuius, & fratres fuisse videtur: sed in multis exemplaribus perperam C. & L. Arieni vocantur. Hic Lucius autem post Tribunatum plebis præfectus sociam anno DXLV. ab Annibale capitur, vt ibidem Liuius narrat lib. XXVII.

M. Æmilius * M. f. M. n. * Papus. Nominat eum Liuius libro XXVII. & maximum curionem mortuum esse dicit anno DXLIII.

L. Veturius. L. f. L. n. Philo. Cuius Consulatus extat in Capitolinis tabulis, & alios eius magistratus ordine recensebimus. Extant eius denarij cum Romæ capite & Castoribus, subscripto eius nomine, L. VETURI. PHILO.

C. Hostilius. // . f. // . n. Tubulus. Prætor vrbanus postea, ac deinde cum imperio missus in Etruriam, ad rebellionem Aretinorum compescendam, sicut docebimus ex Liuiio.

Prouinciæ.

C. Terentius. // . f. // . n. Varro. Procos. prorogato imperio Picenum obtinuit. Eximia tum quidem populi Romani in aduersis rebus constantia fuit, quod cladem acceptam deorum potius iræ, quàm Imperatoris Terentij culpæ imputare maluerit. Sed illud in primis sublime, quod tam magno animo ciuitas fuerit: vt Consuli ex tanta clade, cuius ipse maxima causa fuisset, quaque Reipublicæ vires funditus exhaustisset, redeunti, & obuiam itum frequenter ab omnibus ordinibus, & gratiæ actæ sint, quod de Republica non desperasset. Immo, neque magistratum malè gestum abdicare iussus est; quin ipsi post Dictaturam vltro oblatam, ac modestè recusatam finito magistratu prorogatum sapius fuit: qui si Carthaginensium exercitum duxisset, nihil ei recusandum supplicij fuisset. De dictatura oblata Liuius mentionem non facit, sed Valerius Maximus libro tertio cap. I v. item libro quarto cap. v. Imperium autem Varroni prorogatum fuisse, pluribus locis Liuius asserit: ait enim libro XXIII. sic,

Mira populi Romani in aduersis rebus constantia.

C. Terentio Consuli prorogari in annum imperium placuit, neque de eo exercitu, quem ad præsidium Apulix haberet, quicquam minui. Postea Senatui decreuisse scribit, vt eius exercitum, cum essent item Cannensis prælij reliquæ, M. Valerius Prætor acciperet. Terentio procos. negotium datum, vt in agro Piceno conquestionem militum haberet, locisque iis præsidio esset. Hæc Liuius lib. XXIII.

Oblatam dictaturam C. Varroni fuisse Valerius auctor est.

M. Claudius. M. f. M. n. Marcellus. Procos. Campaniam extra ordinem obtinuit. Huic cum religio Consulatum abstulisset, populus Proconsulare imperium esse iussit: quod post Cannensem cladem vnus Romanorum Imperatorum in Italia res prosperè

prosperè gessisset. Ad permutandos exercitus in Campaniam est missus, & ad eas obtinendum legiones, quæ supra Sueffulam Nolæ præsidebant. Eadem igitur ætate Nolam ipsam præsidio tenens, crebris & sæuis in agrum Hirpinum Samnitibus factis, Annibalem ad socios tutandos, Nolamque oppugnandum exciuit. Et cum is urbem corona cingeret, Marcellus eruptione cum imperu magno & tumultu facta, Pœnos retudit ac repulit. Tertio post die eductis in aciem copijs ante mœnia iusto prælio cum Annibale confligit, & hostem denuò victum ad castra fugauit. Cæsi eo die Pœnorum plus mille, capti mille sexcenti, signa militaria vnde viginti, & duo elephanti, quatuor in acie occisi sunt; à Romanis non mille desiderati. Nec multò post Numidæ Hispanique equites mille ducenti septuaginta duo ad Marcellum à Pœnis transfugerunt. Annibal spe Nolæ potiundæ abiecta, ad Apuliæ hiberna concessit. Marcellus relicto Nolæ necessario præsidio, ceteros milites, ne oneri sociis aut sumptui Republicæ essent, Romam dimisit: Liuius libro XXI. Plutarchus in Marcello, & Orofius libro III.

Ti. Sempronius. C. f. * Ti. n. * Longus. Procos. Lucanos. prouinciam. extra. ordinem. obtinuit. Idem videtur, qui Consul ab Annibale ad Trebiam victus est. Cum Annone Pœno ad Grumentum prosperè pugnavit, supra duo milia * hostium occidit, signa militaria ad XL. cepit. Pulsus finibus Lucanis Anno retrò in Bruttios sese recepit. Liuius libro XXI.

P. Cornelius. L. f. L. n. Scipio. Hispaniam Procos. prorogato Imperio obtinuit. Per literas pecuniam, stipendium, vestimenta ac frumentum exercitui suo petijt. Quibus acceptis, Illiturgium urbem, tribus Pœnorum castris ab Afrudruba, Magone & Amilcare Bomilcaris filio obsessam, frumento per vim inuecto, mox vno insigni prælio sedecim amplius hostium milibus, cum quinque elephantis occisis, ac tribus militum milibus castrisque ternis captis, liberauit. Nec minor victoria ad Incibili appellatam urbem parta est, ad quam oppugnandam Punici exercitus traducti fuerant, suppletis copijs ex prouincia. Vbi iterum signis collatis eadem fortuna vtriusque partis pugnatum est, supra XII. milia Pœnorum Hispanorumque cæsa sunt, supra tria milia capta cum signis militaribus duobus & quadraginta, & nouem elephantis. Tum verò omnes Hispaniæ populi ad Romanos defecerunt: Liuius libri XXI. fine, Appianus in Iberica, Zonaras, Orofius, & alij.

T. Otacilius * T. f. C. n. * Crassus. Propr. classem. Siciliensem. extra. ordinem. obtinuit. Postquam Mentisædem in Capitolio dedicasset, cum Imperio in Siciliam, vt classi præesset, missus est; vt Africæ oram popularetur, vt tuta Italiæ littora redderet, & impediret, ne Annibali stipendiũ, supplementum, commeatũve ex Africa transportaretur. Ipse ab Lilybæo quinquaginta nauibus in Africam transfuctus, agrum Carthaginensem depopulatus est. Cum Sardiniam postea peteret, classi Afrudruba Calui Africam repetentis occurrens commisso prælio ex ea septem naues cum socijs naualibus cepit. Ceteras tam metus, quàm tempestas vnde quaque disiecit: Liuius libro XXI. & XXIV. principio.

M. Pomponius. M. f. M. n. Matho. Propr. Galliam extra ordinem obtinuit. Liuius XXIV. libro satis demonstrat M. Pomponio post anni superioris præturam exercitum cum Imperio decretum fuisse, atque in locum L. Postumij occisi in Galliam missum esse: non vt bellum inferret, sed vt videret, ne quid hostes nouarum rerum molirentur. De eodem tamen nihil in eius anni historia Liuius memorat.

Proquæstorib.

II. II. II. f. II. n. II. P. Scipionis procos. in Hispania.

II. II. II. f. II. n. II. M. Mathonis propr. in Gallia.

M. Cornelius. M. f. M. n. Cethegus. C. Arennius * C. f. * II. nepos.

ANNI P. R. C. DXXXIX.

Consules

Q. Fabius. Q. f. Q. n. Maximus. M. Claudius. M. f. M. n.

Verrucosus. IIII.

Marcellus. III.

REtè Liuius hos Consulatus recenset, Q. Fabij quartum, & M. Marcelli tertium fuisse dicens. Plutarchi & Zonaræ non eadem diligentia est. Fabium enim & Marcellum

cellum obiter tantum coniungunt. Cassiodorus & Marianus, & Græcæ tabulæ Marcellum 11. Consulem notant, non numerantes Consulatum quem vitio factus deposuit.

Q. Fabio comitia habenti nouo exemplo continuatus est honor, & Marcellus absens creatus: vt in fine par ducum haberet respublica contra Annibalem. Hi enim præ ceteris conuerterant in se ciuitatis animos, aded vt Fabium Romanæ reip. clypeum ob tolerantiam, & securam pugnandi ac belli administrandi consilia: Marcellum verò ob audaciam & promptitudinem exequendi, gladium imperij appellarint, veluti Posidonius, Plutarcho teste, memoriæ prodidit. Non tamen sine contentione comitia perfecta sunt. Cum enim prærogatiua iuniorum Consules M. Æmilium Regillum flaminem Quirinalem, & T. Otacilium Crassum declarasset, Q. Fabius Consul, qui præerat comitiis, graui oratione hortatus populum, vt eadem cura, qua in aciem descenderent, suffragium inirent, & Annibali pares Consules crearent, Trasimenum & Cannas tristitia ad recordationem exempla documento esse posse, quam non tutò cuius, difficili reipublicæ tempore, gubernacula mandentur. Tranquillo quidem mari nautarum quemlibet gubernare posse: vbi sæua tempestatas est coorta, ac turbato mari rapitur vento nauis, tum viro & gubernatore opus esse. Hæc similiaque præfatus, prærogatiuam iuniorum denuò in suffragium reuocauit. Otacilium verò ferociter obstreptentem, affinitate quamuis sibi proximum, licetoribus immisissis teruit, & consulari auctoritate compefcuit. Interim prærogatiua denuò suffragium inuit, creatique in ea sunt Consules Q. Fabius ipse quartum, & M. Marcellus tertium. Ceteræ mox centuriæ sine variatione vlla sequutæ sunt. Hæc latè de eius anni comitiis Liuius libro xxiv. Est tamen in dicta Q. Fabij oratione locus animaduersione dignus, vbi de candidatis verba facit: ac primum de Æmilio; cuius impedimenta cum paucis declarasset, mox orationem dirigit ad Otacilium affinem suum, quem idcirco liberius alloquitur: at in vulgatis exemplaribus ita eum aggreditur: Otacilium sororis meæ filiam vxorem, atque ex ea liberos habet: ceterum non ea vestra in me maiorefque meos merita sunt, vt non potiore priuatis necessitudinibus rempublicam habeam. Ex vna dumtaxat voce (vestra) cognoscere est, orationem illam ad Otacilium dirigi: itaque multò dilucidior fiet, si hoc modo priora verba corrigantur: Otacili, sororis meæ filiam vxorem, & ex ea liberos habes: ceterum non ea vestra in me, &c. Habet etenim plurimum ornatus ac auctoritatis apostrophe illa Fabij ad affinem suum, qua breuiter omnem spem fauoris eidem liberè præscindit, & omnem priuati affectus suspicionem ex animis auditorum detergit.

Consulum laudes.
Q. Fabius, Rom. reipublicæ clypeus.
M. Marcellus, gladius.

Q. Fabij exhortatio ad populum, vt difficili tempore cum cura & iudicio magistratus eligant.

Liuij locus emendatus.

Principio anni ex S. C. prorogatum imperium omnibus qui exercitus ducebant, iussiq; sunt in prouinciis manere: Ti. Gracchus Luceriæ, vbi cum Volonum hibernabat exercitu; C. Terentius in agro Piceno; M. Pomponius in Gallico; ex Prætoribus prioris anni Proprætor Q. Mucio in Sardinia: & M. Valerio Brundisij, & ad oram maritimam prorogatum imperium aduersus omnes Philippi regis conatus. Quia duodeviginti legionibus inter duces partiundis bellum eo anno geri placuit, sex nouæ legiones erant scribendæ: eas primo quoque tempore Consules scribere iussi sunt, & classem parare, vt cum eis nauibus, quæ pro Calabriae littoribus in statione erant, centum quinquaginta longarum nauium classis eo anno expleretur. Cum deessent nauis, Consules ex S. C. edixerunt, vt qui proximo lustro milibus æris quinquaginta ipse, aut pater eius census fuisset vsque ad centum milia, aut cui res tanta esset facta, nauis vnâ cum sex mensium stipendio daret: qui supra centum milia vsque ad trecenta milia, tres nauas cum annuo stipendio: qui supra trecenta milia vsque ad decies æris, quinque nauas: qui supra decies, septem: Senatores octo cum annuo stipendio darent. Ex hoc edicto dati nauis, armati instructique à dominis cum triginta dierum coctis cibariis naues conscenderunt. Ac tunc primum classis Romana naualibus sociis priuata impensa est instructa: Liuius xxiv.

Legionibus xlii. res eo anno gesta.
Classis cl. longarum nauium.
Vt naualibus sociis priuatarum impensa classis instructa fuerit.

Consulibus ambobus bellum cum Annibale, & binæ vniciue legiones decretæ sunt. Cum quibus in prouinciam profecti, Fabius Casilinum, quod præsidio Punico tenebatur, tentauit. Marcellus Annibalem, Nolæ iam tertio imminentem, à primoribus vocatus, prælio vicit, & in castra repulit. Bis postea ad prælium frustra prouocans, & in aciem descendens, tacitam victoriæ confessionem ei expressit. Tertio post die Annibal ommissa spe Nolæ potiundæ, Tarentum ad certio rem expectationem prodicionis proficiscitur. Inde Marcellus à Q. Fabio collega Casilinum obsidente vocatus, vt Campanis auxilium obsessis ferre volentibus opponeretur, relicto Nolæ præsidio cum reliquo exercitu collegæ se iunxit, suaque præsentia effecit, vt vrbs quam primum vi caperetur. Consules Marcellus retrò, vnde venerat Nolam redit, vbi eum aduersa valerudo aliquamdiu tenuit: Fabius Samnium latè depopulatus oppida plurima cepit. Milia hostium in ea expeditione

Consulum res gesta.

Casilinum à Cass. captum.

*Perfugarum
pœna.*

*Syracusanū
bellum exor-
tū in Sicilia.*

*M. Marcello
cos. Sicilia
provincia de-
cretā.*

*Syracusa ob
fessā à M.
Marcello.*

*Vrbes rece-
pta.*

*Exercitus
Syracusanus
caesus.*

*Himilco Pœ-
nus plures
vrbes proditi-
one cepit.*

tione xxv. capta, vel occisa sunt: perfugæ ccclxx. recepti, qui Romam missi, virgis in comitio cæsi omnes, ac de Saxo deiecti sunt. Cùm bellum nequaquam contemnendum in Sicilia oriretur, tumultuantibus, occiso Hieronymo rege, Syracusanis, atque in varias factiones scissa ciuitate, vt mox in potestatem paucorum deueniret; cumq; spreta Romanorum amicitia palam ad Pœnos deficerent, belli molem ad se traxerunt. Romani enim his rebus auditis, M. Marcello alteri Consulum eam prouinciam decernunt. Is in Siciliam profectus, cùm variis modis renouandi fœderis viam frustra quæsiuisset, Leontinorum confœderatam Syracusanis urbem, è qua rebellionis ortum erat initium, primo impetu expugnauit. Vbi transfugæ ad duo milia virgis cæsi, & securi percussi sunt. Syracusas inde obsidione cinxit, terra mariq; oppugnauit, & ne eam caperet, vnus Archimedis architecti peritissimi ingeniosissimiq; industria factum est. Qui variis operibus, & summa constructis arte machinis omnes Romanorum conatus irritos reddidit. Itaque abistere oppugnatione, & obsidendo terra mariq; hostem, com meatibus arcere placuit. Ap. Claudius legatus propr. ad obsidionem relinquitur, dum Marcellus cum tertia parte exercitus vrbes quæ defecerant, Pelorum & Herbesum deditioe recipit, & Megaram vi captam diruit ac diripit. Syracusanum postea exercitum Hippocrate duce Himilconi Pœno, qui cum xxv. milibus peditum, & tribus milibus equitum, & duodecim elephantis contra Romanos auxilio venerat, se iungere volentem prælio vicit ac profligauit. Himilco deinde, Marcello ad obsidionem Syracusanam reuerso, plures Siciliae passim vrbes proditione cepit. Vide hæc latius apud Liuium lib. xxiv. Polybium lib. viii. Plutarchum in vita Marcelli, Zonaram, & alios.

Cens. M. Atilius. M. f. M. n. P. Furius. Sp. f. M. n. Philus
Regulus abdic. In mag. mortuus est.

*Censores ab
operum lo-
candorum
cura vacui
mores corri-
gunt.
Censorem se-
ueritas in de-
sertores reip.
est perfidos.*

*Metus turpis
pœna.*

*Bis mille ci-
ues facti ara-
rij qui qua-
driennio non
militarant.
Triste S. C.
de notatis.
Publicanorū
ac ciuim
pietas, ac cu-
ra reipublica.*

*Pupillarum
ac viduarum
pecunys ara-
rij inopia
subleuata.
Miles stipen-
dium accipere
noluit.*

Anni huius principio, vt auctor est Liuius, Censoria comitia ex Senatus decreto Q. Fabius Consul habuit, creatique Censores sunt M. Atilius Regulus & P. Furius Philus. Quorum mentionem quoque facit Valerius libro secundo capite nono, & Atilium M. Reguli à Pœnis primo bello capti & occisi filium fuisse indicat: verum mendose ibidem collega illius in multis exemplaribus L. Furius Philippus appellatur. Sed vt ad Censorum acta veniamus, cùm vacui essent, sicut Liuius refert, ab operum locandorum cura propter inopiam ærarij, ad mores regendos, castigandaque vitia animum aduerterunt. Primum citati qui post Cannensem cladem de Republica deserenda, & relinquenda Italia consilium inierant, quorum princeps L. Cæcilius Metellus, qui tum fortè Quæstor erat. Secundum eos legati captiuorum, qui ex itinere regressi in castra Annibalis iuramento se solutos nimis callidè interpretati erant. Omnes ærarij facti, tribuq; moti sunt, equusq; ademptus est iis, qui publicum habebant. Ex his notatos quosdam semetipsum peremisse tradit Zonaras: sic etiam memorat Gellius ex Cornelij Nepotis exemplorum libro v. Itaque turpis etiam metus pœnam hos Censores summa cum seueritate exigisse à Quæstore Metello, & multis equitibus Romanis, pulchrè scribit Valerius Maximus loco paulò antè citato: & M. Atilium Censorem in legatis notasse perfidiam merito, cuius pater per summos eruciatus exspirare, quàm fallere Pœnos maluerat: iudicando hostem non timeri, non item decipi debere. Nec Senatu solum, aut equestri ordine regendo Censoria seueritas se continuit, sed ad reliquam etiam multitudinem curam extendit. Nomina enim omnium ex iuniorum tabulis excerptis, qui quadriennio non militassent; quibus neque iusta militiæ vacatio, neque morbus causa fuisset. Ex his ærarij facti sunt supra bis mille, omnesq; tribu moti sunt: additumque inerti Censoriæ notæ triste etiam S. C. vt quos Censores notassent, pedibus mererent, mitterenturq; in Siciliam ad Cannensis exercitus reliquias, quibus impositum erat tam diu militare, donec Italiâ pulsus hostis esset. Cùm Censores, vt diximus, ob inopiam ærarij locationibus operum publicorū abstinerent, conuenerunt publicani, qui huic hastæ affueuerant, hortatiq; Censores sunt, vt perinde omnia agerent, locarentq; ac si pecunia in ærario esset, neminem nisi bello confecto, pecuniam petiturum esse. Domini item seruorum, quos Ti. Sempromius procos. ad Beneuentum ob res bene gestas dimiserat, pretia à iiii. vires mensariis oblata refutantes, nisi post bellum, pecunias recipere se nolle dixerunt. Pupillares quoque viduarumq; pecuniæ ad sustinendam simili exemplo ærarij inopiam hinc vltro ceptæ conferri, & hæc priuatorum benignitas ex vrbe in castra quoque manauit, vt non eques, non centurio stipendium acciperent, mercenarium appellantes inereparent, qui accepisset. Hæc omnia etiam retulit inter exempla pietatis in patriam Valerius Max. libro v. cap. vi. quæ aliquantò diffusius habemus apud Liuium in historia huius anni lib. xxiv.

Ne lustrum Censores perficerent, mors P. Furij in causa fuit, qui & augur mortuus est Lustrum non conditum ob mortem Cen-
formis anni sequentis initio. M. Atilius igitur ex more se magistratu abdicauit, vt idem Liuius tradit; qui præter morem suum diligentius horum Cenforum acta describit.

Prætores.

Q. Fuluius. M. f. Q. n. Flaccus II. vtramque iurisdictionem extra sortem Prætoria pro-
uincia non in
sortem data,
sed à Senatu
ordinata ac
distributa. & vrbis præfecturam absentibus Consulibus ex S. C. cum duabus legionibus obtinuit. Prætoris autem peregrini alioquin eo anno mentionem non facit Liuius, & Fuluium vrbanam iurisdictionem obtinuisse dicit. Vnde ducor ad opinandum, quando sæpius hoc faciat, peregrinam semper iurisdictionem vrbane coniunctam fuisse: cum anni principio tribus nouis Prætoribus exercitus decernerentur, etiam si Liuius hoc semper non exprimat. Q. Fuluium hunc solum ex anni superioris Prætoribus relictum fuisse scribit idem, & satis indicat Prætorias huius anni prouincias à Senatu singulis ordinatas, non in sortem vti solet, coniectas ob temporum difficultatem fuisse.

Q. Fabius. Q. f. Q. n. Maximus. Q. Verrucosii Consulis filius, Apuliam cum duabus legionibus obtinuit. A patre Consule iussus Ti. Graccho procos. ad Beneuentum cum copiis euocato Luceriam succedere. Per eos postea dies, quibus Samnium vastatum, Acum in Apulis oppidum vi cepit, statimque ad Ardeoneas communiuit: Liuius libro xxiv.

P. Cornelius * P. f. L. n. * Lentulus. Siciliam cum duabus legionibus obtinuit. Ap. Claudio successor datus est: auctor est Liuius libro xxiv.

T. Otacilius * T. f. C. n. * Crassus II. Classem Siciliensem, & oram maritimam contra Pœnos obtinuit: eandem scilicet, quam anno priore habuerat. Et Liuius iterum Prætorum factum prodit Otacilium, in Consulatus negati fortasse compensationem.

Ædiles curules.

P. Sempronius. C. f. C. n. Tuditanus. Cn. Fuluius. Cn. f. Cn. n. Centumalus. Ambo in Ædilitate curuli Prætores in annum sequentem designati sunt, & ludos scænicos per quadriduum primi fecerunt: Liuius ibidem. Ludi scænicæ
Roma primæ.

Ædiles plebis.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..
C. Calpurnius * C. f. * .. Pifo. M. Metilius * M. f. M. * nepos.

Tribuni plebis.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..
.. .. f. .. n. f. .. n. ..
.. .. f. .. n. f. .. n. ..
.. .. f. .. n. f. .. n. ..
L. Cincius * L. f. * .. n. Alimentus.	C. Aurunculeius. .. f. .. n. * Cotta *
T. Popillius * T. f. T. n. Sabellus *	T. Fonteius. .. f. .. n. Capito
[M. Calpurnius. M. f. .. n. Flamma]	[C. Plautius. C. f. P. n. Hypsæus]
[Q. Pœtelius. Q. f. C. n. Libo]	[M. Pœblicius. M. f. L. n. Malleolus.]
[Cn. Appuleius. Cn. f. Cn. n. Panfa]	[Q. Confidius. Q. f. Q. nepos.]

Quæstores vrbani.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..

Quæstores prouinciales.

.. .. f. .. n. .. Q. Fabij } coss. in Italia
.. .. f. .. n. .. M. Marcelli } aduersus Annibalem.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. P. Scipionis procos. in Hispania.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. Q. Fabij pr. in Apulia.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. P. Lentuli. pr. in Sicilia.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. Ostiensis in Latio.

L. Cæcilius * Q. f. Q. n. * Metellus. Apud Censores ipse causam dicere iussus est, quod post Cannensem pugnam de deferenda Italia, fugaque ad regem aliquem capeffenda, princeps consilium iniisset. Et quia orationem aduersus rempublicam habuisse conuictus est, illi equus ademptus, quem publicum habebat, insuper tribu motus, & æriarius factus est: Liuius libro xxiv. Valerius Max. libro II. cap. IX. Cum itaque Romæ Metellus hoc anno fuerit, & in annum sequentem Tribunus plebis sit designatus; verisimile sit, vrbanam, vel Consularem ipsum obtinuisse Quæsturam.

P. Cornelius * L. f. L. n. * Lent. Caudinus. M. Sempronius * C. f. C. n. * Tuditanus. Postea ambo cum P. Scipione legati iuere in Hispaniam anno dclii. Quorum meminit Liuius libro xxvii.

M. Valerius * L. f. M. n. * Messalla. Hic legatus postea, & Præfectus in Sicilia fuit sub M. Læuino procos. anno dcliii. vt Liuius libro xxvii.

L. Cornelius * L. f. L. n. * Lentulus. Caudinus. Decemuir sacris faciundis, & Ædilis curulis hic fuit, vt ex Liuius colligimus. Frater P. Lentuli Caudini, & L. Caudini filius, qui Consul de Liguribus triumphauit, & Censor fuit; vt insinuat annorum interuallum.

Ser. Sulpicius * Ser. f. P. n. * Galba. Ædilis curulis postea & Pontifex, Liuius teste. Fratrem opinor P. Galbæ Max. quem Dictatorem in Capitolinis habemus.

C. P. P. P. f. ///. n. Bibulus. Eius Tribunatus plebis sequetur.

Q. Mamilius * C. f. Q. n. * Turinus. C. Turini Consularis filius videtur fuisse, qui in Capitolinis exstat. Hic sequetur Ædilis, & Prætor.

Prouinciæ

Ti. Sempronius. Ti. f. Ti. n. Gracchus. Luceriam. procos. prorogato imperio. obtinuit. cum duabus Volonum legionibus. Redeunte in Campaniam Annibale, iussus est à Consule Fabio ab Luceria Beneuentum copias admouere, vbi Annonem Pænorum ducem cum magna peditum equitumque manu occurrentem insigni prælio Volonibus libertate in præmium victoriæ proposita, vicit, & castris eodem impetu captis, ad interuentionem ferè cæcidit, vt vix duo milia hominum ex octodecim milibus cum duce Annone effugerint. Alij omnes aut cæsi, aut capti sunt cum signis militaribus duodequadraginta. Volonibus ob rem fortiter gestam promissa libertas data est, pecuniaque ex ærario dominis oblata, sed non accepta est. Historiam pulchrè describit Liuius libro xxiv. breuiter Zonaras libro II.

Volonum victoria de Annone Pænorum duce.

Libertate donati sunt ob fortitudinē. Pretium emptionis à dominis resp. donatum.

C. Terentius. ///. f. ///. n. ///. Varro. Procos. Picenum prorogato imperio obtinuit: Liuius auctor.

Ti. Sempronius. C. f. * Ti. n. * Longus. Procos. Lucanos. prorogato imperio. obtinuit: idem Liuius.

P. Cornelius. L. f. L. n. Scipio. Procos. Hispaniam prorogato imperio obtinuit. Cum fratre Cn. Scipione legato trans Iberum legiones duxit, & vltioris Hispaniæ dubios sociorum animos stabiliuit Castulone vrbe valida ad Romanos deficiente. Mox Illiturgium oppugnare adortis Pænis, Cn. Scipio cum legione expedita profectus, inter bina hostium castra cum magna eorum cæde perumpens vrbem est ingressus. Postero die eruptione non minus felici pugnauit, & xii. milibus cæsis, decemque milibus hostium captis, vrbem obsidione leuauit. Bigerra deinde & sine certamine, aduentu Scipionum liberata est. Ad Mundam demum signis collatis ad quatuor ferme horas pugnabatur, vbi Cn. Scipionis femur tragula confixum: quod summam victoriæ impediit, alioquin castra eo die Punica capi poterant. Iam enim non milites solum, sed elephanti etiam vsque ad vallum acti erant; superque ipso vallo nouem & triginta pilis confixi, & ad duodecim milia hostium cæsa dicuntur. Duobus alijs deinde præliis ad Auringem vrbem, lecticula in aciem illato Scipione, felicissimè item pugnatum fuit, ac rebus vndique prospere

Illiturgium Pænorum obsidione fortiter: à Cn. Scipione leuatum. Bigerra item liberata. Ad Mundam graui prælio pugnatum.

prosperis Saguntus item, pulso Punico praesidio, recepta, & veteribus ciuibus restituta est. Saguntus recepta.
 Vide omnia exactius apud Liuium libro xxiiii. & Appianum Alexandrinum in Iberica.
 Attingunt breuiter historiam Eutropius & Io. Zonaras; quorum hic addit, Cn. Scipionem per literas à Senatu veniam petiisse redeundi domum, vt filia nupturae dotem colligere posset; Senatū verò, ne rediret, filia dotem ex publico decreuisse. Meminit item Valerius Max. lib. iiii. cap. iv. Seneca & Frontinus. Magna principum ciuitatis frugalitas.

Q. Mucius. P. f. * P. n. * Scauola. Propr. Sardiniam prorogato imperio cum duabus legionibus obtinuit: Liuius.

M'. Pomponius. M'. f. M'. n. Matho. Propr. Galliam. cum. duabus. legionibus. obtinuit: quas è castris super Sueffulam accepisse videtur. Aduentante enim ad Nolam Annibale, ipsum inde à Marcello Consule hosti obuiam ituriente accitum tradit Liuius.

M. Valerius * P. f. P. n. * Læuinus. Propr. Brundisium. atque. oram. maritimam. Græcia. cum. vna. legione. &. classe. priore. prorogato. imperio. obtinuit. Oricum sociam urbem à Philippo rege occupatam recepit, & Apolloniates ab eodem obsessas, quia deficere à Romanis nolebant, subitaneo flagitantibus misso auxilio, liberauit, castris hostium nocturna irruptione captis. Tum rex ipse sicut somno excitus erat, propè feminudus ad flumen nauesque confugit. At vbi fluminis ostium classe Prætoris obsessum intellexit, nauibus incensis terra Macedoniam petiit. Romana classis cum M. Valerio Orici hibernauit: Liuius lib. xxiv. Zonaras. Insignis M. Læuii victoria de rege Philippo.

Proquæstorib.

- f. .. n. .. Q. Scauola. propr. in Sardinia.
- f. .. n. .. M'. Mathonis. propr. in Gallia.
- M. Æmilius * M. f. M. n. * Papus. L. Veturius. L. f. L. n. Philo.

ANNI P. R. C. D X L.

Consules.

Q. Fabius. Q. f. Q. n. Maximus. Ti. Sempronius. Ti. f. Ti. n. Gracchus. II.

CONSULES Q. Fabium & Ti. Sempronium II. adferunt Cassiodorus & Marianus; Maximum & Gracchum II. tabulæ Græcæ vel Siculæ. Liuius autem comitia Consularia in hunc annum habita fuisse scribit à Q. Fabio Maximo Consule, & creatos absentes Q. Fabium Consulis filium, qui tum Prætor erat, & Ti. Sempronium Gracchum II. qui procos. Luceriam obtinebat. Idem testatur Claudius Quadrigarius annalium libro sexto, cuius hæc verba citat Gellius in Noctibus Atticis libro II. cap. II. Deinde facti Consules Sempronius Gracchus iterum, & Q. Fabius Maximi filius, eius qui priore anno erat Consul. Ei Consuli pater procos. obuiam in equo venit, neque descendere voluit, quia pater erat. Et quia inter eos sciebant maxima concordia conuenire, lictores non ausi sunt descendere iubere. Vbi iuxta venit, tum Consul ait: Descendere iube. Quod postquam licitor ille, qui apparebat, citò intellexit, Maximum procos. descendere iussit. Fabius imperio parer, & filium collaudauit, quum imperium, quod populi esset, retineret. Eadem qua Quadrigarius de Q. Fabij erga magistratum maiorem reuerentia, recensent etiam Plutarchus, Cicero, Liuius, & Valerius Max. libro II. cap. II. Legatum filio tamen, non procos. Fabium patrem fuisse tunc, plures consentiunt. Imperij maiestas publica priuatis necessitudines quas cum que superat.

Bellum vndecumque cum Annibale Consulibus mandatum, & exercitus duo, vnus quem ipse Sempronius habuerat, alter quem Fabius Consul prioris anni. Eæ binæ erant legiones: reliqui exercitus inter alios diuisi. Prorogata imperia ac prouinciæ Marcello, Lentulo, ac Crasso in Sicilia; M. Valerio in Græcia, Q. Mucio in Sardinia, C. Terentio in Piceno. Duæ insuper legiones nouæ conscriptæ, ad vrbis praesidium, & viginti milia fortiorum; supplementumque in alias lectum est. His ducibus, his copiis Romanum imperium eo anno aduersus hostes munitum est. Prouinciarū ac legionum distributio.

Consules, procuratis ex decreto pontificum prodigiis, profecti sunt ad exercitus, Sempronius in Lucanos, Fabius in Apuliam: hic Arpos primum expugnauit, vbi ipsa in vrbe

Arbi Colonia quomodo Poenis expulsi in fidem Romanorum redierit. Roma incendium.

per mutua colloquia ciues, antequam ad arma venirent, ad Romanos defecerunt. Hispani simul paulominus mille transfierunt, reliquoque deinde Punico praesidio quinque fere milium expulso, vrbs sine clade recepta est. Romae scdum incendium per duas noctes & diem vnum magnam vrbs partem vastauit. Annibal interim in agro Tarentino, spe per proditionem eius vrbs potiunda, aestatem consumpsit. In Brutiis Consentini & Terinati in fidem populi Romani redierunt. Sempronius Consul in Lucanis multa, sed parua praelia fecit, aliquot oppida Lucanorum expugnauit: Liius libri xxiv. fine, & xxv. principio.

C. Claudius Ap. f. C. n. Centho. Dict
Q. Fuluius. M. f. Q. n. Flaccus. Mag. eq.
Comitiorum habend. causa.

Comitiorum Consularium tempus cum instaret, quia Consules bello intentos auocare non placebat, Ti. Sempronius Consul comitiorum causa Dictatorem dixit C. Claudium Eranthonem, ab eoq; magister equitum dictus est Q. Fuluius Flaccus. Ambo Consulares erant, & reperiuntur eorum nomina in tabulis Capitolinis. Dictator primo comitiali die creauit Consules Q. Fuluium Flaccum magistrum equitum, & Ap. Claudium Pulchrum, cui Sicilia prouincia in praetura fuerat. Comitii Consulium Praetorumq; perfectis, Dictator magistratu abiit: Liius lib. xxv. Ceterum Appius superioribus etiam comitiis petiisse, ac repulsam passus videtur. Scribit enim libro praecedenti Liius, Marcellum procos. aestatis exitu, cum ad Syracusarum obsidionem reuersus esset, Ap. Claudio Romam ad Consulatam petendum misso, T. Quinctium Crispinum in eius locum classis castrisque veteribus praefecisse.

Prætores.

M. Atilius * L. f. L. n * Regulus. Vrbanam. iurisdictionem. sortitus. obtinuit, simul cum peregrina collegæ M. Æmilij. Religionum peregrinarum, quibus plebs urbana tum occupabatur, pellendarum causa ex S. C. edixit, Vt quicumque libros vaticanos, precationesve, aut artem sacrificandi conscriptam haberet, eos libros omnes, literasque ad se ante Kal. Apriles deferret. Neu quis in publico sacrove loco, nouo aut externo, ritu sacrificaret. Marcij vatis libros ista inquisitione inuentos P. Cornelio successori suo tradidit. De publicanorum fraude, ac ementitis naufragiis ad Senatum rettulit. At Patres publicanorum ordinem tam dubio tempore offensum nolentes rem dissimularunt: Liius libro xxiv. & xxv.

Ædiliæ Atilianæ ex S. C. de religione peregrinæ ex vrbe polluta. Improborum librorum inquisitio. De publicanorum fraudum de reletum ad Patres.

M. Æmilij. M. f. M. n. Lepidus. Inter. ciues. & peregrinos. iurisdictionem. sortitus. erat, sed eadem Atilio collegæ mandata, Luceriam prouinciam obtinuit, legionisque duas. quibus Q. Fabius, qui tum Consul erat, Praetor praefuerat: Liius libro xxiv.

P. Sempronius. C. f. C. n. Tuditanus. Ariminum & Galliam cum duabus legionibus obtinuit M. Pomponio succedens. Aeternum cum multis hominum milibus, & æris argenti que aliquantum cepit, vt Liius ibidem.

Cn. Fuluius. Cn. f. Cn. n. Centumalus. Castra supra Suesulam cum duabus vrbanis legionibus obtinuit. Equites cxii. nobiles Campanos à Capua transfugientes in fidem accepit: Liius.

Ædiles curules.

P. Cornelius. P. f. L. n. Scipio. Qui postea Africanus appellatus est.

M. Cornelius. M. f. M. n. Cethegus. Qui postea Consul & Censor. P. Scipioni aedilitatem petenti cum obsisterent Tribuni plebis, negantes rationem eius habendam esse ob aetatem nec dum maturam ac legitimam: Si me (inquit) Quirites aedilem facere volunt, satis annorum habeo. Tanto inde fauore ad suffragia ferenda in tribus discursum est, vt Tribuni repente incepto desisterint. Aedilitia eorum largitio hæc fuit. Ludi Romani pro temporis illius copiis magnifice facti, & diem vnum instaurati, & congij olei in vicis singulos dari. Hæc fere Liius lib. xxv. Agebat autem annum ætatis xxi. Scipio, cum hanc aedilitatem peteret longe ante tempus legitimum, quaesturam insuper omitens, ad quam petendam nemo fere ante annum ætatis xiiix. se offerre solebat. Polybius ex alijs annalibus libro x. scribit, P. Scipionem hunc magistratum cum fratre L. Scipione petiisse, suaque apud populum gratia, licet minorennis esset, obtinuisse. In eadem que sententia

Virtutis efficacia in P. Scipione adulescente.

Aedilitia largitio.

tentia est Velleius Paterculus, dicens germanorum fratrum in ædilitatis magistraturam unicum fuisse collegium in solis Scipionibus. Sed hæc isti ex aliis auctoribus, quam quos Livius sequitur.

Ædiles plebis.

L. Villius * L. f. L. n. * Tappulus. M. Fundanius * C. f. C. n. * Fundulus. Inculati grauter à Senatu sunt, quod peregrina in vrbe, quæ passim fiebant, sacrificia non prohiberent. Et cum eam sacrificulorum multitudinem ipsi & III. viri capitales è foro pellere, & disijcere apparatus conati essent: haud procul abfuit, qui violarentur. Matronas aliquot apud populum probri accusarunt, quasdam ex iis damnatas in exilium egerunt. Ludos plebeios per biduum instauratas & Iouis epulum ludorum causa fecerunt: Livius lib. xxv. Ceterum ex Villiorum cognomine Tappulus, tertius ædilis errore librariorum in Livianis aliquot exemplaribus est enatus: nam ita perperam leguntur, L. Iulius, T. Appulus, & M. Fundanius Ædiles plebei. Non enim simplici mendo Iulius, pro Villius; T. Appulus, pro Tappulus, in his legitur.

*Superstitio-
nis vis.
Matronarum
probra puni-
ra.
Ludi instaurati.
Livius castigandus.*

Tribuni plebis.

L. Cæcilius * Q. f. Q. n. * Metellus. Superiore anno Quæstor à Censoribus notatus, populi tamen favore, nouo confestim magistratu hoc accepto, in pristinum gradum restitutus videtur. Quod tamen mirum, si seueritatem morum eius sæculi consideremus. Metellus cum magistratum hunc iniisset, P. Furio, & M. Atilio Censoribus diem dixit ad populum: quia Quæstorem eum adempto equo tribu mouerant, atque ararium fecerant, propter coniurationem deferendæ Italiæ Canusij factam. Sed nouem Tribunorum auxilio vetiti Censores causam in magistratu dicere, dimissi sunt: Livius libro xxiiii.

Censores res ad populum facti absolutuntur.

.. .. f. .. n. ..
.. .. f. .. n. ..
.. .. f. .. n. ..
.. .. f. .. n. ..
.. .. f. .. n. ..

L. Licinius. .. f. .. n. Pollio. Legatus postea à Senatu missus ad Consulem veneratum T. Quinctium Crispinum, vt Livius libro xxvii.

C. Mammius * L. f. L. n. Vitulus * Qui in Livio mendosissime, C. Manlius Atellius, vel Manilius Atelius in quibusdam exemplaribus variatur, vbi eum Curionem maximum è plebe primum creatum scribit lib. xxvii. Idem enim esse videtur, qui postea Prætor Siciliae fuit.

L. Porcius * M. f. * .. n. Licinius. Q. Catius .. f. .. nepos.
P. Licinius. P. f. P. n. Crassus. Diues. C. Fulvius * M. f. Q. n. Flaccus *
L. Lucretius. .. f. .. n. * Gallus * L. Anicius. M. f. .. n. Gallus.
[A. Trebius. L. f. L. nepos.]

Quæstores vr bani.

.. .. f. .. n. ..

Quæstores prouinciales.

.. .. f. .. n. .. Q. Maximi } coss. in Italia aduersus Annibalem
.. .. f. .. n. .. Ti. Gracchi } in Apulia.
.. .. f. .. n. .. P. Scipionis } procos. in Hispania.
.. .. f. .. n. .. P. Tuditani } pr. in Gallia.
.. .. f. .. n. .. Cn. Fului. } pr. in Campania.
.. .. f. .. n. .. Ostiensis } in Latjo.

M. Fulvius * Q. f. M. n. * Flaccus. Quem Livius libro xxxi. principio x. virum agris dandis creatum nominat, inter Consulares & Prætorios, videtur vnus ex filiis Q. Flacci quartum Consulis & Censoris, qui Capuam expugnauit. Reperiuntur plures denarij cum Romæ & Castoris, in quibus exstat eius nomen, M. FVLVI. Q. F. FLACCVS.

M. Acilius * L. f. L. n. * Glabrio. Legatus triennio post ad Ptolomæum regem missus est, vt Livius xxxvii.

A. Hostilius. // . f. // . n. Cato. C. Hostilius. // . f. // . n. Cato. Ambo postea simul Prætores, & deinde x. viri agris dandis reperiuntur apud Liuium libro xxxi.

Ti. Claudius * Ti. f. Ti. n. * Afellus. Ille qui biennio antè, Romanus eques adhuc, ante Capuam prouocatore & hospitem suum Iubellium Tauream duello equestri vicit, ac profligauit; vt pulchrè Liuius, & alij memorant. Anno abhinc seprimo reperitur Prætor.

Sp. Lucretius. // . f. // . n. * Gallus * Videtur frater fuisse M. Lucretij Galli paulò post Tribuni plebis apud Liuium, qui & hunc Ædilem plebis, & Prætozem suo anno recenset libro xxvii.

Sex. Iulius * C. f. C. n. * Cæsar. Qui postea Prætor Siciliam obtinuit: Liuius teste.

L. Valerius // . f. // . n. Antias. E classe præfidiaria Calabriae præfectus legatos regis Macedonum Philippi atque Annibalis, per quos de fœdere ac belli societate inter ipsos erat actum, comprehensos Romam ad Senatum deduxerat, vt Liuius libro xiiii. Videndum an ne hic historias scripserit.

Prouinciæ.

C. Terentius // . f. // . n. Varro. Procos. Picenum. prorogato. imperio. cum vna cui iam diu præerat, legione obtinuit: Liuius libro xxiv.

M. Claudius. M. f. M. n. Marcellus. Procos. Siciliam. prorogato. imperio. obtinuit. Finibus iis, quibus regnum Hieronis fuerat. Obsidionem Syracusarum continuauit: Liuius, & alij iam antè nominati.

P. Cornelius L. f. L. n. Scipio. Procos. Hispaniam. prorogato. imperio. obtinuit. Cum Suphace Numidarum rege contra Pœnos bellum gerente societatem amicitiamque fecit, & Celtiberorum iuuentutem eadem mercede, qua cum Pœnis conuenerat, ad sua castra perduxit. Nec antea mercenarium militem Romanos in castris habuisse, Liuius memoriam prodidit libri xxii. fine. Vide Appianum in Iberica, Orosium libro quarto, cap. xvi.

*Societas belli
cum Suphace
Numidarum
rege contra
Pœnos.
Mercenarius
miles apud
Romanos
primum.*

P. Cornelius * P. f. L. n * Lentulus. Propr. Siciliam. prorogato. imperio. obtinuit iis, quibus antè prouincia fuerat finibus: Liuius lib. xxiv.

T. Otacilius * T. f. C. n * Crassus. Propr. Classem. Siciliensem, quam habuerat contra Pœnos, obtinuit. Idem Liuius.

Q. Mucius. P. f * P. n * Scæuula Propr. Sardiniam. prorogato, imperio. duabus legionibus, vetere scilicet exercitu, obtinuit: Liuius ibidem.

M. Valerius * P. f. P. n * Læuinus. Propr. Brundisium. & oram. maritimam. Græciæ. prorogato. imperio obtinuit cum legione & classe quam habebat: Liuius.

Proquæstorib.

// . // . // . f. // . n. // . M. Marcelli. procos. in Sicilia. Suracufanus.

// . // . // . f. // . n. // . P. Lentuli propr. in Sicilia Lilubetanus.

// . // . // . f. // . n. // . Q. Mucij propr. in Sardinia.

L. Cornelius * L. f. L. n. Lent. Caudinus. M. Valerius * L. f. M. n * Messalla

C. Poblucius // . f. // . n. Bibulus.

ANNI P. R. C. DXLI.

Consules

Q. Fuluius M. f. Q. n. Flaccus. III. Appius Claudius P. f. Ap. n. Pulcher.

ITa rectè recensent hos Consules Liuius lib. xxv. Marianus & Cassiodorus, Plutarchus in comparatione Fabij & Periclis, Fuluium & Ap. Claudium nominat: Sex. Pompeius autem De vocabulis prisicis, quorum prima est S litera, Claudium & Fuluium: tabulæ verò Siculæ vel Græcæ, Pulchrum & Flaccum, quæ ipsorum sunt cognomina.

Con-

Consulibus bellum cum Annibale, & binæ legiones decretæ sunt, quas alter à Q. Fabio superioris anni Consule, alter à Cn. Fulvio Centumalo Prætor acciperet, supplementum in eas quisque sibi scriberet. Ti. Sempronio Graccho & P. Sempronio Tuditano imperium, Prouinciæque Lucani, & Gallia prorogatae sunt: Marcello, Lentulo, & Otacilio item in Sicilia: M. Valerio, Q. Mucio, ac P. Scipioni etiam in Græcia, Sardinia & Hispania. Ad veteres exercitus nouæ duæ vrbanae legiones à Consulibus scriptæ sunt, summaque trium & viginti legionum eo anno effecta est. Hæc Liuius libro xxv. de illius anni bellico apparatu Romanorum:

*Prouinciariæ
& legionum
distributio.*

Obsides Tarentini, qui Romæ in atrio Libertatis seruabantur, è custodia fugientes in itinere comprehensi, & à Terracina retracti, in comitio Romæ virgis cæsi, & de Saxo, populo approbante, deiecti sunt. Huius atrocitas pænæ plurimum nobilissimarum in Italia Græcarum ciuitatum animos ad defectionem irritauit. Nam Annibal Tarentum prodicione quorundam ciuium adiutus cepit, præter arcem iuxta portum, in quam præfidiarij Romani milites cum Præfecto C. Liuiio confugerunt. Annibal Romanorum hospitia, quæ in vrbe erant, diripienda militibus dedit; arcem quam videbat inexpugnabilem esse, fossa, muro, & vallo ab vrbe separauit. Interea cum ambo Consules in Samnio ad Bouianum castra haberent, viderenturque tandem circumfessuri Capuam: Campani ad Annibalem legatos miserunt, orantes vt frumenti copiam ex propinquis locis Capuam conuehi iuberet. Quod Anno dux ex Bruttis in Campaniam cum exercitu missus facere iussus est: sed eundem Q. Fuluius Consul ad Beneuentum castra habentem, vt inde frumentum Capuam mitteret, summo diluculo aggresso prælio ingenti vicit, castra magno conatu expugnauit, in quibus sex milia hostium cæsa sunt, septem milia capta cum frumentatoribus, & ingenti præda, omnique apparatu annonæ Campanorū. Dum hæc in Campaniam Consules gerunt, Metapontini & Thurij Tarentinos sequuti, ad Annibalem quod defecerunt. Capua mox à Consulibus obsideri cœpta est, ad eam liberandam Annibal castra ad Capuam mouit; vbi collatis signis æquo Marte pugnatum est, ac decessum, Annibale aliam fortunam sequente, qui in Lucanos traduxit exercitum, vbi M. Centenium Penulam cum tironum exercitu prostrauit, & occidit. Capuam interim vi summa munitionibusque Consules circumfederunt, circumuallaruntque: Liuius libro xxv. Polybius libro vii. Appianus in Anniblica: Zonaras, Florus, Orosius, & alij.

*Obsidum Tarentinorum fuga & pænna.
Tarentum prodicione cepit Annibal.*

Q. Fuluij eos, victoris ad Beneuentum de Annonæ Penno. Metapontini & Thurij deficiunt ad Annibalem. Capua à Consulibus obsideri cœpta. M. Centenium Penula ab Annibale victus.

Prætores

P. Cornelius. P. f. P. n. Rufinus. Qui. in. hoc. honore. Sulla. appellatus. est. vtramque. iurisdictionem. sortitus. obtinuit, quæ duorum antea fors fuerat. Comitia habuit ex S. C. plebisque scito, quibus creati v. viri muris turribusque reficiendis, & 111. viri bini, vni sacris conquirendis, donisque persignandis, alteri reficiendis ædibus Fortunæ, Matris Matutæ intra portam Carmentalem, & Spei extra portam, quæ prior anno incendio consumptæ fuerant. De Marcij vatis carminibus à M. Atilio Prætor acceptis rettulit ad Senatum; & ex iis, librorumque Sibullinorum responso ludos Apollinæ peregriini hostis ex Italia pellendi causa primus fecit, & quotannis à Prætor vrbano faciendos vouit. Vtique populus per eos ludos stipem Apollini, quantum commodum esset, conferret, ex Marcij vatis carminibus edixit. C. Seruilius legatum ex Patrum auctoritate in Etruriam ad frumentum cœmendandum misit, utque naues aliquot onustas ad arcem Tarentinam deduceret, iussit. M. Centenio Penulæ primipili centurioni Senatum dedit, qui impetrato exercitu octo milium, eodemque propè ex voluntariis duplicato, in Lucanis temerè cum Annibale congressus, cum omnibus copiis ad internecionem cæsus & occisus est. Ex Cn. Fuluij Prætoris, & M. Centenij copiis ab Annibale cæsis reliquias collegit: & de exercitu Volonum milites, qui occiso Graccho procos. castra tamquam morte Imperatoris exauctorati deseruerant, cum cura conquistos ad signa redire iussit. Ex S. C. Consulibus scripsit, vt priusquam clauderent Capuam operibus, potestatem Campanis facerent, vt qui eorum vellent, exirent ab Capua, suasque res secum auferrent; liberos fore, suaque omnia habituros, qui ante Idus Martias exissent. Quæ spreta omnino à Campanis fuere. Hæc diffusè Liuius libro xxv. & xxvii. Macrobius libro Saturnalium primo auctor, P. Cornelium Rufinum x. virum fuisse sacrorum, & Sibullam cognominatum fuisse primū, quod ex libris Sibullinis ludos Apollinæ instituerat, eundemque mox corrupto vocabulo Sullam dici cœpisse. Hinc L. Sulla rerum gestarum libro secundum ita scripsit: P. Cornelius cui primū cognomen Sullæ impositum est, flamen Dialis captus. Ludos verò Apollinæ his Consulibus primū factos fuisse etiam Sex. Pompeius,

v. viri, & 111. viri bini creati extra ordinem. Fortuna, Matris Matutæ & Spei sacra ædes. Marcij vatis carmina Roma inuenta Sibullinis Oraculis cœgrua. Ludi Apollinæ primi Roma facti.

Cur P. Cornelius Prætor Sulla sit appellatus.

peius, ex Verrio Flacco, & Sinnio Capitone tradit, quos populus laureatus spectabat, stipe data pro cuiusque copia.

M. Iunius. // . f. // . n. Silanus. Tuscos. prouinciam. fortitus. obtinuit. cum prioris anni duabus legionibus vrbis. Cum obsidere Capuam Consules pararent, comparandæ annonæ cura eidem est commissa: Liius libro xxv. vbi mendosè quodam loco Mucius Prætor, pro M. Iunio legitur in exemplaribus aliquibus.

C. Claudius. Ti. f. Ti. n. Nero. Sueffulam fortitus obtinuit cum legione quæ in Piceno sub C. Terentio procos. fuerat. Postea à Consulibus excitus, relicto ad Sueffulam in Claudianis castris modico præfidio, ceteris cum omnibus copiis ad Capuam descendit. Atque ita tria prætoria circa Capuam erecta sunt, tres exercitus diuersis partibus vrbem obsedere: Liius libro xxv.

Tris prætoris ad Capuam tribus castris obsessam.

Cn. Fuluij Prætoris clades.

Cn. Fuluius. M. f. Q. n. Flaccus. Frater Consulis Q. Fuluij. Apuliam fortitus obtinuit cum legionibus, quæ Luceriæ sub M. Æmilio Prætoris fuerant. Vrbes quasdam Apulorum, quæ ad Annibalem descuerant, cepit. Mox successu elatus, disciplinam militarem neglexit, & cum Annibale ad Herdoneam temerè congressus male pugnavit, fugatus cum equitibus ducentis, & castris exutus sedecim hominum milia perdidit. Anno sequenti reus ad populum ob res malè administratas factus, in exilium abiit: Liius libro xxv. Orofius libro quarto cap. xvi. Valerius Max. libro 11. cap. viii. Cn. Fuluium Flaccum scribit triumphandi honorem à Senatu oblatum ob res benè gestas spreuisse, postea tamen exilio pœnas dedisse. Ex quibus auctoribus hoc scribat Valerius, obscurum mihi est: ex Liuiana certè historia de triumpho oblato nihil colligere possumus.

Ædiles curules.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

C. Sulpitius * C. f. C. n. Gallus * P. Manlius * P. f. P * Vulfo.

Ædiles plebis.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

L. Cincius * L. f * // . n. Alimentus. T. Popillius * T. f. T. n * Sabellus.

Tribuni plebis

Ex S. C. ad populum tulerunt, vt qui minores septem & decem annis sacramento dixissent, iis perinde stipendia procederent, ac si decem ac septem annorum aut maiores nati milites facti essent: Liius xxv.

Sp. Caruilius * Sp. f. Sp. n * Maximus. L. Caruilius * Sp. f. Sp. n. * Maximus. M. Postumio Pyrgensi, publicanisque focis, quod Rempublicam in iis, quæ exercitibus præbere debebant, circumuenissent, & ementiti essent facta naufragia; vel, quæ facta erant, ipsi procurassent, ducentum milium æris multam dixerunt. Cuius certandæ apud populum cum dies adesset, ne causam dicerent, factione suorum impetu in Tribunis ac plebem facto concilium disturbarunt. Senatus vim contra rempublicam factam esse decreuit, Caruiliisque Tribuni plebis, ommissa multæ certatione, rei capitalis diem Postumio dixerunt, ac ni confestim vades daret, prehendi & in carcerem duci iusserunt. Postumius vadibus datis, iudicij die non adfuit. Absenti exilium plebiscito decretum, bonisque venditis aqua & igni interdictum. Singulis deinde eorum, qui turbæ ac tumultus auctores, qui que fraudis commissæ conscij fuerant, Tribuni plebis rei capitalis diem dixerunt: plures damnati, & in carcerem coniecti, plerique periculum vitantes sponte in exilium abierunt. Vide Liuium libro xxv.

Publicanorum quorundam contra rempublicam factio vt puniret.

C. Seruilius. // . f. // . n. Casca. Propinquus cognatusque erat reo Postumio, & in ipso spes vna videbatur esse intercessionis. Et antequam tribus prima vice ad suffragium vocarentur, publicani instare, vt concilio diem eximeret. Sed reclamante nimium populo, Casca pudore & metu absterritus est: Liius.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Q. Cæcilius. L. f. L. n. Metellus. P. Licinius * C. f. P. n * Varus.
 [C. Sallonus. C. f. C. n. Sarra.] [M. Scantius. Q. f. M. nepos.]
 [P. Silius. P. f. Q. n. Nerua.] [M. Silius. M. f. Q. n. Nerua.]
 [Sex. Staius. Sex. f. Sex. nepos.]

Quæstores urbani.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciales.

//. // . // . f. // . n. // . Q. Fuluij cos. } in Italia.
 // . // . // . f. // . n. // . Ap. Claudij cos. }

Cn. Cornelius. L. f. L. n. Lentulus. Ti. Gracchi procos. per insidias ad Calorem annem occisi caput ab Annibale missum accepit, funus in castris magnificè celebravit. Exercitum eius iussu Consulum ex agro Beneuentano ad Capuam duxit. Hæc ferè Liuius ex quorundam annalibus, libro xxv. Cn. Lentuli magistratus alij sequentur. Quæstorem vocat Liuius: videtur que Calenus Quæstor in Campania tum fuisse Præfectus castris Gracchianis ad Beneuentum, cum ibidem funus Imperatoris cum exercitu & Beneuentanis fecerit.

//. // . // . f. // . n. // . Cn. Fuluij. pr. in Apulia.
 // . // . // . f. // . n. // . Q. Scauolæ propr. in Sardinia.
 // . // . // . f. // . n. // . Oltiensis.

Cn. Seruilius. Cn. f. Cn. n. Cæpio. Cuius nomen ita in Capitolinis tabulis reperitur. Is idem, qui augur erat factus anno superiore, vt apud Liuium legitimus. Eius auus videtur fuisse Cn. Cæpio, qui cos. fuit anno vrbis D. Verum patris Cn. Cæpionis magistratus non reperimus in ista historiarum inopia.

Ser. Cornelius * L. f. L. n * Lentulus. Qui post ædilitatem curulem sub P. Scipione procos. Tribunus militum fuit in Hispania, sicut Liuius testatur libro xxxix. vbi tamen malè Sex. Cornelius Lentulus appellatur. Nam hoc prænomen in patricia gente Cornelia nusquam reperio. Frater videtur esse L. & Cn. Lentulorum, qui postea simul Ædiles curules fuere, quorum alter Lucius in tabulis Capitolinis cos. reperitur.

Cn. Octauus * Cn. f * // . nepos. Hic pater Cn. Octauij, qui Prætor anno DXXCVI. naualem de rege Perse triumphum insignem duxit, vt suo in annali declarabimus latius. Liuius hunc Ædilem, & mox Prætorem postea memorat.

M. Iunius * M. f * // . n. Pennus. Reperimus Ædilem & Prætorem in Liuiio. At patrem vt opinemur fuisse eius M. Iunij Penni, quem Consulem anno DXXCVI. reperimus in marmoribus Capitolinis, interuallum temporis non obstaculo est.

M. Pomponius * M. f. M. n * Matho. Cuius pater Consul fuerat & pontifex. Hunc Ædilem & Prætorem inuenimus in Liuiio.

Q. Lutatius * Q. f. Q. n * Catulus. Anno ab hinc octauo missus legatus cum M. Pomponio Delphos è Senatu, ad donum Apollini ferendum coronam auream cc. pondo; & simulachra spoliolorum ex argenti mille pondo facta de præda occisi ad Metaurum Afrubalis: vt Liuius libro xxviii.

M. Æmilius * L * f. // . n. Regillus. Qui Flamen Martialis est mortuus anno D XLVII. vt testatur Liuius libri xxix. principio.

Prouinciæ.

Ti. Sempronius. Ti. f. Ti. n. Gracchus. Procos. Lucanos cum veterè Volonum exercitu obtinuit. Beneuentum à Consulibus Capuam obsidere volentibus cum equitatu ac leui armatura euocatus, ab hospite suo Flauio Prætore Lucano proditus, & in insidias à Magone Pæno positas deductus, cum lictoribus ac vna turma equitum occisus est. Caput illius (cuius tantum hostes potiti erant) ab Annibale ad Romana castra remissum quidam tradunt: alij ab ipso Annibale in vestibulo castrorum Punicorum exstructo rogo, exequias dignè celebratas fuisse volunt: Liuius libro xxv. Valerius Max. libro quinto cap. primo de eadem re sic scribit: Annibal, Ti. Gracchum Lucanorum circumuen-

*Virtutis ma-
iestas princi-
pem nec in
funere dese-
rit.*

cumentum infidiis cum summo honore sepulture mandauit, & ossa eius in patriam portanda militibus nostris tradidit.

*Syracuse
post longam
obfidionem
expugnata.*

M. Claudius. M. f. M. n. Marcellus. Procos. Siciliam. ac bellum Suracusanum prorogato imperio obtinuit. Syracusas triennio ferè obfessas tandem expugnauit. Epicidem Siculum, ac Annonem Pœnum duces hostium ad Himeram prælio vicit. Rei gestæ historiam pulchrè lateque describunt Liuius, Polybius, Plutarchus, Orosius, Zonaras, & alij: quam nos breuitatis causa prætermittimus.

Duorum Scipionum fratrum clades miserandam in Hispaniis. Eorum exitus.

P. Cornelius. L. f. L. n. Scipio. Procos. Hispaniam. prorogato imperio. obtinuit. In prælio. occisus. est. Ipse enim & Cn. Scipio frater de finiendo in Hispania bello cum cepissent consilium, diuisis bifariam copiis, plures hostium duces distrahere, ac simul aggredi constituunt: sed à mercenariis Celtiberis deserti & imbecilliores tacti, diuersis locis ab hostibus circumuenti, ad internecionem cæsi opprimuntur. Publius in prælio contra Massaniisam ac Indibilem lancea dextro latere traiectus cecidit. Cn. Scipio omnibus hostium postea copiis oppugnatus cum diu restitisset, vndetrigesimo post fratris mortem die, castris captis, & ipse in pugna occisus est. Et amissa haud dubiè tunc Hispaniæ possessio fuisset, nisi L. Marcij equitis Romani virtute & industria, collectis hinc inde in vnum corpus exercituum reliquis, res Hispanicæ feliciter fuissent sustentatæ. Cuius ductu intra diem ac noctem bina hostium castra expugnata ex improuiso fuerunt, ad triginta septem hostium milia cæsa, capti ad mille octingenti triginta, prædaque iugens abducta est: Liuius libro xxv. Polybius, Appianus in Iberica, Zonaras, & alij.

L. Marcij eques Rom. res ibidem restituit. Eius insignis victoriæ.

P. Sempronius. C. f. C. n. Tuditanus. Propr. Ariminum. in. Gallia. prorogato imperio. cum. suo. exercitu. obtinuit: Liuius lib. xxv.

Senatus decretum de relegatis in Siciliam.

P. Cornelius * P. f. L. n * Lentulus. Siciliam. Propr. prorogato imperio. qua. vetus. prouincia. fuerat. obtinuit. cum exercitu, quem habebat ex clade Cannensî, & relegatorum reliquiis. Quibus liberaliorem militiam flagitantibus, legatos ad M. Marcellum procos. mittere permisit. Marcellus de militum postulatis Senatui per litteras consuluit. Senatus autem ita decreuit: Militibus, qui ad Cannas commilitones suos pugnantibus deseruissent, non videri Rempubl. committendam esse: si M. Claudio procos. aliter videretur, faceret quod è republica, fideque sua duceret: dum nequis eorum munere vacaret, neu dono militari donaretur, neu in Italiam reportaretur, donec hostis intra Italiam esset: Liuius libro xxv.

Magna præda ex Africa in Siciliam aduectâ.

T. Otacilius * T. f. C. n * Crassus. Propr. Classem. Siciliensem. contra Pœnos. prorogato imperio. obtinuit. Cum quinquere milibus octoginta Vtricam ab Lilubæo transmisit, & portu agrisque vicinis depopulatis, tertio die Lilubæum, quam inde profectus erat, cum centum triginta onerariis nauibus frumento prædaque onustis rediit, Suracusanumque exercitum penuria laborantem annona tempestiua iuuuit: Liuius ibidem.

M. Valerius * P. f. P. n * Læuinus. Propr. Brundisium. & oram. maritumam. Græciæ. cum. classe. quam habebat, obtinuit: Liuius.

Q. Mucius. P. f * P. n * Scauola. Propr. Sardiniam prorogato imperio cum vetere exercitu obtinuit: ibidem.

Proquæstorib.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. M. Marcelli. Procos. Suracusanus. in Sicilia. Captis Suraculis cum præsidio ad Nassum missus est, vt pecuniam regiam acciperet, in rationes referret, custodiretque: Liuius libro xxv.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. P. Scipionis procos. in Hispania.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. Ti. Gracchi. procos. in Apulia.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. P. Tuditani. propr. in Gallia.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. P. Lentuli. propr. Lilubetanus. in. Sicilia.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. Q. Mucij. propr. in. Sardinia.

L. Cornelius * L. f. L. n * Lent. Caudinus. Sp. Lucretius. ///. f. ///. n * Gallus. *

Ti. Claudius * Ti. f. Ti. n * Afellus. Sex Iulius * C. f. C. n * Cæsar.

C. Poblicius ///. f. ///. n. Bibulus. M. Æmilius * M. f. M. n * Pâpus.

A N-

ANNI P. R. C. DXLII.

Consules.

P. Sulpicius. Ser. f. P. n. Galba. Cn. Fuluius Cn. f. Cn. n.
 Maximus. Centumalus.

Ex S. C. P. Cornelius Prætor vrbanus litteras Capuam ad Consules misit, dum Annibal procul abesset, alter eorum si ita videretur, ad magistratus subrogandos Romam veniret. Litteris acceptis Consules inter se compararunt, vt Claudius comitia perficeret, Fuluius ad Capuam maneret. Consules Claudius, habitis Romæ comitiis, creauit Cn. Fuluium Centumalum & P. Sulpicium Sex. f. Galbam, qui nullum antè curulem magistratû gesserat, vt refert Liuius libri xxv. sine. Rarum igitur quid tunc erat, ex Quæstura ad Consulatum salire. Produntur itaque Consules huius anni à Cassiodoro, Oroliio, Eutropio, ac Mariano P. Sulpicius, Cn. Fuluius: in tabulis Græcis Galba, & Centumalus. Addunt Galbæ in secundo consulatu & Maximi cognomen tabulæ Capitolinæ. At in Sex. Pompeio Festo, vbi de Apollinaribus ludis scribit, hi Consules falsis prænominibus C. Sulpicius & C. Fuluius appellantur.

Prorogata in annum imperia prouinciæque Consulibus prioris anni Claudio Fuluioque ad Capuam, decretique exercitus quos habebant: adiectumque, ne à Capua, quam obsidebant, abscederent, priusquam expugnassent. Item M. Marcello procos. prorogatum imperium in sua prouincia, vt reliquias belli in Sicilia conficeret. Et Prætoribus superioris anni M. Iunio in Etruria, P. Sempronio in Gallia, T. Otacilio & M. Valerio ad Sicilia Græciæque oras maritimas prorogata imperia & sui exercitus atque classes: centum naues Otacilio cum duabus legionibus decretæ, & quinquaginta Valerio cum vna legione. Tribus & viginti legionibus Romanis eo anno bellum terra marique est gestum: Liuius libri xxvi. initio.

*Prouinciarû
& exercitû
distributio.*

*Legiones Ro-
mana xxiii.
Classis cl.
nauium.*

Annibal relicta Tarentinæ arcis oppugnatione, Campanos obsidione leuare cupiens, cum expedito exercitu raptim eo contendit, & post montem Tifata confedit. Dein castra Romanorum ante Capuam summa vi oppugnare cœpit. Quod cum non sine suorum damno, octo quippe milibus Pœnorum & tribus milibus Campanorum cœsis, frustra tentasset: Romam caput ipsum belli cum infesto exercitu petiit via Latina populabundus, & ad Anienem tertio ab vrbe lapide castra posuit. Q. Fuluius procos. à Capua cum parte exercitus ad vrbe defendendam vocatus via Appia Romam proficiscitur: & Capena porta ingressus cum selecto quindecim milium exercitu per vrbe tendens extra Collinam ipse, Consules autem P. Sulpicius & Cn. Fuluius circa portas Collinam Esquilinamque posuere castra. In vrbe, quia multis locis comprimendi tumultus erant qui temereoriebatur, placuit, omnes qui Dictatores, Consules, Censorive fuissent, cum imperio esse donec hostis à muris recessisset. Neutra demû pars pugnam extremam detrectauit, sed bis acies instructas imber ingens grandine & procellis mistus turbauit, & prælium auertit. Quæ res apud Pœnos in religionem versa, vrbe potiundæ spem, tamquam diis uolentibus, etiam Annibali ipsi ademit. Qui inde castra mouens, vrbe relicta, & Capua etiam deserta, in Bruttios abiit. Capua non multò post obsidione victa, desperatis rebus ad ditionem venit, cum principes Campanorum plures, ne in hostium potestatem redigerentur, veneno sibimet mortem consciuissent. Residuum Senatus captiui postea Q. Fuluius procos. securi percussit. Nobiles Campani partim in carcerem conditi, partim per focias ciuitates in custodias dati, & reliqua multitudo ciuium venum publicè data est. Vrbs tectis seruatis aratorum opificumque sedes facta, & ager omnis Capuanus populo Romano publicatus est. Corpus autem nullum ciuitatis permillum nouis incolis, nec Senatibus, nec plebis concilium, nec magistratus: eaque ratione multitudinem ad consensum rebellionemve inhabilem fore putarunt. Præfectus tantum ad iura reddenda quotannis Capuam vt mitteretur, decretum fuit. Consules eius anni, cum ambo Apuliam prouinciam haberent, minusque iam terroris à Pœnis ac Annibale esset, sortiri iussi sunt Apuliam Macedoniamque prouincias. Sulpicio Macedonia, si quid noui tentaret Philippus, euenit, atque is M. Læuino ad oram maritimam successit. Fuluius Romam comitorum causa accersitus est. Pulcherrimè omnia Liuius libro xxvi. Polybius libro ix. Zonaras, Orolius, Eutropius, & alij.

*Annibal ad
obsidionem
Capua sol-
uendam per-
git.
Oppugnatio
castrorû Ro-
manorum
causa.
Romam con-
tendit Pœnus.*

*Extraordi-
naria pro tẽ-
pore imperia
in vrbe.*

*Religionis
terror vrbe
Romam de-
fendit, &
Annibalem
auertit.*

*Capua capta.
Senatus securi
percussus.*

*Nobilitas
carceribus
inclusa.*

*Ciuiû plebs
venudata.*

*Vrbs arato-
rum sedes.
Ager publi-
catus.*

*Præfectus
annuus ad
iura Capua
reddenda ab
vrbe.*

*Consulatum
prouincia.*

Q

Præ-

Prætores.

C. Calpurnius * C. f. * // n. Pifo. Urbanam iurisdictionem fortitus obtinuit. Annibale cum infesto exercitu ad urbem veniente, Capitolio atque arci cum præsidio præfuit: de ludis Apollinaribus faciendis ad Senatum rettulit, & factos in perpetuum ex S. C. vouit, vt Liuius libro xxvi. Igitur hoc anno contigisse opinamur, quæ. Sex. Pompeius de parasito Apollinis ex Verrio Flacco refert: sed quod Prætor hic ibi pro Caio, Marcus Calpurnius appellatur, nescio an librariorum errori sit imputandum. Eius verba sunt hæc ferè: Salua res est, cum saltat senex, quare parasiti Apollinis in scæna disci-
 ent, causam Verrius in libro quinto, quorum prima est P littera, reddit. Quod P. Sulpi-
 cio, Cn. Fuluio Consulibus, C. Calpurnio Pifone Prætoris urbis faciente ludos, subito ad
 arma exierint nuntiato aduentu hostium, victoresque in theatrum redierint solliciti, ne
 intermissi religionem adferrent, instaurandi que essent: inuentum esse ibi C. Pompo-
 nium libertinum mimum magno natu, qui ad tibicinem saltaret. Itaque gaudio non in-
 terruptæ religionis editam vocem nunc quoque celebrari. Sic autem ex Verrio Flacco
 Pompeius Festus, demonstrans his Consulibus, & ludis Apollinaribus secundis, vt Liuius
 etiam congruit, hæc accidisse. Nec dissentit Seruius grammaticus in octauum Æneidos,
 poetæ Virgilij hæc verba declarans:

Ludi Apollinares iterum facti & in perpetuum voti.

Proverbium excusio religionis observatione natum.

* fortis, Quæ rumpere Apollo. vide locum.

— Audax, * quos rumpere Pallas
 Sacra vetat.

Vbi ludis Apollinaribus hæc contigisse affirmat, quo tempore Annibal nuntiatus esset ad portam Collinam ingruere. Aliter tamen in Æneidos tertium commentans, & proverbium explicans; Omnia secunda, saltat senex; ad ludos Megalenses eum casum referre videtur. Verum accuratius ista in Fastis pontificalibus nostris discutiemus.

Liuij locus notatus.

C. Sulpicius * C. f. C. n. Gallus * Peregrinam. iurisdictionem. fortitus obtinuit. In Liuij exemplaribus in ipso fine libri xxv. de prouinciarum pratoriarum fortibus hæc leguntur: Pifoni iurisdictione urbana, Sulpicio Sicilia, Cethego Apulia, Lentulo Sardinia euenit. Hæc autem mutila & omnino corrupta esse, cuiuslibet sequentis libri historiam diligentius legenti constabit. Non enim M. Cethego Apulia, sed Sicilia euenit, vt non vno loco postea demonstrat Liuius. Apulia autem eodem teste Consulium fors fuit, non C. Sulpicij, vel alterius Prætoris. At in alijs exemplaribus Gallia Sulpicio attribuitur, non minus malè; Liuius enim Galliam P. Sempronio prorogatam fuisse affirmat, sicut postea constabit. Restat igitur peregrina fors C. Sulpicio, licet eius nulla fiat mentio in Liuianis exemplaribus, & Apulia superabundet eo loco. Quare vt Liuianæ historiæ congruant supradicta verba sic corrigenda esse existimo: Pifoni iurisdictione urbana, peregrina Sulpicio, Sicilia Cethego, Lentulo Sardinia euenit.

Militum ignominia.

Hispanis bene meritis ager assignatus in Sicilia.

M. Cornelius. M. f. M. n. Cethegus Siciliam fortitus obtinuit. P. Lentuli successor, vt autumo; cuius duas legiones ex reliquijs Cannensibus, ignominiaque à Senatu notatis conflatas accepit. Hæc enim Liuius libri xxvi. principio. Sed memineris, esse illic pro C. Sulpicio ponendum Cethegum, atque hoc modo legi debere: Cethego, cui Sicilia euenit, duæ legiones, quas P. Cornelius habuisset, decretæ; & supplementum de exercitu Cn. Fuluij, qui priore anno in Apulia scedè cæsus fugatusque erat. Huic generi militum Senatus eundem quem Cannensibus finem statuerat militiæ. Additum etiam utrorumque ignominia est, ne in oppidis hibernarent, neve hiberna propius ullam urbem decem milibus passuum ædificarent. Post profectioem Marcelli ex Sicilia, M. Cethegus Prætor ciuitates omnes quæ defecerant, in ditionem accepit. Merico, Hispanisque qui cum eo prius à Pœnis ad Marcellum transferant, ex S. C. Murgantium urbem agrumque assignauit: Liuius libro xxvi. Itaque M. Cethegum rexisse totam prouinciam post abitum Marcelli procos. ex eodem Liuiio colligere possumus: donec sequenti anno successores aduenissent. Ait enim Liuius, Marcelli exercitum iratum, quod cum Imperatore deuectus ex prouincia non esset, ipsiusque etiam legiones, quod in oppidis hibernare vetitæ erant, ad seditionem spectasse: atque inter eas difficultates M. Cornelium Prætozem militum animos nunc consolando, nunc castigando sedasse. Atque eundem, cum Punica classis exercitum nouum absente Marcello exposuisset, tota prouincia delectum habuisse.

L. Cornelius * L. f. L. n * Lentulus. Sardiniam fortitus cum duabus legionibus obtinuit. Q. Mucio succedens, supplementum si opus esset, Consules eidem scribere iussi sunt: Liuius eodem libri xxvi. principio.

Ædiles curules.

P. Licinius. P. f. P. n. Crassus. Diues. Pont. Max. Qui cū anno priore Pontificatum maximum peteret, Ædilitatem quoque curulem petiturus erat, vt auctor est Liuius libro xxv. Eandem verò hoc anno gessisse, ex eiusdem xxvii. fit manifestum, cū anno sequenti Crassum ex Ædilitate ad Censuram gradum fecisse dicat. Meminit etiam Plinius libro xxi. cap. 111. ludorum, quos in hac, vt opinor, Ædilitate fecit. Crassus Diues, inquit, primus auro argentoq; folia imitatus ludis suis coronas dedit. Ex quibus verbis verisimile fit ipsum propria impensā ludorum suorum magnificentiam ampliasse, quæ deinceps gradatim ad insanos luxus, & prouinciarum vsque perniciem excreuit.

Ludorū magnificentiā priuatis Ædilitum sumptibus augeri cepit.

///. ///. ///. f. ///. n. ///

L. Licinius. ///. f. ///. n. Pollio.

Ædiles plebis.

Annibale vrbi imminente comeatus & annonæ copiam castris Romanis extra urbem positis inuohere iussi sunt: Liuius lib. xxvi.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. ///. ///. f. ///. n. ///

C. Aurunculeius ///. f. ///. n. * Cotta * C. Mamilius * L. f. L. n. Vitulus *

Tribuni plebis

Ex auctoritate Senatus ad populum tulere, Vti M. Marcello, quo die urbem ouans iniret, imperium esset: Liuius.

C. Sempronius * C. f. Ti. n. * Blæstus. Cn. Fuluium Flaccum superioris anni Pretorem, quod malè res contra Annibalem gessisset, temeritate & inscitia cladem accepisset, pecunia anquisitum, cū iuratis testibus grauaretur reus, ab ipso scilicet fugæ paurosiq; initium ortum esse affirmantibus, ei perduellionis diem ad populum dixit. Cn. Fuluius, priusquam dies comitorum aderat, fratrem suum Q. Fuluium procos. literis, quamuis miserabiliter ad Senatum scriptis, comeatum Romam à Capua veniendi non impetrasse intelligens, Tarquinius exulatum abiit. Id ei iustum exilium esse plebs sciuit: Liuius xxvi. Valerius Max. lib. ii. cap. viii.

Cn. Fuluij Flacci pr. propter cladē sua culpa factam panna.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. ///. ///. f. ///. n. ///

///. ///. ///. f. ///. n. ///. ///. ///. f. ///. n. ///

///. ///. ///. f. ///. n. ///. ///. ///. f. ///. n. ///

///. ///. ///. f. ///. n. ///. ///. ///. f. ///. n. ///

///. ///. ///. f. ///. n. ///

C. Seruilius. C. f. P. n. Pulex Geminus. Tribunatum plebis hoc ferè anno gessisse ipsius Ædilitas non diu post sequens demonstrabit.

M. Aulius * M. f. M. n. * Cerretanus. Tertio abhinc anno Præfectus sociūm, qui gradus militiæ, sicut ex Liuius colligimus, post Tribunatum plebis tunc dari plerumque solebat. Ipse autem cum Consulibus Marcello & Quinctio, quos Pœni infidiis tum circumuenerant, periit, & eius collega L. Arennius captus, quemadmodum idem Liuius libro xxvi.

P. Villius. Ti. f. Ti. n. Tappulus [M. Manilius M. f. Q. nepos.]

[C. Sicinius. Cn. f. Q. nepos.] [Cn. Apronius. Cn. f. Cn. n. Limo.]

[Sex. Curatius. Sex. f. C. nepos.] [L. Titius. L. f. M. n. Rufus.]

[Q. Fuluius. M. f. M. n. Flaccus.]

Quæstores urbani.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. ///. ///. f. ///. n. ///

Quæstores prouinciales.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. P. Sulpicij } coss. in Italia

///. ///. ///. f. ///. n. ///. Cn. Fuluij } aduersus Annibalem.

Q 2

///. ///

11. 11. 11. f. 11. n. 11. M. Cethegi pr. in Sicilia. Lilubetanus.
 11. 11. 11. f. 11. n. 11. L. Lentuli pr. in Sardinia.
 11. 11. 11. f. 11. n. 11. P. Tuditani propr. in Gallia.
 11. 11. 11. f. 11. n. 11. Ostiensis.

Ti. Claudius. P. f. Ti. n. Nero. Et Consul extat in Capitolinis, & Prætor item sequetur anno DCLIX. Fratrem patrualem C. Claudij Neronis fuisse colligimus ex Capitolinis Fastis, in quibus amborum Consulatus extant.

C. Liuius * M. f. M. n. * Salinator. Quem Ædilem curulem & Prætorem deinde Liuius adfert, & repulsam in Consulatus petitione passum scribit, lib. xxxi. Frater quidem videri potest fuisse M. Liuij Salinatoris bis Cos. & Censoris, & filius M. Salinatoris, quem Capitolini Fasti magistrum decemuirum ludos seculares tertios fecisse anno DXXVII. produunt.

M. Seruilius. C. f. P. n. Pulex Geminus. Hic plebeius, & frater C. Seruilij, vt Capitolina demonstrant marmora, in quibus ambo Consules iuncti patricijs reperiuntur, vt postea constabit. Reperitur item denarius argenteus cum Romæ capite, & duobus equitibus, quorum alter equo dimisso pedes alterum inuadit equo fugientem. Circumscriptæ litteræ indicant hunc fuisse, quæ sic extant, M. S E R V E L I C. F. Equestris prælij facinus aliquod insigne sic repræsentare voluit.

P. Ælius. Q. f. P. n. Prætor. Sic scriptus est in Capitolinis tabulis. Sequetur enim ordine Ædilis, bis Prætor, mag. eq. Consul, & Censor apud Liuium. Huius pater Q. Ælius Pontifex post Præturam, & repulsam Consulatus, cecidit in prælio Cannensi, duos relinquens filios, quorum celebris extat memoria, hunc Publium, & Sextum Iuris consultum, de quo postea loquemur.

D. Iunius * D. f. D. n. Brutus * Præfectus præsidij superiore anno ad Vulturinum: vt Liuius xx.

L. Æmilius * L. f. Q. n. Papus * Qui postea Prætor Sicilia. Filius videtur L. Papi Consularis, triumphalis, ac Censorij.

M. Marcius * M. f. M. n. * Ralla. L. Scribonius * C. f. * // . n. Libo. Ambo Prætores postmodum sequentur.

Prouinciæ prorogata

Q. Fuluius. M. f. Q. n. Flaccus. Ap. Claudius. P. f. Ap. n. Pulcher. Campaniam Procoss. obtinuerunt. cum exercitibus, quos ipsi antea Consules habuerant: decretumque, ne à Capua, quam obsidebant, abscederent, priusquam expugnassent. Annibaleni castra eorum expugnantem magno ac difficili prælio refecerunt: in quo Ap. Claudius vulneratus est, & postea ex vulnere mortuum esse, quidam auctores sunt. Cum Annibal Romam deinde infesto pergeret exercitu, Q. Fuluius Procos. collega ad Capuam relicto, cum xv. milibus peditum & mille equitibus ipsum est sequutus, & ne periculum hostis Romæ crearet, diligenter prouidit. Annibale, Roma relicta, in Bruttios regresso, Fuluius ad obsidionem Capuæ continuandam regressus est. Tum ex S. C. edictum promulgauit, vt qui ciuis Campanus ante certam diem transfisset, sine fraude esset. Nec vlla tamen transitio, metu magis, quam fide hostes continente, est facta. Vrbs tandem fame subacta in ditionem armis traditis venit. Ex Senatu Campano vigintiquinque Cales, duodeciginta Theanum in custodiam missi sunt: quos omnes Q. Fuluius contra Senatus & Ap. Claudij collegæ sententiam, quæstionem de his prius habendam censentium, securi percussit. Et iam deligatis ad palum hostibus, litteras Roma cum acciperet, rem integram Senatui referendam esse: Fuluius eas, antequam de noxiis supplicium sumpisset, legere noluit, sed in sinu reposuit. Ac licet confestim lege agere iussu, tuuc demum aperuit, postquam illis obtemperari non poterat. Qua constantia victoriæ gloriam antecessit: maiorque, punita, quam capta Capua apparuit: Liuius libro xxvi. hæc explicatius; Zonaras, Orosius lib. iv. c. xvii. Val. Max. lib. iiii. c. vii. item lib. ii. cap. iiii. Q. Fuluius triumphum petenti negatum à Senatu scribit, quod Capua non capta, sed recepta tantum fuisset.

M. Claudius. M. f. M. n. Marcellus. Procoss. Siciliam. obtinuit. cui prorogatum imperium fuit, vt reliquias belli perficeret cum exercitu vetere. Supplementum, si opus esset, decretum de legionibus, quibus P. Cornelius Propr. præfuerat, & ne quem militem legeret, ex eorum numero mandatam est, quibus Senatus missionem reditumque in patriam ante finem belli negasset. Legationes omnium ciuitatum Sicilia audiuit, &

Magnū cum Annibale prælium ad Capuam. Q. Fuluius ad urbem pergit contra Annibalem. Edictum Q. Fuluij ex S. C. Capua fame subacta. Q. Fuluius Imperator, Senatu Campano securi percussio, vltiore de fide sociorum quæstionem sustulit. Eius insignis constantia. Triumphus illi cur negatus.

M. Marcellus confecto bello Siculo prouincie stazum ordinat.

& qui populi ante captas Suracufas aut non defcuerant, aut redierant in amicitiam, vt focios fideles accepit & coluit. Quos merus post captas Suracufas dederat, vt victis victor leges dedit. Ceterifque rebus cum fide ac integritate in Sicilia compositis, Romanum ad triumphum decessit: L. Iulius, Plutarchus, & alij.

P. Cornelius. P. f. L. n. Scipio. Qui postea Africanus appellatus est. Hispaniam extra ordinem procos. obtinuit: necdum Prætor, sed Ædilitius dumtaxat. Senatui Romano iam Capua capta, Hispaniæ tutandæ cura residua mansit. Exercitum igitur augere, nouumque Imperatorem eò mittere placuit. Et cum alium alij nominarent, postremum eò decursum est, vt populus procos. creando comitia haberet, diem Consules edicere iussi sunt. Nemine ducum tam difficilem prouinciam petere audente, solus comitiorum die hic P. Scipio iam annum attingens XXI III. prodiit, ac se petere professus est. Tum oculis omnium in vnum conuersis, ingenti clamore faustum ac felix imperium ominata ciuitas, incredibili studio procos. Scipionem Imperatorem creauit. Qui suscepta prouincia, omnem populi de eius immatura ætate sollicitudinem ac curam prudenti ac magnifica oratione discussit. Ad eas copias, quas ex veteri exercitu Hispania habebat, quæque à Claudio Nerone traiectæ erant, adduntur decem milia peditum, & mille equites: adiutorque ad res gerendas datus est M. Iunius Silanus propr. Atque ita cum triginta quinqueregium classe Tarraconem profectus, conuentus sociorum legationibus auditis habuit, hibernaque veteris exercitus adiit, & milites collaudauit in concione prima, quòd tantis cladibus icti prouinciam non deseruissent. Omnibusque deinde prudenter ac mature constitutis, & L. Marcio centurione cum summo honore secum habito, Tarraconem ad hiberna concessit. Hæc L. Iunius, Apianus Alexandrinus Iberica & Africana; Polybius libro x. Zonaras, Orosius, Eutropius, Auctor de viris illustribus, qui nunc Sex. Aurelius Victor, & alij.

*Nobilis actus
gens diuinæ
adoleſcentiæ
animus.*

*P. Scipionis
in Hispaniâ
profectio.*

C. Claudius. T. f. T. n. Nero. propr. Legionem prioris anni suam in suis castris ante Capuam obtinuit. In prælio contra Annibalem equitibus sextæ legionis præfuit. Bello Campano perfunctis procos. Q. Fuluius & Ap. Pulchro, ex eorum legionibus sex milia peditum, & trecentos equites, quos ipse legisset, & socium Latini nominis peditum numerum parem, atque octingentos equites illi decernuntur. Quem exercitum in Hispaniam transportare, eamque prouinciam donec successor mitteretur, obtinere est iussus. Sic ferè L. Iunius de hac secunda C. Neronis prouincia libro xxvi.

Qui tamen mendis carere non videtur, vbi hæc eius verba sic legimus: Romani procon-
sules perfuncti, quod ad Capuam attinebat, cura; Claudio Neroni ex ijs duabus legio-
nibus, quas ad Capuam habuerant, sex milia peditum, &c. decernunt. Inepta, me her-
cle, nec non insueta prorsus L. Iunio Romanisque antiquis scriptoribus phrasid est, Romani procon-
sules decernunt. Nec horum erat decernere exercitum, prouinciam, aut imperium dare: sed Senatus populique Romani. Quare non potest non mihi suspectus esse L. Iunij hic locus, vel truncus videri librorum culpa, quibus error natus per imperitiam ex antiquis codicum characteribus ac notis: in quibus ita fortasse scriptum fuit: ROMÆ. PRO. COS. PERFUNCTIS. &c. quæ latius isti negligenter extenderunt ita: Romani procon-
sules perfuncti &c. Sic & in fine periodi, verbum (decernunt) ad suam sententiam accommodarunt, vbi erat fortassis (perfunctis) & (decernuntur.) Sed expende locum Lector, & vtere tuo iudicio quàm accuratè: ne fortè plura desiderentur in eius narrationis exordio; quidnam scilicet Romæ, profligato iam ex Italiæ medullis Annibale, Capuaque capta, deliberabatur de Hispania à Pœnis recuperanda. Decretum sibi exercitum C. Claudius Puteolis in naues impostum Tarraconem transportauit, & expositis ibidem copijs, & nauibus subductis, focios quoque nauales, multitudinis augendæ causa cum armasset, profectus ad Iberum, veterem exercitum à T. Fonteio, & L. Marcio accepit. Inde pergens ad hostes, Asdrubalem Amilcaris filium ad Lapides atros in Aufetanis castra habentem angustijs inclusit, & ad conditiones pacis petendas compulit. At Pœnus impetratis ad paciscendum inducijs, colloquioque callide per plures dies protracto, exercitum obsessum nocturnis interim horis paulatim per auia & abrupta, Romanis inscijs eduxit, & Claudium Punicis artibus deceptum elusit. Quo Romæ cognito, successor Neroni datus est M. Iunius Silanus. Vide L. Iunium & Zonaram.

*L. Iunij locus
examinandus.*

*Stratagemæ
Punicum.*

P. Sempronius. C. f. C. n. Tuditanus. Propr. Galliam Cisalpinam cum binis legionibus, quas habuerat, obtinuit: L. Iunius. xxvi.

M. Iunius // f. // n. Silanus. Propr. Etruriam prouinciam cum veteri duarum legionum exercitu obtinuit. Exitu ætatis Hispania prouincia eidem decreta,

& P. Scipioni procos. adiutor ad res gerendas datus C. Neroni successit: Liius, Zonaras.

● T. Otacilius * T. f. C. n. * Crassus. Propr. Oram Siciliae maritumam cum classe centum nauium, quam habuerat, & prioribus duabus legionibus obtinuit. Anni exitu in prouincia mortuus est, vt Liius.

M. Valerius * P. f. P. n. * Læuius. Propr. Brundisium & oram Græciæ maritumam cum vetere quinquaginta nauium classe, & vna legione obtinuit. Cum Ætolis aduersus Philippum Macedoniae regem, qui cum Annibale fœdus inierat, amicitiam, bellique societatem inuit. Vrbes, insulasque Zacynthum, Oleniada, Naxum, Anticyram, captas Ætolis ex fœdere facto tradidit, Philippoque ad intima regni sui compulso, Consul absens in annum sequentem declaratus ob diuturnum morbum ferius Romam redijt: Liius xxvi. Polybius ix. Iustinus xxix. Zonaras.

Pro. Quæstorib. fuere.

11. 11. 11. f. 11. n. 11. Q. Fuluij } Pro coss. in Campania.
11. 11. 11. f. 11. n. 11. Ap. Claudij }

Q. Fuluij procos. iussu à captiuis Senatoribus Campanis, quod auri argenti que habebant, acceperunt, & in manubiarum tabulas redegerunt. Auri pondo lxx. fuit, argenti tria milia pondo, & cc. Liius lib. xxvi.

Auri & argenti Capuanum manubia.

11. 11. 11. f. 11. n. 11. M. Marcelli. procos. Suracusanus. in Sicilia.

11. 11. 11. f. 11. n. 11. Q. Mucij. propr. in Sardinia.

Ser. Cornelius * L. f. L. n. * Lentulus. Cn. Octavius * Cn. f. * 11. nepos.

L. Cornelius * L. f. L. n. * Lentulus. M. Æmilius * M. f. M. n. * Papus.

Caudinus.

M. Claudius. M. f. M. n. Marcellus. II. Ann. dXLII.

Procos. de Suracusaneis. in monte Albano. 11. 11. 11.

M. Claudius. M. f. M. n. Marcellus. III. Ann. dXLII.

Procos. ouans. de Suracusaneis. 11. 11. 11.

Eiusdem ætatis exitu (vt refert Liius) M. Marcellus procos. ex Sicilia captis Suracusis, domitaque ferè insula tota, cum ad urbem venisset, Senatus ei ad ædem Bellone à C. Calpurnio pr. urb. datus est. Ibi cum de rebus à se gestis differuisset, postulauit, vt triumphanti urbem inire liceret. Id non impetrauit, quasi debellatum in Sicilia nondum esset, cum sine exercitu redijisset. Quapropter nescio ex quàm fidis annalibus Val. Max. lib. II. cap. VIII scribat, negati triumphus causam fuisse, quod videlicet ad res in Sicilia gerendas cum imperio tantum, & sine magistratu missus esset. Marcellus enim, vt Liius perhibet, Consul in Siciliam iuit, non extra ordinem sine magistratu. At P. Scipio sine magistratu procos. extra ordinem in Hispaniam iuit, eaque de causa triumphum reuersus non obtinuit. Ouatio tamen Marcello concessa est. Ideoque ex auctoritate Senatus tribuni plebis ad populum tulere, vt M. Marcello, quo die urbem ouans iniret, imperium esset. Itaque cum iustum non impetrasset à Senatu triumphum, de sua sententia in Albano monte triumphauit. Inde postridie ouans multam præ se prædam in urbem intulit. Primum cum simulacro captarum Suracusarum catapultæ, balistæque, & alia instrumenta belli lata sunt. Punicæ quoque victoriae signum octo ducti elephantum.

M. Marcello triumphus immeritò negatur, suis qui sumptibus in Albano monte triumphauit

Imperator ouans urbem ingressus est.

Suracusarum simulacrum atque arma inducta, atque elephantum. Manubia opima. Honoris atque Virtutis ades exornata spoliis Suracusanis.

Inuisa Marcelli pompa bonis ciuibus.

Aureum tunc Roma sacula virtutibus splendens.

Inde pacis diurnæ, regiæque opulentia. ornamenta, argenti, ærisque fabrefacta vasa, preciosa vestis, regiaque supellex alia; & multa nobilia signa, tabulæque, quibus inter primas vrbes Græcæ Suracusæ nobilitatæ fuerant. Honoris & Virtutis ædem bello Gallico à se votam & exstructam ijs artificum operibus insigniter exornauit, ac, vt ab externis postmodum frequentissimè videretur, effecit; propter excellentia eius generis ornamenta, quorum tamen maxima pars Augusti tempore iam interciderat. Hinc orta primum licentia vulgò spoliandi sacra profanaque cuncta ex vrbibus deuictis. Nec parum conflauit Marcello inuidiæ hæc insueta pompa apud bonos, quod non homines tantum, sed etiam deos perinde ac captiuos in triumphum videretur agere, populumque duro aduetum ad deliciarum admirationem pellicere. Nec mirum hoc sanè in vrbis sæculo penitus aureo; hoc est, summæ temperantiæ atque frugalitatis ingratum id fuisse. Ceterum, vt celebris poetæ verbis dicam,

Tum rudis, & Graias mirari nescius artes,

Vrbi-

*Vrbibus euerſis, præadarum in parte reperta,
Magnorum artificum frangebatur pocula miles,
Vt phaleris gauderet equus.*

ſic artium guſtus nullus tunc erat, quæ poſtmodum cognita; ſicut ſummas virtutes, ita etiam extrema vitia Romanis ingenijs inſeuere. Sed ad hiftoriam reuertor. Inter alia eiufdem triumphi non minimum fuere ſpectaculũ cum coronis aureis præcedentes Soſis Suracuſanus, & Mericus Hiſpanus cum ſuis: quorum altero duce nocturno Suracuſas intrauerat Marcellus, alter Naſſum cum præſidio prodiderat. Ambobus ciuitas data eſt, agerque in Sicilia ab hoſtibus captus, ipſis & ſocijs adſignatus. Hæc ex Liuius, Plutarcho, Auctore de viris illuſtribus, & alijs.

A N N I P. R. C. D X L I I I .

Conſules.

M. Valerius * P. f. P. n * Læuinus. II. M. Claudius. M. f. M. n. Marcellus. IV.

C N. Fuluius Conſulibus in hunc annum rogandis comitia habente, à prærogatiua iuniorum centuria T. Manlius Torquatus III. & T. Otacilius Craſſus abſens Conſules declarati ſunt. Sed Manlius, qui præſens erat, reuocato ſtatim per Cn. Fuluium populo, vitium oculorum excuſare cœpit, centuriam in ſuffragium redire, temporum meminiffe, ac rationem belli impendentis in Conſulibus creandis habere poſtulauit. Succlamantem verò multitudinem, ſe nihil mutare ſententiæ: ſumma cum auctoritate redire in ſuffragium denuò, aliumque pro ſe vti crearet, contendit. Se Conſulem enim, neque populi mores, neque populum ipſius imperium ferre poſſe, pronuntians. Si priuati tam ponderoſa vox, quàm graues falces Conſulis eius fuiſſent: Mota igitur auctoritate viri centuria petit à Conſule Fuluo, vt centuriam ſeniorum citaret: velle ſe ex maiorum natu conſilio Conſules dicere. Conſultatione ſic in Ouili conſeſtim data, ſenioribus dimiſſis, iuniores ſuffragium ineunt, Conſulesque M. Valerium Læuinum II. & M. Claudium Marcellum IIII. declarant: ambos abſentes; alterum Sicilia domita illuſtrem, alterum non minùs clarum rebus aduerſus Philippum regem terra marique proſperè geſtis. Quos tabulæ noſtræ Græcæ Læuinum & Marcellum proferunt; ſed cum Caſtiodoro tertium hunc eſſe Marcelli Conſulatum volunt, ob cauſam ſuperiùs à me adductam, nempe quòd vitioſum illum prætereant. A Mariano Scoto rectè M. Marcellus IV. & M. Valerius Læuinus II. adducuntur. Bis namque Conſulem Læuinum fuiſſe Liuius teſtatur libro xxix. & xxx.

Quam præcul avarities & ambitio tum à principibus ciuitatis.

Romæ incendium pluribus locis fraude Campanorum excitatum fuit; ſed auctores ſerui indicio proditi ſupplicio adfecti ſunt.

Campanorũ inſidia.

De prouincijs eius anni à Patribus ita decretum eſt, vt alteri Conſulum Italia, & bellum cum Annibale prouincia eſſet: alter claſſem Otacilij, Siciliamque cum L. Cincio Prætoris obtineret. Exercitus eis duo decreti legionum quatuor, quæ in Etruria Galliaque eſſent: in earumque loca totidem aliarum ſuccedere iuſſa. Galliarum præſect, quem Conſul cui Italia eueniſſet, præſiceret. In Etruriam C. Calpurnius poſt præturam vrbanam prorogato in annum imperio mitteretur. Prorogata item prouincia Q. Fuluius procos. Capua, Cn. Fuluius Apulia, P. Sulpicio ora Græciæ maritima. Vrbanos legiones nouas ita ſcribere Conſules iuſſi ſunt, ne quem militem facerent, qui in exercitu Marcelli, Læuini, Fuluiique militaſſent: ſtatutumque ne plures eo anno, quàm vna & viginti legiones eſſent. Liuius auctor lib. xxvi. Conſulibus prouinciæ eueniunt, Læuino Italia cum bello aduerſus Annibalem: Sicilia cum claſſe Marcello. Quæ fors, velut iterum captis Suracuſis, exanimauit Siculos legatos, qui de adminiſtratione M. Marcelli in Senatu conqueſturi Romam venerant. Ne quis tamen timore Siculos frænari dicere poſſet, quominùs liberè de eo quererentur, in cuius poteſtate mox futuri eſſent: cum collega prouinciam Marcellus permutauit, ipſeque Sicilia victor ac Conſul, tum reus accuſatores ſuos modeſtiſſimè audiuit, querentesque de ſe patienter ſuſtinuit. Iuſſos etiam à Læuino collega è Senatu diſcedere, eoſdem manere, vt ſuæ deſenſioni intereſſent, voluit. Atque demum, quòd liberiùs ſententiam, peroratis partibus ferret: Conſul ipſe reus accuſatores ſuos excedentes curia ſubſequutus eſt. Improbatis à Senatu Siculorum querelis, ipſe abſolutus, ſupplices, & orantes veniam, vtque ab eo Siculi in clientelam reciperentur, clementer excepit. Quod non ſolùm Liuius, ſed etiam Plutarchus, &

Prouinciãrũ atque exercituum diſtributio.

Prouincia Conſulaves.

Moderatiſſima M. Marcelli cos. clementia.

*Marcellorū
in Sicilia ho-
nores.*

Val. Max. lib. iv. cap. v. prodidit. Hinc Marcelli postea Patroni Siciliae sunt appellati, hisque in Sicilia venientibus Suracusani coronati obuiam honoris causa prodire solebant, ut idem Plutarchus scribit. Atque insuper Marcellea quotannis festa celebrari à Siculis solita, statuasque in urbibus honoris causa positas vbiq; fuisse, Tullius in Verinis saepius meminit. Delectu à Consulibus habito, cum deficeret exhaustum ærarium ad stipendia soluenda, remigisque parandos ad classium supplementa; tergiuersabatur admodum plebs, ac prorsus recusabat impensa priuata dare remiges, atque alere, ut antea semel factum erat. Igitur hortante Senatū M. Læuino cos. voluntaria collatio ab omnibus ordinibus facta: primum à Senatu, deinde ab equestri ordine, & postea certatim à plebe quidquid auri argentiq; priuatis in domibus erat in publicum fuit congestum, & ad 111 viros mensarios delatum. Hæc pulchrè Lilius lib. xxvi. Meminere Zonaras, Orofius, & Val. Max. lib. v. cap. vi. Item Sex. Pompeius Festus, tributum hoc temerarium appellans, quale post urbem à Gallis captam collarum fuerat, item bello Punico (inquit) secundo M. Valerio Læuino, M. Claudio Marcello coss. cum & Senatus, & populus in ærarium, quod habuit, detulit.

*Voluntaria
collatio auri
atque argen-
ti in publicū
ab omnibus
ordinibus fa-
cta est ob æ-
rarij inopiā.
Tributum
temerarium.*

*Oppida à M.
Marcello coss.
capta.
Annibal
prælio victus.*

*Agrirentum
captum.*

*Sicilia pulsis
Pœnis pacata.*

*Sicilia hor-
reum Roma-
num.*

M. Marcellus cos. in Italia Salapiam quorundam principum proditione recepit, ala equitum Numidarum prædiaria ad interfectionem, ut vix quinquaginta viui capti fuerint, cæsa. Maroneam deinde atque Melen de Samnitibus vi cepit. Annibalem Cn. Fuluius cæso procos. ferocem insecutus ad Numifironem insigni prælio repressit. Interim M. Læuinus Consul in Siciliam veniens, Syracusanorum rempublicam constituit. Agrirentum veterem Pœnorum sedem valido præsidio firmam Mutinis ducis ob acceptam à Pœnis iniuriam auersi, Numidarumque proditione adiutus, expulso Annone Præfecto, recepit; principes defectionis ciues virgis cæsos securi percussit; ceteros, prædamque omnem sub hasta vendidit. Fama eius vindictæ Siciliam cum peruassisset, omnia repente inimica ad deditonem pertraxit. Proditæ breui sunt viginti oppida, sex vi capta, in fidem vltro venerunt ad quadraginta. Atque ita demum cos. Læuinus expulsis Pœnis insulam pacatam reddidit. Et cum quatuor exulum milia, velut materiam nouandis rebus aptam, transportasset in Italiam, Siculos omnes armis tandem positos, ad agriculturam animos conuertere coegit: ut esset incolis non solum frugifera insula, sed & urbis Romæ atque Italiae annonam subleuaret. Ab eo quidem tempore in certam prouinciæ formam constitui Sicilia, atque horreum Romanum appellari cepit. M. Læuinus cos. ætatis exitu Senatus litteris excitus, prouincia, exercituque L. Cincio Prætori mandato, Romam ad comitia habenda profectus est, atque de rebus in Sicilia à se gestis rationem reddidit: Lilius libris xxvi. & xxvii. Polybius lib. x. Plutarchus in Marcello, Zonaras, Orofius, Eutropius, & alij.

Q. Fuluius. M. f. Q. n. Flaccus. Dict.

P. Licinius. P. f. P. n. Crassus. Diues. Mag. e Q.

Comitorum. habendor. causa.

Bellicus Carthaginensium apparatus ad repetendam noua classe Siciliam, Afrubalemque. Annibalis fratrem ex Hispania in Italiam cum exercitu nouo mittendum, à M. Messalla Siculæ classis Præfecto ex captiuis Afris compertus, & Consuli Læuino per litteras nunciatus Senatū mouit, ut non expectanda Læuino cos. comitia, sed dicto Dictatore, mox in prouinciā illi redeundum esse censerent. Illa disceptatio tenebat, quod Consul in Sicilia se M. Valerium Messallam classis suæ Præfectum Dictatorem dicere velle contenderet. Patres extra Romanum agrum (eum autem in Italia terminari) negare Dictatorem dici posse. Factum denique S. C. ut Consul, priusquam ab urbe discederet, populum rogaret, quem Dictatorem dici placeret, eumque, quem populus iussisset, diceret. Si Consul noluisset, Prætor urbanus populum rogaret. Si ne is quidem vellet, tum Tribuni ad plebem ferrent. Cum Consul se populum rogaturum negasset, quod suæ potestatis esset, Prætoresque vetuisset rogare, Tribuni plebis plebem rogarunt, plebesque sciuit, ut Q. Fuluius, qui tum ad Capuam erat, Dictator à Consule diceretur, idemque magistrum e Q. P. Licinium Crassum diceret. Sed quo die id populi concilium futurum erat, Læuinus clam nocte in Siciliam abiit. Destituti igitur Patres ad M. Marcellum cos. litteras misere, ut desertæ à collega reip. subueniret, Dictatoremque comitijs habendis à populo iussu diceret. Sic à M. Claudio Consule Dictator Q. Fuluius dictus; & ex eodem plebiscito P. Licinius Crassus Pont. Max. magister equitum à Q. Fuluius dicitur, Dictator Romam veniens, comitia, quam primum potuit, edixit: quibus ipse cum Q. Fabio Max. Consul factus est. Ijsque non sine certamine perfectis, magistra-

*Dictator in
agro tantum
Romano dici
potest.
S. C. de Di-
ctatore dice-
do populi
iussu.*

gistratibusque in annum creatis, Dictatura se abdicauit: Lilius libro xxvii. Meminit etiam Plutarchus in Marcello.

Cens. L. Veturius. L. f. * Ti * n. Philo. P. Licinius. P. f. P. n. Crassus. Diues, In. mag. mort. est. Abdicauit.

Idem annus & Censores habuit L. Veturium Philonem, qui Consulantè (vt arbitror) fuerat anno dxxxiiii. & triennio post Dictator: sicut post summos magistratus Censura plerumque dari solet. Huius fuit collega P. Licinius Crassus Pont. Max. qui (vt prodit Lilius) nec Cos. nec Prætor antea fuerat: sed ex Ædilitate gradum ad Censuram tunc fecit. Quod vt insuetum ac nouum Lilius annotasse de hoc videtur, vt eius collegam Veturium maiores ex more magistratus prius gessisse satis insinuet, cum de illo nil tale scribat. Iam dicti verò Censores neque Senatam legerunt, nec quidquam publicæ rei peregerunt: mors etenim L. Veturij diremit collegium, ob quam Licinius Censura se abdicauit. Hæc Lilius lib. xxvii. meminit & postea Cenforum, vbi de secundo Consulatu M. Salinatoris agit. Qui cum propter populi damnationem per annos octo vrbe, Senatuque, atque republica abstinuisset, à Consulibus hoc anno reductus, ab his Cenforibus se tondere, squalorem deponere, in Senatam venire, fungique publicis alijs muneribus coactus est.

M. Lilius
Salinator ad
republica of-
ficia renoca-
uit.

Prætores.

L. Manlius. L. f. // n. Acidinus. Vrbanam. iurisdictionem. fortitus. obtinuit. Ludos Apollinares ex S. C. fecit, & in annum sequentem vouit. Ex Senatus auctoritate litteras ad M. Læuinum Cos. dedit, vti ex Sicilia Romam ad comitia habenda veniret: Lilius lib. xxvii.

C. Lætorius * L. f. C. n. Mergus. * Inter. ciueis. & peregrinos. iurisdictionem. fortitus. obtinuit. Cui & Ariminum prouincia postmodum decreta est: Lilius.

L. Cincius * L. f. * // n. Alimentus. Siciliam. fortitus. obtinuit. Cum Cannensi exercitu duarum instar legionum, ni fallor, in veteri prouincia primùm: postea Læuino Cos. Romam ad comitia reuocato, prouinciam integram cum exercitu vsque in eius reditum obtinuit: Lilius.

P. Manlius * P. f. P. n. * Vulso. Sardiniam. fortitus. cum. duabus. legionibus. obtinuit, quibus L. Cornelius in eadem prouincia priore anno præfuerat. Classem Punicam extremo ætatis Olbientem portum inuadentem repulit: Lilius lib. xxvi. & xxvii.

Ædiles curules.

L. Veturius. L. f. L. n. Philo. P. Licinius * C. f. P. n. * Varus. Ludos Romanos diem vnum instaurarunt, vt Lilius lib. xxvii.

Ædiles plebis.

Q. Catius. // f. // nepos. L. Porcius * M. f. * // n. Licinus. Ex multatitio argento signa ænea ad Cereris dedere, & ludos plebeios pro temporis eius copia magnificè apparatus fecerunt: Lilius ibidem. Q. Catius perperam Cantius profertur in Lilius exemplaribus.

* In quibus-
dā Lilius,
magnificè
apparatus

Tribuni plebis

Ex auctoritate Patrum plebem rogarunt, quemnam Dictatorem comitorum habendorum dici placeret, plebesque sciuit, vt Q. Fuluius Dictator diceretur, idemque P. Licinium Crassum magistrum eoque diceret: Lilius lib. xxvii.

L. Atilius * L. f. L. n. Regulus * Ex Senatus auctoritate tulit ad plebem, vt de Campanis omnibus, Atellaneis, Calatineis, Sabatineis, qui se suaque omnia in arbitrium conditionemque Pop. Romani dedidere Q. Fulvio * Proconsule, Senatui Romano ius sententiæ dicendæ esset. Plebs, vti rogas, iussit. Ex hoc plebiscito Senatus consultus in singulas populorum familias pro cuiusque meritis decreta fecit. Quæ apud Lilium latius habentur.

Plebiscitū de
Campanis.

* In Lilio
perperam,
Proconsuli,

M. Lucretius. // f. // n. * Gallus * De Dictatore per M. Læuinum Consulem dicendo Senatam consuluit, vti, priusquam in prouinciam ab vrbe discederet, dicere cogere: Lilius lib. xxvii.

C. Aren-

C. Arennius * C. f. * // . nepos. L. Arennius * C. f. * // . nepos Comitibus Consularibus, ob Q. Fulvium à prerogativa Consulem dictum, se interposuerunt: magistratus continuari non satis civile esse dicentes, ac multò scelerioris exempli, eum ipsum creari, qui comitia haberet. Itaque si suum nomen Dictator Fulvius acciperet, se comitijs intercessuros; si aliorum, præterquam ipsius ratio haberetur, se moram non facturos. Dictator causam comitiarum Senatus auctoritate, plebiscito, exemplisque tutabatur. Varijs orationibus cum diu certatum esset, ad Senatum controuersia delata est; ut eo, quod censuisset, staretur. Patribus id tempus reipublicæ visum est, ut per veteres, expertos, belli peritos imperatores respublica gereretur. Itaque moram fieri comitijs non placere. Concedentibus Tribunis, Fulvius cum Q. Fabio Consul declaratus est. Hæc Livius lib. xxvii. Sed Tribunorum nomina ibidem corruptè leguntur. C. & L. Arieni, vel Arriani, in quibusdam exemplaribus.

Quæta tunc auctoritas Senatus, ac boni consilij ratio.

// . // . // . f. // . n. // . Rogationem ex Senatus auctoritate ad plebem tulit, ut Mutines Numidarum Præfectus, cuius defectione Agrigentum à Pœnis recuperatum fuerat, propter merita ciuitate donaretur. Plebes legem iussit, qua ciuis Romanus Mutines est factus: Liuius.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // .

M. Cæcilius * L. f. L. n. * Metellus. Q. Mamilius * Q. f. Q. n. * Vitulus.
[P. Silius. P. f. Q. n. Nerua. II.] [Cn. Furius. Cn. f. L. n. Brocchus.]
Cn. Latorius * M. f. M. n. Plancianus * [C. Papius. Q. f. Q. n. Turdus.]

Quæstores urbani

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciales

// . // . // . f. // . n. // . M. Læuini. cos. Suracusanus. in Sicilia
// . // . // . f. // . n. // . M. Marcelli cos. in Italia.

Immensa præda capta Carthaginiensium.

C. Flaminius. C. f. C. nepos. P. Scipionis procos. in Hispania. Captæ Carthaginiensium nouæ prædam manubiasque Scipionis Imper. iussu accepit, atque in tabulas publicas rettulit. Liberorum capitum virilis sexus ad x. milia, quæ capta erant, præter ceteram multitudinem inquilinorum iuuenum, ac validorum feruorum ad classis supplementum destinata. Ex apparatu bellico catapultas maximas cxx. minores cclxxxii. balistas maiores xxiiii. minores liii. scorpionum maiorum minorumque, & armorum telorumque numerum ingentem: signa militaria lxxiiii. & auri argenti que magnam vim: pateras aureas cclxxvi. librales ferme singulas pondo: argenti facti signatique decem & octo milia, & trecenta pondo: vasorum argenteorum magnum numerum: tritici insuper xl. ∞. modiorum, hordei cclxx∞. naues armatas octo, onerarias cxiiii. ex his onustas frumento, armis, ære, ferro, linteis, sparto, & nauali alia materia ad classem instruendam: ut minimum omnium inter tantas opes bellicas captas Carthago ipsa fuerit. Obsidum insuper Hispanorum Carthagine inuentorum cura eidem Quæstori Flaminio à Scipione mandata est, qui deinde ciuitatibus suis passim liberaliter restituti sunt: Liuius xxvi. fine. C. Flaminij huius plures postea magistratus reperies, qui filius fuit Consul ad Trasimenum occisi.

// . // . // . f. // . n. // . L. Cincij. pr. in. Sicilia. Lilubetanus.
// . // . // . f. // . n. // . P. Manlij. pr. in. Sardinia.
// . // . // . f. // . n. // . C. Latorij pr. in. Gallia.

P. Quinctilius * P. f. Cn. n. * Varus. Cuius prætura deinde sequetur. Et idem videtur, qui flamen Martialis senex mortuus est, ut Liuius xliv.

M. Sextius. // . f. // . n. Sabinus. Qui Ædilis, & item Prætor postea sequetur.

C. Aurelius. C. f. C. n. Cotta. Cuius auus bis Consul, Censor, & magister equitum fuerat. Et hic Prætor & Consul fuit, ut ex Liuii patet.

Q. Fulvius. // . f. // . n. Gillo. Hic postea legatus P. Scipionis procos. in Africa fuit, quò post Tribunatum plebis iuisse videtur. Et posteaquam anno DL. Scipionis iussu Cartha-

Carthaginensium pacem flagitantium legatos duxisset & reduxisset, ad ædilitatem curulem peruenit, ac deinde ad præturam, vt dicitur.

P. Ælius * Q. f. Q. n. * Tubero. Frater patruelis L. Pæti Tuberonis, cuius antea Prætoris mentionem fecimus. Et hic Ædilis, atque bis Prætor reperitur in Liuij, vt suis locis declarabo. Temporis autem interstitiū insinuare videtur, patrem fuisse Q. Tuberonis, qui gener L. Paulli, & Consul, vt postea declarabimus.

C. Sulpicius * Ser. f. P. n. * Galba. Duos Galbas Ser. & P. habuisse fratres videtur magistratibus gestis claros. Hunc Pontificem factum anno DL I. & mortuum deinde anno DLIV. Liuius scribit lib. xxx. & xxxi.

L. Lætorius * M. f. M. n. Plancianus * Cuius item Ædilitas sequetur.

Prouinciæ prorogatæ.

P. Sulpicius. Ser. f. P. n. Galba. Maximus. Procos. Oram. Græciæ. maritumam, prorogato. imp. obtinuit, M. Læuino succedens. Sed exercitum dimittere, socios nauales retinere iussus est: vt prouinciã dumtaxat obseruando, nihil memoria dignum eo anno gessisse videatur: Liuius lib. xxvi.

Cn. Fuluius. Cn. f. Cn. n. Centumalus. Procos. Apuliam obtinuit cum exercitu, quem cos. habuerat. In prælio ad Herdoneam ab Annibale occisus est. Cæsar quinta & sexta legiones, ipse Fuluius cum duodecim Tribunis militum cecidit, castris & omni præda victor Annibal potitur. Milites qui ex tanta clade euaserant, diuersis itineribus semiermes ad M. Marcellum cos. in Samnium confugerunt, vt Liuius xxvii. principio, Plutarchus in Marcello, Orofius lib. iv. & Eutropius iii. Sed in numero cætorum variant scriptores.

Clades ad Herdoneam.

Q. Fuluius. M. f. Q. n. Flaccus. Procos. Campaniam obtinuit. Exercitum minuere iussus est, vt ex duabus Legionibus vna quinque milium peditum, & trecentorum equitum, ac tantundem sociorum esset: dimissis, qui plurima stipendia haberent. Campanos Romam de ipso conquestum ire volentes, vt quinto post die, quàm à Senatu responsum accepissent, Capuam redirent, iureiurando adstrinxit. Campanis Romæ populi iussu ex S. C. damnatis, principum bona Capuæ sub hasta vendidit, agros publicatos locauit. Ac denique de coniuratis incendiarijs CLXX. proditione detectis supplicium sumpsit. Vide Liuium libro xxvi. & xxvii.

Seueritas in Campanos.

Incediarij puniti.

P. Cornelius. P. f. L. n. Scipio. Qui. postea. Africanus. appellatus. est. Procos. Hispaniam. obtinuit, cum exercitu, quem habebat anno priore. Cum quo Iberum transgressus, adiunctis sociorum Hispanorum auxilijs, Carthaginem nouam munitissimam opulentissimamq; Pœnorum in Hispania urbem aggressus oppugnando, vi primo die cepit. In qua præter auri argentique, nec non annonæ bellicorumque apparatus summam copiam, captiuorum multitudine maxima potitus est. Insuper obfides Hispanorum nobilissimos populorum Pœnis datos CCC. vel, vt quidam volunt, DCCXXV. ibidem è custodia liberauit, atque benignè ciuitatibus passim suis restituit. Nobilissimam pulcherrimamque captiuam virginem, formæ tam eximie, vt omnium in se conuerteret oculos, sanctè custoditam sponso gratis reddidit. Quo genere beneficentiæ omnium ferè Hispanorum animos sibi obligauit, & ad Romani populi amicitiam pertraxit. C. Lælium deinde Præfectum suæ classis data quinquereme, cum Magone duce, & xv. Senatoribus, præcipuisque captiuis nuntium victoriæ Romam misit: Liuius xxvi. fine, Polybius lib. x. Appianus Alexandrinus Iberica, Zonaras, Orofius, Eutropius, & alij.

Carthago noua Pœnorum in Hispania uno die cepit.

Magna præda.

Egregia P. Scipionis moderatio in victoria.

Pœnorum principes captiui Romam missi.

C. Calpurnius * C. F. * // . n. Piso. Propr. Etruriam. dato. post. urbanam. præturam. imperio. obtinuit. M. Silano succedens. In eius locum æstatis exitu Q. Fuluius Dictator dictus pro potestate Cn. Sempronium Blæsum, legatum quem habuerat, suffecit, Romam ad habenda comitia profecturus. Calpurnius verò Dictatoris literis excitus Capuæ castris, absente Fulvio præfuit: Liuius xxvi. & xxvii.

M. Iunius. // . F. // . n. Silanus. Propr. Hispaniam. obtinuit. A P. Scipione procos. Iberum cum exercitu traicente non procul à flumine cum tribus milibus peditum, & trecentis equitibus ad præsidium veteris prouinciæ relictus castra habere iussus est, vt sociis auxilium petentibus præstò foret: Liuius xxvi. fine, Polybius libro x. quingentos equites habuisse scribit.

Pro Quæstoribus fuere.

// . // . // . f. // . n. // . P. Sulpicij procos. } in Apulia. & ad classem.
 // . // . // . f. // . n. // . Cn. Fuluij procos. }
 // . // . // . f. // . n. // . Q. Fuluij procos. in Campania.
 // . // . // . f. // . n. // . Ostiens.

M. Seruilius. C. f. P. n. Pulex. Geminus. P. Ælius Q. f. P. n. Pætus.

Ser. Cornelius * L. f. L. n * Lentulus. L. Scribonius * C. f. * // . n. Libo.

ANNI P. R. C. DXLIV.

Consules.

Q. Fabius. Q. f. Q. n. Maximus. Q. Fuluius. M. f. Q. n.
Verrucosius. v. Flaccus. I V.

FVERE coss. hoc anno Q. Fabius Maximus v. & Q. Fuluius I V. vt Liuius, Marianus, & Cassiodorus auctores sunt. Fabium & Flaccum produnt tabulæ Græcæ & Zonaras. M. Cicero in oratione contra Rullum secunda, Q. Fuluium & Q. Fabium nominat coss. quibus Capuam deuictam & captam dicit, biennio tardiùs quàm scribit Liuius: respiciens fortassis ad hunc annum, quo Capua, & Campanus ager publicè ex S. C. populique iussu à Censoribus locatus fuit.

*Prouinciarii
& exercitiu
distributio.*

Italia ambobus coss. prouincia decreta, partito tamen regionibus imperio, vt Q. Fabius ad Tarentum, Fuluius in Lucanis & Bruttis rem gereret. Huic legiones duæ datæ, quas M. Læuinus in Sicilia habebat: Q. Fabio autem, quas C. Calpurnius in Etruria, additæq; sunt huic quinqueres x x x. ex classe Sicula. Iussi verò sunt Consules, priusquam ab vrbe discederent, duas nouas vrbanas legiones, & supplementum, quantum ceteris legionibus opus erat, conscribere. Cùm autem ex triginta coloniis Romanis duodecim quæ pecuniam ac militem recusarent, aurum vicesimarium, quod ad vltimos casus referuabatur, ex sanctiore ærario ad quatuor milia pondo depromptum est. Inde quingenta pondo data coss. & M. Marcello, & P. Sulpicio procos. & L. Veturio Prætori, qui Galliam prouinciam fortitus erat. Additum Fabio cos. centum pondo auri, præcipuum quod in arcem Tarentinam portaretur. Cetero vsi sunt ad vestimenta exercitui Hispaniensis pecunia præfenti locanda. Hæc de exercitiis eius anni apparatusq; bellico: Liuius xxvii.

*Duodecim
coloniariu
contra fædus
tergiversatio
Aurum vice-
simarium.*

*Reditus triu
ciuitatum ad
Romanos.
Manduria
vi capta.
Tarentum
proditiore vo-
cepit Q. Fa-
bius.*

Ad Q. Fuluium cos. Hirpini, Lucani, & Volscentes, traditis præfidiis Annibalis, quæ in vrbibus habebant, defecere, clementerq; à Consule recepti sunt. Q. Fabius oppidum in Sallentinis Manduriam vi cepit. Inde Tarentum profectus obsedit, & Punico stratagemate conciliatis sibi Bruttiorum animis qui in præfidiis erant, eorum proditiore vrbem recepit. Quod Olympiadis c x x v i. anno primo contigisse scribit Eusebius in Chronico suo, & Milonem vocat Bruttiorum præfectum, qui Tarentum tradidit. Latè hæc Liuius, Plutarchus in Fabio, Appianus in Annibalica, Zonaras, Orofius, Eutropius, & alij.

Cenf. M. Cornelius. M. f. M. n. P. Sempronius. C. f. C. n.

Cethegus.

Tudianus. Lufr. fec. x l i v.

Horum. neuter. consularis. erat.

Q. Fuluius cos. antequam abiret in prouinciam, Censoribus creandis comitia habuit. Creati duo, qui nondum Consules fuerant, M. Cornelius Cethegus & P. Sempronius Tudianus: quorum nomina ex consulatu Capitolino ab ipsis simul postea gesto desumpsimus. Hi quidem ex S. C. atque populi iussu Campanum agrum iam ante publicatum primi fruendum locarunt. In senatus lectione inter eos orta est de principe dissensio. Sempronius, cuius erat ex sorte lectio, suo se arbitrato lecturum dixit Q. Fabium Maximum: hunc enim ciuitatis principem tunc esse, vel Annibalem hostem iudicaturum censebat. Cornelius morem maiorum traditum à Patribus sequendum dicebat, vt, qui primus Cenfor, ex iis qui viuerent, fuisset, princeps legeretur. Is T. Manlius Torquatus tum erat. Cùm diu verbis esset certatum, concedente collega, lectus est à Sempronio princeps in Senatu Q. Fabius Max. Consul. Inde lectus ordo reliquus, atque inter alios octo præteriti, ex quibus erat item L. Cæcilius Metellus, infamis auctor deferendæ post Cannensem cladem Italix. In equestribus quoque notis eadem seruata est causa, sed erant perpauci, quos ea infamia attingeret. Cannensium item legionum equitibus in Sicilia equi-

*Campanus
ager eloca-
tus.
De principe
Senatus qua-
sio.*

*Q. Fabius
Max. Sena-
tus princeps
lectus.
Nota Censo-
ria plures &
granes.*

equitantiſſibus equi adempti: & additum acerbitati tempus, ne præterita ſtipendia procederent iis, qui equo publico eatenus meruerant: ſed dena ſtipendia priuatis equis facerēt. Magnus inſuper numerus eorum conquiſitus eſt, qui equo merere deberent: & ex his, qui principio eius belli ſedecim annos nati nondum militaſſent, omnes ærarij facti ſunt. Locarunt inde reficienda, quæ circa forum incendio Campanorum fraude nuper excitato conſumpta erant; ſeptem tabernas, macellum, atrium regium. Hæc Liuius de eius anni Cenſura. Luſtrum verò conditum anno inſequenti à Cenſoribus iſdem fuiſſe, poſteà tradit: quo cenſa ſunt ciuium C X X X V I I ∞ . C. & V I I I . minor aliquantò numerus, quàm qui præcedente ante bellum luſtro fuerat. Ex quo facile intelligi potuit, quantum ciuium tot præliis aduerſis populus Rom. amiſiſſet.

Prætores.

C. Hoſtilius. // . f. // . n. Tubulus. Vrbana iuriſdictionem ſortitus obtinuit. Ex S. C. ludos Apollini, ſicut antè voti factiq; fuerant, vouit fecitque, vt Liuius lib. xxv ii.

L. Veturius. L. f. L. n. Philo. Peregrinam iuriſdictionem cum Gallia ſortitus eſt, iuſſuſque eſt ab C. Lætore Prop. prouinciam, exercitumque qui tum iam Arimini erat, accipere, vt Liuius. Sed animaduerte locum Lector: nam perperam ibi C. Hoſtilius, pro L. Veturio ſuppoſitus eſt in exēplaribus. Nihil enim Hoſtilio Prætori urbano cum Gallia & Ariminenſi exercitu, cui res vrbana curandæ, Apollinareſq; ludi faciendi erant. At Veturio Galliam eueniſſe paulò antè dicit, de cuius exercitu alioquin nihil, cum de aliis per prouincias mutatis omnibus quàm diligentiffimè ſcribat. Nihilominus L. Veturium poſteà, cum Galliam ſortitus eſſet, inter eos imperatores recenſet, quibus aurum ex ærario Saturni ſanctiore ad ſtipendia exercitus diſtributum fuit.

T. Quinctius * T. * f * // . n. Crispinus. Capuam ſortitus obtinuit, cum exercitu quem Q. Fuluius Procos. illic anno ſuperiore habuerat. In annum ſequentem adhuc Prætor abiens Conſul cum M. Marcello creatus eſt: Liuius lib. xxv ii.

C. Aurunculeius. // . f. // . n * Cotta * Sardiniam ſortitus obtinuit. Cui legiones eadem decretae ſunt, quibus P. Manlius Vulſo prouinciam eam obtinuerat: Liuius.

Aediles Cærules.

L. Cornelius * L. f. L. n * Ser. Sulpicius * Ser. f. P. n *
Lentulus. Caudinus Galba.

Ludos Romanos ex S. C. in diem vnum inſtaurarunt, vt refert Liuius. Sed horum alter ibidem malè L. Cornelius Claudius appellatur in quibuſdam exemplaribus. Ser. Galbam verò Liuius Ædilitium nominat inter Legatos, qui Matrem Magnam poſteà aduererunt, lib. xxix.

Aediles plebis.

C. Seruilius C. f. P. n. Pulex. Q. Cæcilius. L. f. L. n.
Geminus. Metellus

Ludos plebeios item diem vnum inſtaurarunt. Ex his Seruilium negabant multi, iure aut Tribunum plebis fuiſſe, aut Ædilem eſſe: quòd patrem eius, quem ii. virum Agrarium occiſum à Boiis Gallis circa Mutinam fuiſſe, opinio per decem annos fuerat, viuere, atque in hoſtium eſſe poteſtate ſatis conſtabat: Liuius lib. xxv ii.

Tribuni plebis

Ex auctoritate Patrum ad plebem tulere, plebeſque ſciuit, Vti cenſores agrum Campanum publicatum priuatis fruendum locarent: Liuius ibidem. Tunc Capuam quoque ciuibus ac republica vacuam, publicanis ac aratoribus Campanis elocata vel attributam fuiſſe, ex Ciceronis Rulliana ſecunda colligere eſt: qui Capuam idcirco receptaculum aratorum, nundinas ruſticorum, cellam atque horreum agri Campani exinde fuiſſe dicit.

C. Poblicius. // . f. // . n. Bibulus. M. Marcellum Procos. abſentem accuſauit ad populum, & de eius imperio abrogando rogationem promulgauit: quòd malè priùs cum Annibale pugnaſſet, & vagante per Italiam hoſte, media ætate Venuſiam in teſta milites abduxiffet. Quam accuſationem Tribuni Marcellus ad diem vocatus Roſta veniens ita obruit cõmemoratione rerum ſuarum, vt rogatio Tribuni non ſolùm antiquaretur, ſed poſtero die Conſulem ipſum cum T. Quinctio Crispino centuriæ omnes

nes ingenti consensu crearent. Vide Liuium libro xxvii. Plutarchum in Marcello, vbi corrige Tribuni plebis nomen, quod malè Publius Bibulus, non Publicius ibi legitur.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // .

P. Claudius * C. f. Ti. n. Afellus * Præfectus sociùm biennio pòst sub C. Nerone Cos. vt Liuius lib. xxvii.

Q. Manlius * C. f. Q. n * Turinus. M. Pomponius * M. f. M. n * Matho
 Ti. Claudius * Ti. f. Ti. n * Afellus [Q. Cassius. Q. f. // . n. Longinus]
 [C. Veturius. Ti. f. T. n. Calvinus] [C. Minucius. C. f. C. n. Augurinus]
 [C. Minucius. C. f. C. n. Rufus] [M. Aquillius. M. f. M. n. Florus]

Quæstores vr bani

Ex S. C. Vicefmarium aurum, quod in sanctiore Saturni ærario ad vltimos casus seruabatur, extraxere ad quatuor milia pondo: Liuius.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Ap. Claudius * Ap. f. Ap. n. T. Manlius * T. f. T. n.

Pulcher *

Torquatus *

Horum alter Ap. Claudius proauum Ap. Claudium Cæcum habuisse videtur, atque eius maiorem filium auum, qui Ap. Claudius Cos. anno cdxxcv. de Picentibus triumphauerat. T. Manlius autem filius apparet T. Torquati summi viri, bis Cos. & Genforis: qui Sardos subegerat, Ianum clauserat, & tertium Consulatum, increpito populo, recusarat, vt suis in annalibus diximus. Hos autem collegas in vr bana Quæstura fuisse, demonstrat antiquissimus denarius argenteus in eorum magistratu cufus, cum Romæ capite galeato, & triungo curru, cui subscriptum: AP. CL. T. MANL. Q. VR. hoc est, Ap. Claudius. T. Manlius. Quæstores. Vr bani.

Quæstores prouinciales.

// . // . // . f. // . n. // . Q. Fabij. Cos. in Sallentino.

// . // . // . f. // . n. // . Q. Fuluij. Cos. in Lucaneis & Brutteis.

// . // . // . f. // . n. // . L. Veturij. Pr. in Gallia.

// . // . // . f. // . n. // . T. Quintij. Pr. in Campania.

// . // . // . f. // . n. // . C. Aurunculei. Pr. in Sardinia.

// . // . // . f. // . n. // . Ostiensis.

L. Licinius. // . f. // . n. Lucullus. Primum hunc eius cognominis reperio in Licinia gente ad magistratum curulem peruenisse, cuius Ædilitas sequetur. Quæ tamen familia Romæ mox opibus ac honoribus florens amplissima euasit.

Cn. Bæbius. Q. f. Cn. n. Tamphilus. Qui ita reperitur in Capitolinis marmoribus. Vnde colligimus, patrem eius fuisse Q. Bæbium Tamphilum, quem maiorem natu Legatorum fuisse pro Saguntinis ad Annibalem scribit Liuius. Hic autem post minores magistratus gestos Prætor est factus, deinde III. vir agris dandis, atque demum post duas repullas Consul cum L. Paulo, sicut ex Liuiio discimus, & hi nostri annales demonstrabunt. Eius apparet denarius argenteus antiquus, in quo visuntur duo capita deorum Penatium lauro coronatorum, & ab altera facie Imperator stans paludatus, cui victoria coronam imponit, apud quem etiam est lauri ramus cum corona. Adscriptum est nomen: CN. BÆBI. Q. F. TAMPILVS. Vides antiquos eius sæculi aspirationem è mediis vocibus subtraxisse. Numus haud dubiè cufus alicuius magnæ victoriæ in memoriam.

M. Cincius * M. f. * // . n. Alimentus. Hic postea Tribunus plebis celeberrimam legem de donis & muneribus tulit, vt suo loco dicetur.

M. Claudius. M. f. M. n. Marcellus. Magni illius Marcelli filius, qui anno sequenti Tribunus militum sub patre Cos. v. militabat, & præfens erat cum is Annibalis insidiis circumuentus occideretur, vt auctor est Liuius. Per gradus autem magistratum hinc ascendisse ad Consulatum atque Censuram, atque etiam triumphum duxisse, sublequentes annales docebunt.

C. Cornelius * L. f. L. n * Lentulus. Triumuit postea coloniæ deducendæ nominatur à Liuiio cum P. & Sex. Patris Consularibus.
[L. Cornelius. L. f. Cn. n. Blasio.]

Prouinciæ:

M. Claudius. M. f. M. n. Marcellus. Procos. prorogato in annum imperio Apuliam, ac bellū cum Annibale obtinuit cum legionibus, quibus Consul rem gesserat. Vbi primū pabuli copia fuit, ex hibernis cum exercitu profectus ad Canusium, Annibali occurrit. Cedentis insequendo vestigiis, castra castris non semel contulit, detrectantemque Pœnum tandem conferere manus coëgit. Bis atroci prælio concursus fuit, priore victus Marcellus, duobusque milibus ac septingentis amissis; in castra compulsus est: At sequentis diei altero prælio victor euasit, octo milibus hostium cæsis, cum elephantis quinque, Annibalem in fugam versum, & nocte castra mouentem ne insequeretur, sauciorum multitudo prohibuit. Sic Annibal Bruttios petiit, Marcellus vt vulnerati curarentur, Venusiæ sub tectis exercitum aliquamdiu tenere coactus est. Hæc latè Liuius xxvi i. Plutarchus, & Orofius lib. iv. cap. xviii.

Annibalem declinantem Marcellus insequitur.

M. Valerius * P. f. P. n * Læuinus. Procos. Siciliam prorogato imperio cum L. Cincio Propr. obtinuit. Quibus Cannensis exercitus datus, eum supplere ex militibus, qui ex legionibus Cn. Fuluij Procos. anno superiore ab Annibale cæsi superesset, iussi sunt. Quos vndique conquisitos in Siciliam Coss. miserunt: additaque est his eadē militiæ ignominia, sub qua Cannenses militabant, quiq; ex Prætoris Cn. Fuluij exercitu ob similis iram fugæ eodē missi fuerant. Q. Fabius Cos. igitur collectas Fuluij exercitus reliquias ad tria milia cccxxxvi. per Q. Maximum filium suum ad Læuinum in Siciliam misit, atque inde, vt Senatus decreuerat, Læuinus eidē duas legiones Q. Fuluij Cos. & xxx. quinquere mes patri Fabio Cos. reddēdas tradidit. Legiones autem Cannenses ita suppleuit ex transfugis Numidis Siculisque, vt duorum speciem exercituū habuerint: Alterum L. Cincio Propr. tradidit, altero ipse partem Insulæ tuebatur diuisam olim Romani Punicique imperij finibus. Classē quoque reliquam ad lxx. naues suppleuit, vt omni ambitu littorum præsidio oræ maritimæ esset. Ipse Procos. deinde cum Mutinis equitatu prouinciam agros visens peragravit, vt culta ab incultis notaret, & perinde dominos laudaret, castigaretve. Eaque cura tantum frumenti prouenit, vt & Romam mitteret, & Catanam conueheret, vnde exercitui ad Tarentum posset præberi: Liuius lib. xxvii. Ex his quidem plurimum lucis adfertur M. Tullij verbis, quæ habentur in eius actione frumentaria in Verrem: vbi tres nominat Romanos Procos. qui per Siciliam bellis vexatam primū Punicis, atque deinceps fugitiuorum, pacata post victoriam prouincia, quam primū arationes vbique restaurarant: vt successoribus non desertam, sed vberem, ac colonis aratoribusq; plenam reliquerint. Sed ibidem M. Læuinus hic, P. Rupilius, & M. Aquillius non Prætores (vt librariorum ignorantia irrepsit hoc mendum) Sed Procos. haud dubiè nominandi: sicut ex Annali nostro, & aliis sequentibus palam fiet. Quare considera Ciceronis istum locum, Lector, & restitue in hunc modum: Tum qui M. Læuino, aut P. Rupilio, aut M. Aquillio * Procos. Prætores in eam prouinciam successerant, aratores reliquos non colligebant. Aliter C. Verres, qui Prouinciam Siciliam triennio spoliata & exhaustam successorī suo incultam, & aratoribus vaeuam tradiderat.

Exercituum mutatio.

Classis lxx. nauium ad Sicilia usulam.

Agrorū promouet cultum Læuinus Procos. Ciceronis locum illustrat.

** Procos. in vulgatis non habetur.*

P. Sulpicius. Ser. f. P. n. Galba. Maximus. Procos. oram. Græciæ. maritumam, obrinuit cum legione, & classe quam antè habuerat: Liuius lib. xxvii. Sed anno superiore Sulpicius exercitum dimittere, socios nauales retinere iussus erat, vt idem lib. xxvi. scribit. Quare nescio, an hæc rectè, & quænam illi legio fuerit.

P. Cornelius. P. f. L. n. Scipio. Qui postea Africanus appellatus est. Procos. Hispaniam. cum vetere. exercitu. obtinuit. Asdrubalem Annibalis fratrem ingen-

Victoria de Asdrubale Annibalis fratre.

Hispanos in prælio captos ac dedititios liberos dimisit P. Scipio victor.

Regis nomen ac appellatione recusauit. Imperatoris militare nomen gratum habuit.

ti prælio ad Bæculam urbem vicit, & castris exiit: octo milibus hostium cæsis, & decem milibus peditum, duobusque equitum captis. Asdrubal ante finem prælij cum pecunia, elephantis, & quibus potuit militibus ex fuga collectis, præter Tagum flumen ad Pirænum contendit. Scipio castris hostium potitus, cum præter libera capita prædam omnem militibus concessisset: in recentendis captiuis decem milia peditum, & duo milia equitum inuenit, ex quibus Hispanos omnes sine pretio domum remisit, Afros vendere iussit. Tum circumfusa multitudo Hispanorum & antè deditorum & pridie captorum omnis, Scipionem Regem cum ingenti acclamatione appellauit, sed ipse silentio per præconem facto, nomen Imperatoris a suis militibus acceptum, sibi maximum esse dixit; regem factum, nomen alibi magnum, Romæ intolerandum esse; regalem animum sibi sufficere. R 2 Dona

Dona deinde régulis principibusque Hispanorum diuisit, & reliquum ætatis recipiendis in fidem Hispanorum populis absumpsit. Latè hæc Liuius lib. xxvii. Polybius x. Appianus in Iberica, Zonaras, Orosius, Eutropius succinctè referunt.

C. Calpurnius * C. f. * // n. Piso. Etruriam Propr. obtinuit. Legiones duas, quas habebat veteres, Q. Fabio Cos. tradere iussus, exercitum vrbani in earumdem locum accepit. Exitu ætatis de Etruria defectione per Aretinos tentata certiozem Senatum fecit. Itaque confestim eò missus est M. Marcellus Cos. designatus, qui rem inspiceret: ac si digna videretur, exercitu accito, bellum ex Apulia in Etruriam transferret. Eo metu compressi Etrusci quieuerunt. C. Calpurnius autem vetitus ab Aretio mouere exercitum, nisi cum successor venisset: qui datus est ei extra ordinem cum imperio C. Hostilius Tubulus vrbana Prætura defunctus: Liuius lib. xxvii.

Etrusci belli incendium macturè compressum.

L. Cincius * L. f. * // n. Alimentus. Propr. Siciliam cum M. Læuino Procos. prorogato in annum imperio obtinuit. Regnum Hieronis tueri cum vna legione iussus est: Liuius.

M. Iunius // f. // n. Silanus Propr. Hispaniam cum P. Scipione Procos. obtinuit. Cui etiam, vt Scipioni, donec reuocaretur, prorogatum imperium est: Liuius.

Pro Quæstoribus fuere

//. // . // . f. // . n. // . M. Claudij Procos. in Apulia.

//. // . // . f. // . n. // . M. Læuini Procos. Lilubætanus in Sicilia.

C. Flaminius. C. f. C. nepos. P. Scipionis Procos. in Hispania. Afros ad Bæculam in prælio captos omnes sub hasta Scipionis Procos. iussu vendidit. Inter quos regij generis nobilem puerum aduultum eximia formæ atque indolis inuentum, ad Scipionem misit. Quem is ad auunculum Massaniam, Numidiæ Regem, qui pro Pœnis tunc militabat, regiis donatum muneribus remisit incolumem. Liuius hæc pulchrè, nec non Valerius Maximus lib. v. cap. i.

Victoris clementia ac liberalitas hostium animos subuigat.

//. // . // . f. // . n. // . L. Cincij Propr. Suracusanus in Sicilia.

Q. Fuluius. // f. // n. Gillo. C. Aurelius. C. f. C. n. Cotta.

P. Ælius * Q. f. Q. n. * Tubero.

Q. Fabius. Q. f. Q. n. Maximus. Verrucosus. Ann. DXLIV.

// . Cos. V. de Tarentineis. // . // . // .

Præda ingens ex Tarento.

Hic Q. Fabij Maximi secundus triumphus fuit, auctore Plutarcho, multò clarior priorè, & illustrior. Tria milia talentorum in ærarium ab ipso relata sunt, vt idem memoria prodidit. Liuius autem octuaginta tria milia pondo auri dixit capta fuisse, argentiq; magnam vim facti signatiq; nec non xxx ∞. seruilium capitù, quæ sub hasta vendidit, & pretium in ærarium rettulit, vt Eutropius & Orosius item asserunt. Tabulæ, signaq; quàm plurima reperta, vt Suracusanorum ornamenta adæquarent propè. Sed maiore animo eius generis præda Fabius abstinuit, quàm Marcellus. Nam interroganti scribæ Quæstorio, quid fieri de signis veller: deos iratos Tarentinis relinquendos respondit. Erant enim pugnantium forma gestuq; fabrefacti colossæ quasi magnitudine. Herculis signum nihilominus asportatum Tarento iuxta æream suam statuam in Capitolio locasse Fabium scribit Plutarchus, & suffragantur Plinius lib. xxxiv. & Auctor de viris illustribus. Hæc ferè ex Plutarcho & T. Liuiò: verum hîc triumphus Fabiani mentionem non facit. Quia tamen eundem in Plutarcho reperimus, mihi prætereundus non videbatur. In antiquo breuiario rerum gestarum Q. Fabij Maximi marmorea in tabula sculpto, quod in Anali dxxxii. superius adduximus, secundi huius, capto Tarento, triumphus fit etiam mentio. Adornat etiam insigni nummo hunc Q. Maximi Verrucossi triumphum Goltzius nofter. In cuius vno latere caput Romæ galeatù in laurea corona positum videtur, vt victoriæ Romanæ symbolum: in alio Neptunus cum tridente in manu, stans in quadriga triumphali, sub cuius equis est prora nauis rostrata. Subscriptum eius nomen sic: Q. MAX. VERRVC. Et hæc rostrata eius vrbis potentiam, ac opes maritum expeditionibus paratas signat. Ideoq; Neptunus Tarentinorum præfes deus, cuius filius Taras vrbem condidit, & à suo nomine appellasse dicitur. Quem conditorem suum in nummis etiam Tarentini delphino natanti insidentem repræsentarunt.

Deorum iratorum statua Tarentinis relicta. Fabia gentis auctor Hercules.

Triumphalis nummus Q. Fabij.

ANNI POST R. C. DXLV.

Consules.

M. Claudius. M. f. M. n. T. Quinctius * T * f. // n.
 Marcellus. v. In prælio. Crispinus. In. mag. ex. vulnere.
 occisus. est. mortuus. est.

CASSIODORVS M. Marcellum iv. & T. Quinctium : Græcæ tabulæ Marcellum iv. & Crispinum Consules huius anni produnt ; non numerantes (vt antè admonui) Consulatum quem vitio factus non gessit. Eum verò computare se Liuius declarat aperte. Vndecimo, inquit, anno Punici belli Consulatum inierunt M. Marcellus quintum (vt numeretur Consulatus, quem vitio factus non gessit) & T. Quinctius Crispinus. Liuium sequuntur Plutarchus in Marcelli vita, & Appianus Alexandrinus in Annibali- ca, quintum fuisse hunc Marcelli Consulatum, in quo occisus est, adfirmantes. A stipulantur antiqua numismata, quorum in eius primo triumpho mentionem feci ; item Valerius Max. lib. i. cap. i. scribens, à Marcello quintum Consulatum gerente, Honori ac Virtuti templum fuisse consecratum. T. Quinctius autem, auctore Liuius, is idem est, qui anno superiore Prætor fuerat. Nominantur præterea hi Coss. à Zonara, Orofio, & aliis.

Consulibus ambobus Italia & bellum cum Annibale decretum est, & duo Consules prioris anni exercitus : tertius tunc erat Venusiæ, cui M. Marcellus præfuerat. Ita que vt ex tribus Consules eligerent duos, quos vellent, iussi sunt : tertius ei traderetur, cui Tarentum & Sallentini Prouincia euenisset. Prorogata in annum imperia Q. Fuluius Flacco, M. Læuino, P. Sulpicio, ac P. Scipioni Procos. itemq; C. Hostilio, L. Veturio, C. Aurunculeio, & M. Silano Proprætoribus ; de quorum prouinciis suo loco dicemus. De duabus, quæ ad urbem Romam fuerant, legionibus nihil mutatum est. Supplementum, quo opus esset, vt scriberent, Consulibus permissum. Vna & viginti Legionibus defen-

*Prouinciarii
 est exercitus
 ordinatio.*

*Legiones in
 armis xxx.*

Prætoribus in prouinciam abeuntibus, Consules religio tenebat : quòd prodigiis aliquot nuntiatis non facilè litabant. Quorum causa diem vnum supplicatio fuit. Per aliquot item dies hostiæ maiores sine litatione cæsæ sunt. Diuque non impetrata pax deum, sed in capita Consulium, Republica incolumi, exitiabilis prodigiorum euentus vertitur. Rebus Romæ constitutis, Consulium alter T. Quinctius cum exercitu, quem Q. Fuluius habuerat, & supplemento in Lucanos est profectus. Marcellum religiones obiectæ, & ædes Honoris & Virtutis dedicanda cum diu satis Romæ tenuissent, & ipse ad exercitum, quem anno priore reliquerat Venusiæ, cum supplemento proficiscitur. Inter Venusiam denique Bantiamque coniungere copias ambo Coss. Eodem & Annibal cum exercitu veniens, cõtra duos bello feroces Duces insidiis locum repperit. Dum enim tumulum castris commodum cum ducentis circiter equitibus simul specularentur, à Numidis in valle vicina occultatis circumuenti sunt. Marcellus acriter pugnans in prælio cecidit, Crispinus valde saucius cum paucis effugit, & postea ex vulnere mortuus est. Annibal à Salapianis deinde frustratus in Bruttios abiit, & Locrorum obsidionem soluit. Hæc latè videbis apud Liuium, Plutarchum, Appianum in Annibali- ca ; breuiter apud Zonaram, Orofium, Eutropium, & alios.

*Prodigiorum
 procuratio
 difficilis.
 Religiosis
 terrore a super-
 stitione moratur
 Consules.*

*Insidiis Pæ-
 norum inter-
 capiuntur am-
 bo Consules.*

T. Manlius. T. f. T. n. Torquatus. Dict.

C. Seruilius. C. f. P. n. Pulex Geminus.

Qui idem. Æd. cur. erat. Mag. eq.

Comit. habend. & ludorum. magnorum. causa.

T. Quinctius Cos. (vt refert Liuius) anni exitu cum Dictatorem Comitiorum, ludorumque faciendorum causa dixisset, in Campania, vt quidam, vel, vt alij tradunt, Tarenti mortuus est. Dictator Manlius magistrum equitum C. Seruilium, qui tunc Ædilis curulis erat, dixit. Senatus Dictatorem iussit ludos magnos facere, quos M. Æmilius Prætor urbanus C. Flaminio & Cn. Seruilio Coss. fecerat, & in quinquennium vouerat. Eos ludos Dictator fecit, & in insequens lustrum vouit. Inde comitia nouis creandis magistratibus habuit, quibus peractis, Dictator & magister eq. magistratu abierunt. Hæc Liuius lib. xxvii.

*Ioui opt.
 max. ludi
 magni ex vo-
 to facti.*

Prætores.

*Classis Offi-
sibus urbana
nauiū quin-
quaginta.*

*Licina lex
de ludis A-
pollinaribus
quotannis
stata die fa-
ciendis.*

*Flamē Dia-
lis necdum
Senator & Se-
natus eductus*

P. Licinius * C. f. P. n * Varus. Vrbanam. iurisdictionem. obtinuit, cum Ostiensi extra ordinem classe. Nam cum fama spargeretur, magnū naualem apparatus esse Carthagine, cc. nauibus omnem oram Italiae, Siciliaeque ac Sardiniae Pœnos impleturos esse, iussus est naues xxx. veteres reficere, & viginti nouas focis naualibus implere, vt quinquaginta nauium classe oram maris vicinam vrbi Romæ tueri posset. Ex S. C. de ludis Apollinaribus in perpetuum in statam diem vouendis ad populum tulit, quos antea Prætores vrbani incerta die fecerant, & in vnum annum vouerant. Itaque primus Varus ita vouit, fecitque a. d. iiii. Nonas Quintiles. Is dies deinde solennis seruat. Sic Liuius lib. xxvii. Sed discrepat vno die ab antiquo Fastorum Calendario, in quo pridie Nonas eadem Apollinarium ludorum exordium annotatum est: vt me Romæ in Bernardini Maphæi Cardinalis Fastorum marmoreis tabulis vidisse memini. Idem P. Licinius Prætor, C. Valerium Flaccum Flaminem Dialem anno superiore à P. Licinio Craffo Pont. Max. captum, vetusto iure sacerdotij per multos annos ob priorum Flaminum indignitatem intermisso, Senatum intrare ausum eduxit. Vide Liuium de his lib. xxvii.

P. Licinius. P. f. P. n. Craffus. Diues. Peregrinam iurisdictionem obtinuit, & quò Senatus censuisset, vt ait Liuius. Quo decreto, sicut apparet, illi extraordinaria prouincia referuata fuit.

Sex. Iulius * C. f. C. n * Cæsar. Siciliam. cum. exercitu. Cannensi obtinuit: Liuius libro xxvii.

Q. Claudius. // f. // n. * Flamininus * Tarentum. ac Sallentinos obtinuit, cum exercitu, quem Q. Fabius Cos. anno priore tenuerat. Anni exitu Consulibus ab Annibale cæsis, cum dubitaret Senatus, vbi Crispinus vulneratus esset, decretū, si Tarentum profectus esset, vti Q. Claudius Prætor in eam regionem inde legiones suas abduceret, in qua plurimas fociorum vrbes tueri posset. Sed Crispinum præ grauitate vulnerum Capua non excessisse, Liuius innuere videtur: quem vide libro xxvii.

Ædiles curules.

Q. Cæcilius. L. f. L. n. Metellus. C. Seruilius. C. f. P. n. Pulex. Geminus. Qui anno superiore Ædiles plebis fuerant. Ludos Romanos semel instaurarunt, vt Liuius annotauit.

Ædiles plebis.

Q. Mamilius * Q. f. Q. n * Vitulus. M. Cæcilius * L. f. L. n * Metellus. Ludos plebeios per biduum instaurarunt, & Iouis epulum caussa ludorum fuit. Signa item tria ad Cereris ædem dedere: Liuius lib. xxvi. Q. Manlius perperam in Liuianis exemplaribus legitur, pro Mamilius. Nam Manlij patricij sunt, hic plebeius esse debet. M. Metellus frater Q. Metelli Ædilis curulis, quem & in Capitolinis Consulem & Dictatorem reperimus, videtur fuisse.

Tribuni plebis

A C. Valerio Flacco Flamine Diali sunt appellati, qui antiquum ius Flaminio cum toga prætexta & sella curuli datum repetens, in Senatum intrauerat nondum lectus: & à P. Licinio Prætoris vrbis prohibitus, & eductus inde fuerat; contendente non exoletis vetustate annalium exemplis, sed recentissimæ cuiusque consuetudinis vsu ius illud stare; nec patrum nec aorum memoria Dialem quempiam id ius vsurpasse. Tribuni auxilio Flamini Valerio fuerunt, & rem inertia superiorum obliteratedam ipsis, non sacerdotio damno fuisse, cum æquum censuissent: ne ipso quidem contratendente Prætoris, magno assensu Patrum plebilque, Flaminem in Senatum introduxerunt, omnibus ita iudicantibus, magis sanctitate vitæ, quàm sacerdotij iure Valerium id obtinuisse.

Hæc ferè Liuius lib. xxvi. Ceterum aduertendus ibidem locus ille videtur, vbi ait, Tribunos plebis appellauit Flamen, vetustum ius sacerdotij repetebat, datum id cum toga prætexta & sella curuli C. Flaminio esse. Atqui neminem ex Flaminia gente puto Dialem fuisse. Patriciorum enim hoc sacerdotium fuit semper, ad Ciceroniana etiam ferè tempora. Flaminia autem gens plebeia est, nec C. Flaminium quempiam ad id sacerdotium peruenisse reperio. Quocirca legendum potius sic esse existimo: Datum id cum toga prætexta & sella curuli Flaminio esse. Nam de sacerdotio ipso loquitur Liuius. Etenim hoc ipsum etiam libro primo scribit, Numam scilicet Pompilium regem eius sacerdotij infi-

*Flaminis
Dialis anti-
quum ius as-
sertū à Tri-
bunis plebis:
Vita moriūq;
sanctitas vi-
ro conciliat
reuerentiā.
T. Liuij lo-
cus corrigendus.*

*Vetustum ius
Flaminis
Dialis.*

institutorē Dialē Flaminē insigni veste & regia fella curuli adornasse. Quibus cum ornamentis Diali Flaminii accessisse, ut quotiens vellet, in Senatum venire posset, ex isto Liuij loco manifestum fit.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

Ti. Claudius * C. f. Ti. n * Afellus. Anno insequenti Tribinus militum, sub C. Nerone Cos. & postea Ædilis plebis, teste Liuiō.

Sp. Lucretius. // . f. // . n * Gallus * [Q. Pomponius. Q. f. L. nepos.]
 P. Villius. Ti. f. Ti. n. Tappulus. // . M. Acilius * L. f. L. n * Glabrio.
 [M. Hortensius. M. f. Q. nepos.] [M. Otacilius. M. f. M. n. Crassus.]
 [Q. Ogulnius. Q. f. Q. n. Gallus.] [L. Caruilus. L. f. L. n. Maximus.]
 [M. Aulius. Q. f. Q. n. Cerretanus.]

Quæstores urbani.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciales.

// . // . // . f. // . n. // . M. Marcelli } Consulum in Italia.
 // . // . // . f. // . n. // . T. Crispini }
 // . // . // . f. // . n. // . Sex. Cæsaris pr. Suracufanus in Sicilia.
 // . // . // . f. // . n. // . Q. Claudij pr. in Sallentino.
 // . // . // . f. // . n. // . Calenus. // . // . // . f. // . n. // . Ostiensis.

T. Quinctius. T. f. L. n. Flamininus. Sic eius nomen habetur in Capitolinis Fastis. Tribunus militum, ut in eius vita Plutarchus scribit, sub M. Marcello militauit primum, in bello contra Annibalem: altero ab hinc anno (ni fallor) cum Marcellus Consul quartum esset, & Annibalem Cn. Fuluiο cæso ferocem persequeretur, ac ad Numistionem insigni prælio vicit, ut antè dictum est. Hic idem est T. Quinctius, qui Philippum Macedoniæ regem postea deuicit, & Græciæ libertatem reddidit. Eum Liuius lib. xxxi r. testatur ex Quæstura Consulatum petiisse, sed quando Quæstor fuerit, non exprimit. Plutarchus post primam militiam, ac Tribunatum militum, cum iam Marcellus Annibalis insidiis interceptus occubisset, ipsum Tarentinæ prouinciæ præfectum fuisse scribit, ibique plus gloriæ in administranda iustitia, quàm bello sibi comparasse. Ideoque defunctum prouincia, coloniis deducendis, atque agris diuidendis, Annibale extra Italiam pulso, inter alios principem electum. Atque propterea magnum animo atque elatum quosdam medios magistratus iunioribus tribui consuetos omisisse, Tribunatum videlicet, Præturam ac Ædilitatem, nec non confestim in petitione Consulatus prona habuisse suffragia. Hęc autem, ut Liuiο congruere possint, inquiramus. Ex eo quidem colligimus Tarentinam prouinciam Quinctium accepisse anno DXLVII. atque triennio ad minus obtinuisse. Dehinc anno DLII. nominatur ab eodem inter x. viros, qui veteranis P. Scipionis Procos. agrum Samnitum, Apulumque diuiserunt, & anno mox sequenti inter III. viros, qui Venusiam duxere colonos. Quo defunctum munere Romam reuersum anno DLIV. Consulatum petiisse, atque obtinuisse constat. His ita se habentibus, Quæsturam eius ante Tarentinam prouinciam ponere conuenientius visum fuit hoc anno DXLV. qui decimus est ante Quinctij Consulatum: quo plerumque spatio annorum Quæstura præcedere Consulatum solet. Sed miror à Plutarcho nominari Tribunatum plebis inter minores magistratus à Quinctio præteritos: cum ipsi, qui patricius erat, ad hunc non pateret aditus. Neque patriciis eundem petere licitum erat, nisi prius constaret, illos adoptione, vel alia via ad plebem transisse. Non puto tamen doctissimum Plutarchum, iuris Romani peritissimum, tali errore lapsum; sed à sciolo quopiam indoctōve librario temerè contextui historiæ in exemplaribus assutum esse, ne quis minor magistratus à T. Quinctio non gestus prætermitteretur.

T. Quinctij ex Quæstura salus ad Consulatum.

x. vir agris dandis, III. colonia Venusiam deducenda.

A Tribuna- tu plebis patricij semper exclusissimi.

M. Fabius * M. f. M. n * Butco. Cuius pater Consul, Censor & Dictator Senatus

tus legendi sine equitum magistro paulò antè fuerat, vt annorum interuallum innuere videtur. Hic autem Ædilis, & postea Prætor sequetur.

Liuij exemplaria corrigenda.

M. Valerius * M. f. M. n * Falto. C. Tremellius. // . f. // . n. Flaccus. Recenset hos Liuius lib. xxix. cum M. Metello Prætorio inter legatos magistratibus functos, qui Matrem deum Magnam ex Asia Romam aduexere. Vbi Quæstorios illos appellat, quamuis perperam in plerisque Liuianis exemplaribus Quæstros appellantur librariorum culpa. Coniungere verò visum fuit in Quæstura, quòd Ædilitatem deinde gesserint etiam simul eodem anno, Valerius curulem, Tremellius plebeiam, vt suo loco constabit.

L. Æmilius. M. f. M. n. Lepidus. Q. Æmilius. M. f. M. n. Lepidus. Fuere M. Lepidi bis Consulis, & auguris filij duo, qui cum fratre maiore natu Marco ludos funebres patri mortuo per triduū, & gladiatorū paria xxii. dederant anno dxxxvii. vt ex Liuij xxiii. in Marci Quæstura quoque diximus annali dxxxiii.

L. Apulcius * L. f. L. n * Fullo. Huius pater Cos. fuit anno dxxvii. Hunc Ædilem plebis Liuius nominat, ac deinde Præfectum classis, & legatum P. Sulpicij Cos. in Macedonia bello Philippico. Postea Prætor fuit, deinde iii. vir agris dandis: demum legatus L. Scipionis in Asia anno dxxliii. in prælio occisus est: vt Liuius lib. xxxvii.

Q. Minucius. C. f. C. n. Rufus. Vt in tabulis extat Capitolinis. Qui post Consulatum & triumphum inter decem legatos nominatur à Liuij lib. xxxvii. ad Asiam constituendam è Senatu missos anno dlxiv.

Prouinciæ.

Q. Fuluius. M. f. Q. n. Flaccus. Procos. Capuanam prouinciam, in qua T. Quinctius Crispinus anno superiore Prætor fuerat, cum vna legione obtinuit: Liuius xxvii.

Victoria navalis, & præda Punicæ.

M. Valerius * P. f. P. n * Læuinus. Procos. Siciliam prorogato imperio obtinuit. Illi classis, quæ ad Siciliam erat, decreta est nauium lxx. & addere iussus est xxx. naues, quæ ad Tarentum priore anno fuerant, vt ea centum nauium classe prædatum in Africam, si videretur ei, traiceret. Eademq; Læuinus Procos. ætate in Africam traiciens, post agrum hostilem latè vastatum non procul Clupea maritimo prælio prosperè pugnavit, decem & octo nauibus Pœnorum captis, reliquis item fugatis, cum magna terrestri naualique præda Lilubæum rediit: Liuius.

Achai vastati.

Philippus rex ab Elis oppugnatione repulsus, & ferè captus.

P. Sulpicius. Ser. f. P. n. Galba. Maximus. Procos. Græciæ oram maritumam cum vetere classe obtinuit, prorogato in annum imperio. Ab Naupacto profectus Achæorum (qui arma cum Philippo rege iunxerant) agros nobilissimæ fertilitatis inter Sicyonem & Corinthum effusè vastauit. Philippus à Nemæis ludis cum equitatu raptim profectus, graues præda Romanos, & nihil tale metuentes in naues compulit. P. Sulpicius postea, cum rex Elim oppugnaret, in quam ipse noctis silentio cum quatuor armatorum milibus clam intrauerat, insigni prælio Macedones vicit, in quo rex ipse delapsus equo occiso captus fuisse, nisi à suis ereptus, & alteri equo iniectus fugisset. Philippo noui belli instantis causa in Macedoniam vocato, Sulpicius Æginam classe profectus cum Attalo rege se coniunxit, & hibernauit: Liuius lib. xxvii. Polybius x.

P. Cornelius. P. f. L. n. Scipio. Qui postea Africanus appellatus est, Hispaniam prorogato. in. annum. imperio. obtinuit. cum. vetere. exercitu. Ex classe autem sua iussus est quinquaginta naues longas in Sardiniam transmitti, propter famam naualis apparatus Pœnorum, qui dicebatur esse Carthagine. Pulso ex Hispania Asdrubale, Magonem alterum Pœnorum ducem obseruando, plures per Hispaniam ciuitates in potestatem redegit. Vide Liuium, Polybium, & Zonaram.

Etrusca rebelliois suspicio armis re amota.

C. Hostilius. // . f. // . n. Tubulus. Propr. Etruriam. prorogato. imperio. obtinuit C. Calpurnio succedens. Cui mandatum, ne ab Aretio moueret exercitum, & vt inde caueret præcipuè, ne qua noua consilia orirentur. Et cum de motu Etruriæ fama cresceret, C. Hostilio scriptum est, ne differret obsides ab Aretinis accipere. Qui accepto Senatus decreto, legionem vnã, quæ ante urbem caltra habebat, signa in urbem ferre iussit. Quo facto, præsidia locis opportunis disposuit. Tum citatis in forum Senatoribus, obsides ipsorum liberos accepit ccxx. Quos C. Varroni Propr. cum imperio in eum finem missos Romam deducendos tradidit. Exitu anni Hostilius ad exercitum missus est Tarentum, quem T. Quinctius Cos. habuerat. Vide Liuium xxvii.

C. Te-

C. Terentius. // f. // n. Varro. Propr. extra ordinem cum imperio missus est ad obsides Aretinorum Romam deducendos. Is Romam reuersus, de Etruscis omnia suspectiora, quam antè fuerant, in Senatu fecit. Itaque legionem alteram ex vrbis Aretium ducere iussus est, eamque habere in præsidio eius vrbis, dum C. Hostilius cum cetero exercitu totam peragraret prouinciam, caueretque, ne qua occasio res nouare cupientibus daretur: Liuius.

L. Veturius. L. f. L. n. Philo. Propr. Galliam prorogato imperio obtinuit, cum iisdem duabus legionibus, quibus Prætor illam obtinuerat: Liuius.

L. Cincius. // f. // n. Alimentus. Propr. prorogato imperio. classem Siciliae, Italiaeque maritimas oras obseruantem obtinuit. A Consulibus vocatus Locros traiecit, obsidionem eius vrbis adiuturus. Eamque vrbem, dum Annibal Consules inter Venusiam & Bantiam castra coniungentes insequitur, summa vi terra marique oppugnauit. Sed redeunte post caesos Consules Annibale, in naues à Numidis repulsus est: Liuius xxvii.

C. Aurunculeius. // f. // n. *Cotta* Propr. Sardiniam prorogato imperio obtinuit, cum duabus legionibus, quas in eadem prouincia Prætor habuerat. Additæ ei ad præsidium maris naues quinquaginta longæ, quas P. Scipio ex Hispania mittere iussus erat: Liuius.

M. Iunius. // f. // n. Silanus. Propr. Hispaniam cum P. Scipione prorogato in annum imperio obtinuit: Liuius.

Pro Quæstoribus fuere.

C. Flaminius. C. f. C. nepos. P. Scipionis. Procos. in Hispania.

// // // f. // n. // M. Launi. Procos. Lilubætanus. in. Sicilia.

// // // f. // n. // L. Veturij Propr. in. Gallia.

// // // f. // n. // C. Aurunculei Propr. in. Sardinia.

C. Aurelius. C. f. C. n. Cotta. M. Cincius * M. f * // n. Alimentus.

C. Cornelius * L. f. L. n * Lentulus.

ANNI P. R. C. DXLVI.

Consules.

C. CLAVDIVS. TI. F. TI. N. M. LIVIVS. M. F. M. N. NERO. SALINATOR. II

Hi Consules sic habentur in Capitolinis Fastorum fragmentis, quæ nunc rursus succurrere, & auxilio nobis esse incipiunt. Liuius, Cassiodorus, & Marianus C. Claudium Neronem & M. Liuium Salinatorem II. proferunt. Appianus Alexandrinus in Annibalica, & tabulæ Græcæ Neronem & Salinatorem. Orosius & Zonaras Claudium Neronem & M. Liuium Salinatorem habent. In Eutropio prænomen Claudij perperam Appius legitur. Ceterum M. Liuius antea Consul cum L. Emilio Paulo de Illyriis triumphauerat, vt antè dictum: sed populi iudicio paulò post damnatus erat, ob prædam Illyricam ab ipso malignè diuisam, sicut inimici calumniabantur. Postquam ignominiam ipsum ruri viuentem ciuitate & publico abstulisse, octauo demum anno post damnationem Marcellum & Lquinum Coss. cum reduxisset in vrbem, Philonem & Crassum Censores coegisse Senatum frequentare, scribit Liuius. Inuitum igitur eum hoc anno Consullem ex Senatus sententia populus refecit, vt C. Neronis ardor huius leuitate temperaretur: quamuis insignes inter hos duos essent inimicitia. Quas tamen, deprecante Senatu, reip. causa deposuerunt, ne alter alteri in rebus agendis impedimento foret. Quæ omnia pulchrè Liuius libro xxvii. narrat. Pulchrè meminit item Val. Max. lib. iiii. cap. ii. & lib. vii. cap. ii.

Prouinciæ †, non sicut superioribus annis, permittæ regionibus sunt decretæ nouis Consulibus, sed diuersæ, finibus Italiae extremis. Alteri contra Annibalem Bruttij & Lucani, quæ C. Neroni obuenerat: alteri Gallia aduersus Asdrubalem Alpius appropinquantem, quam M. Liuius est fortitus. Huic itaque simul obuenerat exercitus ex duobus vnus vel Gallicus reperies.

Honor virtutem fugientem amat, & sequitur. Inimicitia priuata reip. causa deposita. † Prouinciariis ac exercitiu distributio: quam, Lector candide, si diligenter apud Liuium examinare velis, librariorum culpa vitiatam valde reperies.

^a Perperam in Liviis legitur, ut binæ Consulium essent, ^b paulo post, tres Praetores binas, nam sic cuiuslibet Consulium una tantum legio fuisse, & Praetoribus tribus simul binas tantum: quod absurdum, & aduersus legionum xxiiii. summam à Livio expressam. Afrubalis in Italiam aduentus. C. Claudij Consulis praecleara expeditiones. Nobili stratagemate deceptus atque interceptus Afrubalis. Magna cadus, manubiaq. optima.

licus vel Etruscus, quem mallet, cum urbano. Nero nouis legionibus urbanis scriptis, vtrius mallet Consulium prioris anni exercitum sumeret. Alterum à Cos. Nerone relictum exercitum Q. Fuluius Procos. acciperet, C. Hostilius Tubulus Fuluius ad Capuam succederet. Summa legionum trium & viginti ita per provincias est diuisa: ^a Ut binæ cuique Consulium essent, quatuor Hispania haberet: ^b tres Praetores quisque binas, in Sicilia, in Sardinia, & Gallia; duas item C. Varro in Etruria; duas Q. Fuluius in Bruttis, duas Q. Claudius Propr. circa Tarentum & Sallentinos obtinerent, & vnam Capuæ C. Hostilius Tubulus; duæ præterea urbanae legiones nouæ ut scriberentur, decretum. Et libera potestas Consulibus denique facta est à Senatu, supplendi vnde vellent, & eligendi permutandique de omnibus exercitiis, quos vellent: & ex provinciis, quos è republica censerent esse traducendi. Hæc omnia ut acta fuerunt summa Coss. concordia, latius explicat Livijs lib. xxvii.

Afrubal ex Hispania pulsus, cum reliquijs sui exercitus ad Alpes profectus, Gallos ac Ligures pecunijs & promissis item ad arma vocauit. Conflatoque ingenti exercitu, spe omnium citius superatis Alpis in Italiam venit, & Placentiam coloniam frustra diu oppugnauit. Huic cum exercitu suo M. Livijs Cos. eam provinciam fortitus occurrit. Consul alter C. Claudius, cum Annibalem in Lucanis primùm ante Grumentum mœnia, deinde ad Venusiam tumultuarijs præliis vicisset; & inde tergiuersantem cum insequeretur continuè: tandem prope Canusium ex Numidis equitibus (qui litteras Afrubalis ad fratrem Annibalem portabant) interceptis intellexit, Afrubalem fratri in Umbria velle coniungi. Itaque relicto castris suis contra Annibalem præsidio, cum robore exercitus (sex milia peditum, mille equites erant) selecto, magnis itineribus ipse clanculum ad collegam Livijs Afrubali prope Senam Gallia oppositum proficiscitur. Vbi in iisdem collegæ sui castris nocte cum suo exercitu (ut dux ducem, tribunus tribunum, centurio centurionem, eques equitem, pedes peditem hospitaretur) inimicis inscius recipitur. Igitur postridie Consules eductis simul in aciem exercitijs Pœnos iam in fugam versos aggressi ad Metauri ripam prælio ingenti vicerunt, & Cannensem cladem iis liberaliter rependerunt: Afrubale ipso cum quinquaginta sex hominum milibus occisis, captis quinque milibus & quadringentis, atque exercitu hostium quasi prorsus deleto. Sic præter ingentem prædam omnis generis armorum ac comæatus, necnon auri argenteque captiuos ciues supra quatuor milia recepere. Claudius Consul ea nocte, quæ secuta est pugnam, citatiore quàm venerat agmine ad castra sua reuersus, caput Afrubalis, quod cum cura seruatum attulerat, ante hostium stationes projici, captiuos Afros victos ostendi iussit. Duo item ex iis soluti & dimissi sunt, ut Annibali, quæ acta essent, expromerent. Igitur intellecta clade suorum Annibal desperare de felicitate Carthaginensium cœpit, agnoscere se patriæ fortunam dicens: & contractis omnibus suis copiis in extremum Italiae angulum Bruttis & Metapontinos recessit. Vide historiam pulchrè descriptam apud Livijs in fine libri xxvii. Polybium libro xi. Zonaram, Orosum lib. iiii. cap. xviii. Appianum in Annibalia, Silium Italicum lib. xv. Eutropium, Auctorem de viris illustribus, L. Florum, & alios.

Claudius Cos. citus ad castra sua reuertit Annibali victoria sua documenta ferens. Annibal a nimo minor factus.

M. LIVIVS. M. F. M. N. SALINATOR. DICT.

Q. CAECILIVS. L. F. L. N. METELLVS. MAG. EQ.

COMIT. HABENDOR. CAVSSA.

Posteaquam Consules triumphassent, & comitorum tempus appeteret, per Dictatorem comitia habere placuit. C. Claudius Cos. M. Livijs collegam suum Dictatorem dixit, M. Livijs Dictator Q. Cæcilijs Metellum magistrum equitum. A Dictatore igitur comitijs habitis, in annum insequentem Consules creati L. Veturius & Q. Cæcilijs ipse magister equitum. Is honos illis à populo tributus est hortatu Consulium & equitum Romanorum, quod hi duo præcipuè in prælio contra Afrubalem legati fortem & insignem operam nauassent. Atque ita Cæcilijs post curulem Ædilitatem, ommissa Prætura, Consul creatus est, & Veturius post Præturam ordine magistratuum obseruato. Dictator Livijs comitijs Consulium Prætorumque perfectis, magistratu abdicato, dimissoque exercitu in Etruriam provinciam ex S. C. est profectus, ad quaestiones habendas qui Etruscorum Umbrorumve populi defectionis ad Afrubalem consilia agitaissent, qui que eum auxilijs, comæatu, aut ope aliqua iuissent: Livijs lib. xxviii.

Prætores.

C. Hostilius. // f. // n. Cato. Urbanam iurisdictionem fortitus obtinuit, cui addita est & peregrina; ut tres Prætores exire in provincias possent. Post Afrubalem casum,

Honos Consularius præmij fortitudinis militaris.

cæsum, accepto Romæ victoriæ nuntio, supplicationem ex Senatus decreto in triduum edixit. Quæ celebrata à viris feminisq; est, omniaq; templa per totum triduum æqualem turbam habuere: cum matronæ amplissima veste cum liberis, perinde ac si debellatum esset, omni solutæ metu circumirent, ac deis immortalibus grates agerent: Liuius in fine xxvii.

Supplicationes triiduana propter victoriam.

L. Porcius * M. f. * // . n. Licinus. Galliam Cisalpinam sortitus obtinuit cum duabus legionibus. Senatum litteris certiore fecit, Asdrubalem ex hibernis mouisse, & Alpes iam transire: octo milia Ligurum conscripta, armataq; se coniunctura transfesso in Italiam esse. Hæ litteræ Consules maturius quàm constituerant, exire in provincias coegerunt. Adueniens in Galliam Consul M. Liuius Porcius Prætor se cum exercitu iunxit, & aduersus Asdrubalem prope Consulis castra sua posuit. In prælio autem leui armaturæ præfuit, ac mediam aciem tutatus est: Liuius xxvii.

C. Mamilius * L. f. L. n. Vitulus * Qui primus è plebe Curio maximus creatus fuerat, Siciliam sortitus obtinuit cum duabus legionibus. Quidam auctores sunt, ipsum ad xv. milia sagittariorum funditorumq; M. Liuius Cos. contra Asdrubalem tendenti auxilio è Sicilia misisse, vt Liuius refert. Sed mendosè Manlius passim in exemplaribus, non Mamilius appellatur. Et simili errore contaminatù huius Prætoris nomen est apud Ciceronem

Ciceronis loci corrigendus.

enim historia Liuiana palàm fit, hoc tempore Manlium nullù in Sicilia Prætorem fuisse, qui Agrigentum colonos ducere potuisset, sicut M. Tullij verba declarant. Agrigentum enim veterem Pœnorum sedem, ac valido præsidio firmam, Liuius teste, primum recepit, Annone Præfecto pulso, M. Valerius Læuinus in secundo Consulatu Siciliam obtinens, vt suo loco narrauimus. Is tunc principes ciues securi percussit, ceteros, atque omnem prædam sub hasta vendidit. Triennium igitur ad hunc C. Mamilium Prætorem vrbs illa desolata iacuisse videtur: qui hoc anno Siciliam sortitus ex S. C. Agrigentum restaurauit, re-

Agrigentum colonis deducit.

fiduos ex clade ciues veteres per Siciliam palantes in urbem reuocauit, & vt magis frequentaretur, ex oppidis Siculorum colonos eò deduxit, quemadmodum ex Ciceronis oratione iam dicta colligimus, cuius verba ad rem pertinentia, restituto genuino Prætoris nomine, huc adducere non superuacaneum erit, vt studiosi sua ex hoc loco possint exemplaria corrigere: Agrigentini (inquit) de Senatu cooptando Scipionis leges antiquas

Cornelia lex P. Scipionis de Senatu Agrigentino-vrum cooptando.

habent, in quibus & eadem illa sancta sunt, & hoc amplius: cum Agrigentorum duo genera sint, vnum veterum ciuium, alterum colonorum, quos C. Mamilius Prætor ex S. C. de oppidis Siculorum deduxit Agrigentum: cautum est in Scipionis legibus, ne plures essent in Senatu ex colonorum numero, quàm ex veterum Agrigentorum. Leges, quarum hic meminit Cicero, tulisse videtur P. Scipio Africanus, cum biennio post Siciliam obtineret provinciam in Consulatu primo; atque tum eius ciuitatis rempublicam constituisse, priusquam cum exercitu traiceret in Africam.

A. Hottilius. // . f. // . n. Cato. Sardiniam sortitus cum duabus legionibus obtinuit: Liuius lib. xxvii. fine.

Aediles curules.

Cn. Seruilius. Cn. f. Cn. n. Cæpio. Ser. Cornelius * L. f. L. n * Lentulus. Quod ædes Iunonis Reginae in Auentino de cælo esset tacta, ex aruspicum responso, matronas Romanas, quibus in vrbe intraque decimum lapidem ab vrbe domicilia essent, edicto suo in Capitolium conuocarunt, vt stipem ex dote conferrent, ex qua donum peluis aurea Iunoni Reginae fieret. Ipsæ inter se quinque & viginti delegerunt, ad quas ex dotibus stipem conferrent: inde facta peluis, & in Auentinum lata, vbi purè casteq; à matronis sacrificatum. Ludos Romanos ter totos instaurarunt: Liuius lib. xxviii. & xxviii.

Peluis aurea Iunoni Reginae ex collatiua stipem matronarum Roma consecrata in Auentino.

Ædiles plebis.

Q. Mamilius * C. f. Q. n * M. Pomponius * M. f. M. n *
Turinus. Matho.

Ludos plebeios semel totos instaurarunt: Liuius lib. xxviii.

Tribu-

Tribuni plebis.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Cn. Heluius * P. f * // . n. Blasio. Tribunus militum legionis XIII. triennio post
 in prælio occisus est : teste Liuius lib. xxx.

Cn. Octavius * Cn. f * // . nepos. M. Iunius * M. f * . // . n. Pennus.
 Q. Lutatius * Q. f. Q. n * Catulus. [T. Otacilius. C. f. C. n. Crassus.]
 [Cn. Pomponius. Cn. f. Q. n. Rufus.] D. Iunius * D. f. D. n. Brutus *
 [L. Flavius. M. f. M. n. Fimbria.] [Q. Flavius. Cn. f. Cn. nepos.]
 Q. Fuluius * Q. f. Cn. n. Patinus *.

Quæstores vr bani.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciales.

// . // . // . f. // . n. // . C. Claudij Cos. in Bruticeis & Lucaneis.
 // . // . // . f. // . n. // . M. Liuij. Cos. in Gallia.
 // . // . // . f. // . n. // . C. Mamilij Pr. Suracufanus. in Sicilia.
 // . // . // . f. // . n. // . A. Hostilij. Pr. in Sardinia.
 // . // . // . f. // . n. // . Ostiensis. // . // . // . f. // . n. // . Calenus.

L. Furius. Sp. f. Sp. n. Purpureo. Tribunus militum sub Marcello Cos. fuerat
 ante triennium, vt reperitur apud Liuium, & sub eiusdem disciplina imbutus arte milita-
 ri, ad Præturam, triumphum, ac Consulatum peruenit. Eius nomen sic extat in Capitoli-
 nis tabulis. Recenset eum Liuius item inter decem legatos è Senatu missos anno DLXV.
 ad Asiam prouinciam constituendam, ac postea in Censuræ petitione repulsam passum
 esse suo loco scribit.

L. Furius * L. f. Sp. n * Purpureo. Patruales videntur hi duo fuisse. Legatum
 hunc P. Sulpicij Cos. in Macedonia fuisse, tradit Liuius in fine xxxi. anno DLII. quo su-
 prædictus Prætor de Galleis triumphauit. Nec dubium quin & hic magistratus gesserit.

Sex. Ælius. Q. f. P. n. Pætus. Catus. Iuris ciuili suo sæculo scientissimus erat,
 vt in eius Consulatu per occasionem dicam latius.

L. Terentius. // . f. // . n. Massa. L. Villius * Ti. f. Ti. n * Tappulus.
 Hic Prætor Sardinia postea, & ille Ædilis, ac tardius Prætor factus est. Villius autem vide-
 tur frater P. Tappuli fuisse, cuius Consulatus extat in Capitolinis tabulis. Nam Prætura
 amborum quadriennali solum interuallo inter se distant apud Liuium.

L. Cornelius. L. f. // . n. Merula. Qui post Præturam vrbanam III. vir agris dan-
 dis reperitur in Liuius, atque deinde Consul : extatque nomen eius in Capitolinis Fastis.
 Hunc primum quidem Merulam in Cornelia gente reperimus inter magistratus Ro-
 manos.

L. Atilius * C. f. M. n. Regulus * Cuius fortè pater Consul anno DXXVIII. à
 Gallis in prælio occisus est, vt temporum interuallum subindicare videtur. Hic Prætor
 Sardinia postea reperitur apud Liuium libro xxxii. sed cognomen est prætermisum,
 nescio an librorum negligentia.

L. Cassius. Q. f. // . n. Longinus. Fasti Capitolini filium huius produnt Conful-
 lem anno DXXCIX. & Liuius triennio prius Prætozem, vt suo loco dicitur.

Prouinciæ.

Q. Fuluius. M. f. Q. n. Flaccus. Procos. prorogato in annum imperio Brut-
 tios pro Capua cum duabus legionibus alterius Consulom anni superioris obti-
 nuit. A Consule postea C. Nerone in Lucanos accersitus est : ne ea regio sine præsi-
 dio

dio esset, dum ipse cedentem Annibalem sequitur Metapontum vsque: Liuius lib. xxvii.

M. Valerius * P. f. P. n * Læuinus. Procōs. Siciliam & classē anni superioris Siciliensem obtinuit. Cum eadem transmissus in Africam, in Vticensi & Carthaginiensi agro latè populationes fecit ad ipsa Vticæ mœnia. In reditu maritimo etiam prælio victor, septemdecim hostium naues longas ex classe Punica cepit, quatuor in alto merisit, cetera fusa atque fugata. Sic terra marique victor Romanus cum magna omnis generis præda Lilubæum rediit, vt Liuius lib. xxviii.

Africam depopulatur Sicilia classe Læuinus. Victoria nautalis.

P. Cornelius. P. f. L. n. Scipio. Qui postea Africanus. appellatus est. Procos. Hispaniam prorogato imperio obtinuit. M. Iunium Silanum Propr. contra Magonem & Annonem (qui nouus Imperator in locum Asdrubalis Barchini cum nouo exercitu ex Africa in Hispaniam transgressus erat, & Magoni iunctus in Celtiberia magnū hominum numerum armauerat) cum decem milibus peditum, & quingentis equitibus misit. Qui victor vt reuersus erat, Scipio spem debellandi nactus, in vltimam Hispaniam aduersus Asdrubalem Gisgonis pergit, & hostem è Bætica ad Oceanum & Gades extremos submouit. Asdrubal aciem renuens, partito per singulas vrbes exercitu, vt muris defenderetur, ipse freto Gades traiecit. P. Scipio videns dissipatum esse bellum, L. Scipionem fratrem legatum cum decem milibus peditum & mille equitibus misit ad oppugnandam Oringem opulentissimam in iis locis vrbe, quæ velut arx fuerat Asdrubali ad excursiones in mediterranea faciendas. Quæ obsidione cinctā, nec diu post oppugnatione capta est, hostium duobus milibus caesis. P. Scipio Procōs. rebus vbique bene gestis, fratrem ob victoriam magnificis verbis collaudatum, cum Annone hostium Imperatore, ceterisque nobilibus captiuis Romam misit. Ipse reductus in Hispaniam citeriorem copiis, atque in hiberna dimissis, Tarraconem concessit. Hæc latè Liuius libri xxviii. principio, & Apianus in Iberica.

Victoria M. Silani de Pœnis in Celtiberia, Annone Imperatore capto.

Pulsus ad Gades vsque Asdrubal Gisgonis.

Victoria L. Scipionis de Oringe vrbe vsque ad præ-

P. Sulpicius. Ser. f. P. n. Galba. Maximus. Procōs. oram. Græciæ. maritimam. cum classe & consueto exercitu obtinuit. Oream Eubœæ vrbe maximam, dum Asiæ rex Attalus belli socius terra oppugnat, classe mari obsedit, atque Platore regis Philippi Præfecto prodente cepit ac diripuit. Chalcidem inde frustra tentauit. Attalus interim rex Opunte capta & direpta, dum tempus in exigendis pecuniis terit, à Philippo rege superueniente ad naues pellitur. Qui deinde cum audisset absentem se à Pruzia Bithyniæ rege oppugnari, in Asiam ad fines sui regni defendendos abire coactus est. Sulpicius Procōs. Eginam, vnde initio veris profectus erat, cum classe sua rediit. Liuius omnia latissimè lib. xxviii. Zonaras Annalium tomo secundo.

C. Hostilius. // f. // n. Tubulus. Propr. cui pro Etruria Tarentum mutauerant prouinciam, pro Tarento Capuam cum vna legione accepit, cui Q. Fuluius Procōs. proximo anno præfuerat. Sic Tarentinum exercitum T. Quintij Cos. Q. Fuluius tradere iussus est, vt cum eo Bruttios obtineret. Ante Consulibus C. Claudij Neronis in prouinciam aduentum per agri Larinatis fines ducentem Annibalem cum expeditis cohortibus adortus ex improviso, terribilem agmini eius incomposito tumultum intulit, ad quatuor milia hostium occidit, nouem signa militaria cepit: Liuius lib. xxviii.

C. Hostiliij victoria de Annibale.

Q. Claudius. // f. // n * Flamininus *. Propr. Tarentum ac Sallentinos cum duabus legionibus obtinuit. Annibalem à C. Tubulo profligatum ex agro Sallentino summouit, atque in Bruttios abire compulit. Quatuor Gallos equites, duosque Numidas cum litteris ab Asdrubale ad Annibalem fratrem missos in agro Tarentino cepit: eosdemq; cum litteris, sicut erant, signatis L. Virginio Trib. militum cum præsidio ad C. Neronem Consulem ducendos tradidit: Liuius. xxviii.

Intercepta à Q. Claudio Asdrubalis ad fratrem Annibalem missa litteræ.

L. Manlius. L. f. // n. Acidinus. * Propr. * extra ordinem cum legionibus vrbis ad Narniam in faucibus Umbriæ, aduentu Asdrubalis nuntiato, oppositus, & castra tenere iussus est, ne hostium exercitus in ea regione iungeretur. Asdrubale caeso, victoriæ nuntium per duos Narnienses equites acceptum primus Romam scripsit: Liuius xxviii. Is idem est, qui ante triennium Prator fuit. De extraordinario tamen hoc eius imperio nihil Liuius.

M. Iunius. // f. // n. Silanus. Propr. Hispaniam. prorogato. imperio. obtinuit. A P. Scipione Procōs. cum decem milibus peditum, & quingentis equitibus in Celtiberiam contra Annonem Magonemque Pœnorum duces missus, collatis cum hoste signis, ingenti prælio Magonem victum fugauit, & Annonem viuum cepit: Liuius lib. xxviii principio.

C. Terentius. // . f. // . n. Varro. Propr. Etruriam obtinuit cum duabus eius provinciae legionibus C. Hostilio successor datus, vt is ad exercitum iret T. Quinctij Cos. mortui : Liuius lib. xxvii.

Pro. Quæstoribus. fuere.

C. Flaminius. C. f. C. nepos. P. Scipionis Procos. in. Hispania.

// . // . // . f. // . n. // . M. Læuini. Procos. Lilubatanus. in. Sicilia.

C. Aurelius. C. f. C. n. Cotta.

M. Liuius. M. f. M. n. Salinator. ann. DXLVI.

// . Cos. // . de Pœneis. & Afrubale. duce. // . // . // .

C. Claudius. Ti. f. Ti. n. Nero. Cos. ann. DXLVI.

de. Pœneis. & Afrubale. duce. // . // . // .

Consules simul Romam veniunt ad triumphum vocati.

Consules sub finem ætatis à Senatu ex provincijs ambo reuocati, statuto inter eos die, vt simul urbem intrarent, Præneste conueniunt: Liuius, vt mandatum erat, cum exercitu suo; Claudius sine legionibus, quas Annibali oppositas in provincia reliquerat. Inde simul, omni multitudine obuiam effusa, ad urbem accessere. Senatus frequens eis ad ædem Bellonæ datus est. Vbi, cum ex more, rebus à se gestis expositis, postulassent; vt pro republica fortiter fideliterque administrata, & dijs im mortalibus haberetur honos, & ipsis triumphantibus urbem inire liceret. Decernere se Patres vtrumque merito deorum primùm, dein secundùm deos Consulium responderunt. Et supplicatione amborum nomine, & triumpho vtrique decreto; inter eos ita conuentum est, vt simul triumpharent. M. Liuium, cuius in provincia, & cuius auspicijs pugnatum erat, quadrigis inuectum exercitus sequeretur, quem Romam deduxerat; C. Claudius equo sine militibus simul intraret. Ita consociato triumpho, vtrique gloriam auxit modestia; sed multò magis Claudio, quòd in honore collegam anteire passus esset, meritis tamen ipse excellentior. Illum equitem, aiebant, sex dierum spatio cum exercitu transcurrisse longitudinem Italiæ, & eo die cum Afrubale in Gallia signis collatis pugnasse, quo eum castra aduersus sese in Apulia habere Annibal credidisset. Nomen Neronis satis fuisse ad continendum in castris Annibalem. Illum vnum pro vtraque exercitus parte aduersus duos exercitus, duos imperatores depugnasse; Afrubalem eius aduentu solo extinctum & obrutum. Iret igitur alter sublimis curru multiugis, si vellet, equis; vno equo per urbem verum triumphum vehi, Neronemque, etiam si pedes incedat, partam bello, vel spretam eo triumpho gloriam vltro sequi. Hi sermones spectantium Neronem vsque in Capitolium prosequuti sunt. Cuius insignem modestiam hanc Valerius item Max. inter exempla sua rettulit lib. iv. cap. i. Neronem, quamuis equo triumphantem, collegam sequeretur; non minus illo tamen sine curru triumphasse. Notatum est etiam, vt tradit Liuius, eo die plura inter iocos carmina in Neronem, quam in suum Consulem ac imperatorem iactasse milites currum sequentes. Imprimis autem ab omnibus decantata est admirabilis illa in exequendo consilio suo celeritas Claudij, quam pulchra comparatione Silius Italicus ita expressit Punicorum xv.

— Et penna, & fulmine, & vndis

Hibernis, & Achemenio velocior arcu.

Pecunia in ærarij delata.

Pecuniam in ærarium tulerunt sestertiùm tricies octoginta milia æris. Polybius autem trecenta amplius talenta fuisse memoriæ prodidit. ἀφ' ἧς (inquiens) εἰς τὸ δημόσιον ἀνήχθη

Corona aurea Apollini Delphico.

ἡ δὲ τριακοντὸν ἑλάντων. Inde corona auream cc. pondo portatam dono Delphos

Militi præmia.

Apollini consecrandam, scribit Liuius postea; & simulachra spoliiorum, & decem pondo argenti facti. Militibus M. Liuius Cos. quinquagenos senos asses diuisit: tantundem C. Claudius absentibus suis militibus est pollicitus, cum ad exercitum rediisset. Sed hæc omnia copiosius apud Liuium lib. xxviii. Meminit huius triumphi etiam Auctor de viris illustribus, in Salinatore triumpho Liuiani meminit; in Claudio autem Nerone Liuium triumphasse, & Neronem ouantem introiisse dicit expressè. Cuius item hunc sine curru triumphum Suetonius in Tiberij Cæs. vita inter duas Claudiæ patritiæ gentis ouationes recensuisse videtur, quarum alteram alioquin non reperimus apud auctores: vt nec sextum gentis eiusdem triumphum, si hunc C. Neronis pro ouatione censere velimus. Ab ipsa tamen Claudia gente pro triumpho reputatam fuisse, antiqui subindicant argentei; in quibus Romæ caput ab vno latere, & Iouis triumphatoris quadriga in altero latere videtur expressa cum subscripto titulo: C. CLAV. NERO. ROMA. Nummi picturam Goltzius in Factorum suis tabulis ouationi Neronis accommodauit. Reperitur & M. Liuij triumphalis currus in denarijs cum Roma, & triumphante in quadriga, cuius nomen subscriptum: M. SALINATOR.

Notandus Suetonij locus.

Claudia gentis patritiæ ouationes due, vtriusque sex.

ANNI P.R.C. D XLVII.

Consules.

Q. CAECILIUS. L. F. L. N. METELLUS. L. VETURIUS. L. F. L. N. PHILO.

ITA rectè proferuntur Consules in tabulis Capitolinis, quos duos scribit Liviùs, Consulùm anni superioris legatos in prælio ad Metaurum contra Asdrubalem opera fortè fidelique plurimum ad victoriam contulisse: eaque propter imperatorum ipsorum commendatione publica ad Consulatum huius anni prouectos fuisse. Cassiodorus & Marianus eosdem nominant. In Eutropio perperam igitur L. Valerius, pro L. Veturio ponitur: ubi scribit, his Coss. omnes ciuitates, quæ in Bruttijs ab Annibale tenebantur, Romanis se tradidisse: id quod de Lucanis verius refert Liviùs. In tabulis Græcis Consules Metellum & Philonem habemus. Meminit horum item M. Tullius in Bruto de oratore, Q. Metellum dicens oratorem habitum, qui bello Punico secundo cum L. Veturio Philone Cos. fuit.

Consulibus ambobus Bruttios, & vt cum Annibale bellum gererent, prouincia de-
creta: atque vt alter exercitum C. Claudij prioris anni Cos. alter Q. Claudij Propr. (ex
binæ legiones erant) acciperet. Prorogata in annum sunt imperia, M. Liuius Procos. in
Etruria, C. Hostilio Tubulo Capuæ. M. Læuinus Procos. ex sua classe triginta naues
C. Seruilio Prætori tradere ad tuendam Siciliæ oram, cum reliquis ad urbem redire iussus
est. Hæc obiter Liviùs lib. xxviii.

Lucani aduentu Consulùm percussus, sine certamine in ditionem populi Romani re-
dierunt. Cum Annibale nihil eo anno rei memorabilis est gestum. Neque enim ipse se
obtulit in tam recenti vulnere publico priuatoque: neque lacefferunt quietum Roma-
ni: Liviùs lib. xxviii. Zonaras.

*Prouinciariâ
ordinatio.*
*Nil memo-
rabile bello cū
Annibale ge-
stum.*

Prætores.

M. Cæcilius * L. f. L. n * Metellus. Urbanam iurisdictionem fortitus obtinuit. Et peregrinam simul à collega Mamilio acceptam ex S.C. administravit: Liviùs lib. xxviii. Hunc libro sequenti Prætorium appellat, eum recensens inter legatos, qui ad Attalum regem sunt missi, Matris Deum Magnæ Romam deuehendæ causâ.

Q. Mamilius * C. f. Q. n * Turinus. Ex Ædilitate plebis Prætor peregrinam iurisdictionem fortitus est, sed ea ex Senatus decreto collegæ tradita, Galliam prouinciam accepit cum exercitu, cui L. Porcius Prætor præfuerat. Et iussus est colonias Placentiam & Cremonam ab hoste tueri, & agros populari Gallorum, qui ad Pœnos sub aduentum Asdrubalis defecissent: Liviùs ibidem. sed mendose Manlius ferè semper vocatur in exemplaribus.

C. Seruilius. C. f. P. n. Pulex. Geminus. Siciliam fortitus obtinuit cum duabus Cannensibus legionibus, sicut C. Mamilius tenuerat: trigintaque naues longas à M. Læuino Procos. ad tuendam oram maritimam accipere iussus est: Liviùs ibidem.

Ti. Claudius * Ti. f. Ti. n * Afellus. Sardiniam fortitus obtinuit cum noua legione à Coss. conscripta, quam secum in prouinciam abiens traiecit. A. Hostilio namque mandatam erat, vti veterem, cui præfuerat, exercitum deportaret: Liviùs.

Ædiles curules.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..
Ti. Claudius. P. f. Ti. n. Nero. P. Quinctilius * P. f. Cn. n * Varus.

Ædiles plebis.

Sp. Lucretius. .. f. .. n * Gallus * Cn. Octavius * Cn. f. .. nepos. Vterque in hoc magistratu Prætor in annum insequentem est designatus. Quod, vt nouum ac insolitum Liviùs annotauit obiter: nullam alioquin Ædiliùm in proluxa huius anni historia mentionem faciens.

Tribuni plebis.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

M. Marcius * M. f. M' n * Ralla.

L. Scribonius * C. f. * // . n. Libo.

P. Ælius. Q. f. P. n. Pætus.

P. Villius. Ti. f. Ti. n. Tappulus. III.

[M. Pœtelius. Q. f. Q. n. Libo. Vifolus]

[L. Flaminius. C. f. C. nepos.]

[A. Allienius. M. f. M. nepos.]

[C. Confidius. C. f. Q. nepos.]

C. Liuius * M. f. M. n. * Salinator.

M. Seruilius. C. f. P. n. Pulex. Geminus.

Quæstores vr bani.

//. // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciales.

//. // . f. // . n. // . Q. Metelli }
 // . // . f. // . n. // . L. Philonis } Coss. in Brutticis.
 // . // . f. // . n. // . Q. Mamilij. Pr. in Gallia.
 // . // . f. // . n. // . C. Seruilij. Pr. in Sicilia.
 // . // . f. // . n. // . Ti. Claudij. Pr. in Sardinia.
 // . // . f. // . n. // . Ostiensis.

L. Valerius. P. f. L. n. Flaccus. Patre Consulari natus P. Flacco, L. f. qui collega M. Atilij reguli fuit anno DXXVI. Consul: vt etiam monstrant Capitolina marmora. Nam hic collega M. Catonis & in Consularu & Censura fuit, vt à Cornelio Nepote, Liuius, ceterisque scriptoribus multis proditur. Quin etiam Pontifex, & III. vir. agris dandis, Bononiam colonos deduxit anno DLXIV. sicut ex Liuius quoque colligimus.

T. Quinctius * T. f. T. n * Flaminius. Hunc Ædilem curulem adfert postea Liuius, vt suo loco dicemus. Cuius quidem videntur esse bigati denarij cum Dianæ venatricis biga, & facie sic inscripti: T. FLAMININ. S. C. ROMA. Et idem hic videri poterit, quem Liuius in fine XLV. nominat legatorum principem, qui anno DXXCVI. Bitim, Coryis Thracum regis cum Perseo rege inter eius obfides, quos Perseo dederat, captum ad patrem reducerunt. Apparet ab vrmano Quæstore nummus ex S. C. cufus ad impendia sacrorum Dianæ.

Q. Minucius. Q. f. L. n. Therminus. Sicut hunc nominant Capitolina marmora in Consularu. Vir fuit militaris: non tamen antiquæ disciplinæ atque probitatis fuisse, M. Catonis orationum fragmenta docent à diuersis citata. Post hanc Quæsturam ipsum Tribunum militum sub P. Scipione in Africa militasse, testatur Appianus Alexandrinus in Punica, ibidemq; confecto bello Romam anno DLI. ad Tribunatum plebis petendum rediisse, ex Liuius manifestum est.

M. Acilius. C. f. L. n. Glabrio. Qui primum ex Asia triumphum rettulit Antiocho rege ad Thermopylas deuicto. Plebeia gentis gradatim ad summos magistratus ascendit. In Censurâ tamen petitione repulsam passus est, vt ex sequentibus cognoscitur. Extant eiusdem ni fallor, ærei nummi cum Iano bifronte in eius hac Quæstura cufi, si titulo credendum est: qui talis est in corona laurea ab altero nummi latere: M. ACIL. Q. id est: Manij Acilij Quæstoris.

M. Heluius. P. f. // . n. Blasio. C. Heluius * P. f. * // . n. Blasio. Hos Ædiles, & Prætores fuisse, ex Liuius probabimus: sed perperam in plerisque locis Ælij non Heluij vocantur. Nam Heluios Blasiones tres eiusdem temporis reperimus, Cnæum, Marcum, & Caium: quos ex magistratuum cursu fratres fuisse possumus opinari. Alterum ex his Marcum ex vltiore Hispania ouationem deportasse dicemus, qui in denarijs argenteis, M. HELVI. P. F. scribitur.

Cn. Sergius. // . n * Plancus. Hic Prætor & Propr. deinde reperitur apud Liuium, vt palam fiet.

M. Sergius. // f. // nepos. Hunc postea Tribunum militum sub P. Scipione Procos. legimus apud Liuium lib. xxix. atque in dissensione militari, Locrensiurum vrbi cum praesidio esset, cum suo exercitu crudeliter occisum fuisse à Q. Plemio P. Scipionis legato.

Prouinciæ.

M. Liuius. M. f. M. n. Salinator. Procos. Etruriam. prorogato. in annum. imperio. obtinuit. cum duabus Volonum legionibus, quas C. Terentius Varro Propr. habuerat. Itaque post triumphum dimisso exercitu, cum Dictator à collega dictus comitia perfecisset, ex S. C. in Etruriam est profectus ad quaestiones habendas, qui Etruscorum Vmbrorumve populi defectionis ad Asdrubalem sub aduentum eius confilia agitassent, qui que cum auxilijs aut comiteatu adiuuissent. In eum igitur finem illi C. Varronis exercitus est decretus, vt Liuius xxviii.

P. Cornelius. P. f. L. n. Scipio. Qui. postea. Africanus. appellatus. est. Procos. Hispaniam. obtinuit. Asdrubalem Gisgonis, & Magonem Pœnorum duces ad Bæculam urbem magno conflictu denuò vicit, & ad Gades vsque fugauit. Ciuitates ac Quaestiones publica de infideli populi.

populos, pulsus vndique Pœnis, partim transiione principum, partim deditioe recepit, Hispaniaque in potestatem redacta debellauit, anno quinto post prouinciam acceptam, & decimo tertio post bellum initum. Tarraconem igitur reuersus, L. Scipionem fratrem cum multis nobilibus captiuis nuntium receptæ Hispaniæ Romam misit. Ipse maiora animo voluens, atque Africam; magnamque Carthaginem spectans, dum successor expectatur, transmisso duabus tantum quinqueremibus freto, cum Suphace Masafulorum rege amicitiam ac foedus iungit. Reuersus inde in Hispaniam, Illiturgim Castulonemque potentes ciuitates, quod à Romanis post Scipionum duorum patris patruisque sui cladem non solum defecissent; sed etiam Romanos milites, qui ex illa clade ad eas confugerant, vel occidissent, vel hostibus prodidissent, expugnauit, & excidit. Carthaginem nouam reuersus cum ludos funebres in honorem patris & patris celebrasset, in grauem morbum incidit, ob cuius famam noui motus orsi sunt. Indibilis & Mandonius reguli rebellauerunt. In castris ad Sucronem, vbi octo milia militum manebant gentibus Pœni ex Hispania fugati. Debellatum in Hispania. Animi fortitudo magna vincit pericula, & tendit ad sublimia. Infidi populi puniti.

Alberum praesidio, grauis erupit seditio. Nam pulsus militum Tribunis, ad principes seditionis Albium Calenum & Arcium Vmbrum transferunt imperium, & cum hostibus, qui defecerant, Indibili Mandonioque consilia communicant. Sed pristinæ fiant restitutus opportunè Scipio, confestim motus illos militares, sumpto de xxxv. seditionis auctoribus supplicio, discussit. Indibili deinde Mandonioque regulis praelio victis, ac in potestatem redactis, rebusque Hispaniæ compositis; cum rege Massulorum Massanisa non procul Gadibus congressus, amicitiam ac foedus fecit. Inde Tarraconem reuersus L. Lentulo & Manlio Acindino successoribus prouinciam tradidit. Romam anni exitu porro profectus decem nauibus, in Senatu extra urbem in æde Bellonæ dato, de rebus à se in Hispania gestis singulatim disseruit. Verùm tentata magis ab eo meriti triumphis spes, quam flagitata pertinaciter. Obstabat enim, neminem ad eam diem triumphasse, qui sine magistratu rem gessisset. Senatu igitur misso urbem est ingressus, ar-

genti; præ se tulit in ararium xlv. milia pondo cccxlii. & argenti signati magnum numerum. Hinc in Capitolium ascendens centum bobus in Hispania votis sacrificauit. Latissime hæc omnia Liuius lib. xxviii. Polybius xi. Appianus Iberica, Zonaras, & alij. Ludi funebres in honorem patris, patruisque. Seditio in castris ad Sucronem ob Scipionis agritudinem. Discussa & punita. Massanisa Numidarum Massulorum rex ad Romanos transit. Romam reuertitur P. Scipio. Cur triumphus non obtinuerit. Eius manibus in ararium publicum relata.

M. Iunius. // f. // n. Silanus. Propr. Hispaniam prorogato imperio obtinuit. Æstatis initio ad Colcam regulum duodetriginta oppidis regnantem à Scipione Procos. missus est, vt equites peditesque, quos se per hiemem conscripturum pollicitus fuerat, ab ipso acciperet. Adduxit Castulonem inde peditum tria milia, & quingentos equites. In praelio ad Bæculam sinistro cornu cum L. Marcio praefuit. Post victoriam fugientium hostium castra tumultuaria à Scipione iussus obsedit, & expugnauit. Ab eodem deinde in Africam traicente, vt cum Suphace rege amicitiam iungeret, Carthagine noua cum exercitu ad praesidium prouinciæ relictus est. Et exitu anni cum P. Scipione Procos. prouincia successoribus tradita, Romam profectus est: Liuius, Polybius, & Appianus.

L. Cornelius * L. f. L. n * Lentulus. Hispaniam. citeriorem.

L. Manlius. L. f. // n. Acidinus. Hispaniam. vltiorem.

Procos. extra. ordinem. obtinuerit.

Accepto Romæ per L. Scipionem legatum, ac fratrem P. Scipionis Procos. nuntio

*Hispania in
duas provin-
cias diuidi
cepit.*

debellatum in Hispania esse, omnemque eam prouinciam, pulsus Pœnis, receptam: visum est Senatui, in locum P. Scipionis Procos. & M. Silani Propr. duos Prætorios extra ordinem in Hispaniam mittere; vti Proconsulari cum imperio alter citeriorem, alter vltiorem Hispaniam, donec successores eis mitterentur, obtinerent. Missi igitur populi iussu L. Cornelius Lentulus, qui anno **DXLII.** & L. Manlius Acidinus, qui **DXLIII.** Prætores fuerant. Hi exitu anni Tarracone Scipionem Procos. expectantes, cum Romam is profecturus esset, ab illo prouinciam acceperunt: Liuius **XXVIII.**

P. Sulpicius. Ser. f. P. n. Galba. Maximus. Procos. oram Græciæ maritimam cum classe & suo exercitu obtinuit. Hoc tamen anno nihil memoria dignum gessisse, sed P. Sempronio successore accepto Romam rediisse, ex Liuij **XXXIX.** colligimus, qui neglectas hoc & sequenti anno res in Græcia fuisse dicit, vt postea dicemus.

C. Hostilius. // f. // n. Tubulus. Propr. Capuam prorogato imperio cum sua legione obtinuit: Liuius **XXVIII.**

T. Quinctius. T. f. L. n. Flamininus. Propr. extra ordinem Tarentum ac Sallentinos obtinuit. Q. Claudio, sicut opinor, successor datus est, quem Liuius libro **XXVII.** scribit legiones duas, quas priore anno Tarenti habuerat, L. Veturio Cos. tradidisse. Is itaque prouincia decessisse videtur, T. Quinctio successore relicto, non quidem cum tanto exercitu, sed cum præsidio necessario quinûm (vt tunc moris erat) milium; delectu forsan habito ex iunioribus duarum legionum, quibus Bruttios Q. Fuluius Procos. obtinuerat. Fuluium namque, cum eius prouinciam ambo Coss. contra Annibalem tunc obtinerent, Romam reuocatum, sicut & M. Læuius, prouincia decessisse

*Locū quidam
in Liuiō ani-
maduertēdi.
T. Quin-
ctius ex Quæ-
stura Taren-
tum ac Apu-
liam Propr.
obtinuit.*

*Locū Liuiam
notandi.*

ex sequenti historia colligere est. Quamuis, vbi de prouincijs eius anni Liuius agit, hoc prætereat. Sic etiam, nisi mutilatum esse dicamus, transilire videtur de Q. Claudio, & eius successore T. Quinctio, quem Plutarchus in eius vita post M. Marcellum occisum, sub quo Tribunus militauerat, ad rem publicam admissum esse scribit, atque in Tarentina prouincia administranda plurimum gloriæ, iustitiæ magis cultu quàm bellicis rebus, sibi comparasse, sicut antè in eius Quæstura quoque diximus. Hoc igitur anno Tarentum accepisse prouinciam, ex Plutarcho non solum conijcere est, sed etiam ex Liuiō nobis manifestum foret, modò, quæ illius habemus, sana & correctâ ad nos peruenissent. Verùm, vt alijs infinitis in locis mendosus & mutilus est: ita & de huius anni prouincijs agens, talis esse, vel sibi non constare videtur. Refert enim, L. Veturium Consullem alterum à Q. Claudio Propr. exercitum sibi decretum accepisse; primùm his verbis: Exercitus ita diuisi. Consulm alteri, quem C. Claudius prioris anni Cos. alteri, quem Q. Claudius Propr. (ex binæ legiones erant) habuisset exercitum. Et postea, rebus vrbis, nis enarratis, de Consulm profectioe scribens, sic dicit: Q. Cæcilius Cos. exercitum à C. Nerone, L. Veturio à Q. Claudio Propr. accepit. Inter hæc tamen, tamquam sui, oblitus, dum paullò supra prouinciarum ordinationem adhuc percurrit, hæc adiicit: Q. Claudio, vt Tarentum; C. Hostilio, vt Capuam prouinciam haberet, prorogatum in annum imperium est. Idem & anno insequenti factum fuisse satis indicat, quamuis eos non nominet, vbi de prouincijs verba facit: Et ceteris, inquit, Proprætoribus Proconsulibusque, qui exercitibus prouincijsque præfuerant, prorogata imperia. Tertio deinde anno postea de prouincijs scribens libro **XXIX.** ait decretum inter alia fuisse, vt T. Quinctius Tarentum, C. Hostilius Tubulus Capuam Proprætoribus, sicut priore anno, cum veteri vterque præsidio obtineret. Hæc Liuij verba, nisi error in nominibus esset, Plutarcho prorsus consentiunt, qui Tarentum eo ferè tempore T. Quinctij vult esse prouinciam; sicut in eius Quæstura, annorum ratione deducta, declarauit. Et ex Liuij iam citatis locis constat, in Capua & Tarento prouincijs proximo triennio nihil mutatum, eademque C. Tubulo & T. Quinctio prorogatas fuisse. Cur igitur, inquires, lib. **XXVIII.** scribit, post decretas Consuli Veturio Q. Claudij legiones, eidem vt Tarentum, C. Hostilio, vt Capuam prouinciam haberet, prorogatum fuisse imperium? Vel enim à sua aberrare historia, & minimè Plutarcho conuenire; vel mendosus & truncatus esse debet; cum pro Claudio, qui tradere exercitum iussus erat, postea in eiusdem prouinciæ prorogatione supponat tandem T. Quinctium. Equidem suspicor, quandoquidem Claudio nouum exercitum non attribuit; vel ipsi mortuo, vel potius reuocato, T. Quinctium Flamininum hoc anno extra ordinem successisse: aut Liuium ab aliquo imperito librario, (cui error, ex nominum similitudine, Q. Claudij Flaminini & T. Quinctij Flaminini, obrepserat) deprauatum eo loco atque detruncatum esse. Rectius sanè, meo iudicio, conueniret veritati historicæ Liuij verba, si sic quasi se haberent, & plenius legerentur: Q. Claudio Flaminino T. Quinctius Flamininus successor extra ordinem datus, obrinc-

obtinere vt Tarentum; C. Hostilio Tubulo, vt Capuam prouinciam haberet, prorogatum in annum imperium est. Alioquin, vt dixi, tam ab ipso auctore, quàm à Plutarcho dissentiunt; qui tamen ea sua ex Liuiο haussisse videtur. Sed ita hæc dicimus, vt in re tam veteri & obscura non velimus contendere cum ijs, qui certiora adducere poterunt.

Pro. Quæstoribus. f. fuère.

C. Flaminius C. f. C. nepos. P. Scipionis Procos. in Hispania.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. Calenus

L. Cassius. Q. f. ///. n. Longinus.

ANNI P. R. C. DXLVIII.

Consules.

P. CORNELIVS. P. F. L. N. SCIPIO. P. LICINIIVS. P. F. P. N. CRASSVS.

QVI. POSTEA. AFRICANVS. APPEL. EST.

DIVES.

COMITIA Consularia in hunc annum, vt auctor est Liuius, à L. Veturio sunt habitæ: quibus omnes centuriæ fauore ingenti P. Scipionem Consulem dixerunt. Collega additur ei P. Licinius Crassus Pont. Max. Scipionem & Crassum igitur Coss. producit tabulæ Græcæ; Cassiodorus & Marianus P. Scipionem & Licinium Crassum. Sic Zonaras, Orosius, Eutropius, Cicero in Bruto de oratore, vtrosque recensens inter disertos, & alij plures. Nam frequens horum sit apud scriptores mentio. Superiori Africano, (Valerius Max. lib. viii. cap. xv. vt ait) Consulatus citerior legitimo tempore datus est! Cui quidem astipulantur Liuius & alij plures. Agebat enim tunc annum xxviii. Quæ ætas ad Quæsturam vix fatis matura tunc æstimabatur. Sed quid, si pro citerior, citior legitimo tempore Valerius scripserit? Quæ comparatiua voce Plautus & Afranius etiam vsi sunt. Et est temporis, non loci, sicut citra & citerior. Animaduertat locum Lector diligentius.

Valerij Max. locus corrigendus.

Prouinciæ nouis Consulibus post longam altercationem in Senatu inter Fabium Maximum Verrucosum & P. Scipionem sunt nominatæ, Sicilia extra ordinem Scipioni, concedente collega; quia sacrorum cura Pontificem Max. in Italia retinebat: Bruttij P. Crasso, & bellum cum Annibale. Additæ Scipioni triginta naues rostratæ, quas C. Seruilius Pr. anno superiore habuisset; permissumque vt in Africam trajiceret, si id è republica esse censeret. P. Crassus è superioris anni Consulum exercitibus alterum acciperet; ipsiq; sortirentur, vel inter se compararent, vter eorum cum P. Crasso in Bruttijs contra Annibalem Procos. prorogato in annum imperio, rem gereret. Q. Cæcilio fors euenit, relictum à collega Veturio exercitum P. Crassus Cos. accepit. Q. Cæcilio igitur, & ceteris Proprætoribus Proconsulibusque qui exercitibus præfuerant, prorogata sunt imperia. Hæc Liuius de huius anni prouincijs libro xxviii. sed mirum in modum manca, contaminatæque sunt, vbi de his agit, eius exemplaria, librariorum imperitorum culpa.

Prouinciæ ordinatæ.

Liuij locus animaduertendus.

Quid enim hæc eius verba significant? cum dicit: Prouinciæ ita decretæ. Alteri Consuli Sicilia, &c. Alteri Bruttij, & bellum cum Annibale cum * eo exercitu, quem L. Veturius, & Q. Cæcilius sortirentur inter se, compararentve, vter in Bruttijs duabus legionibus, quas Consul reliquisset, rem gereret. Quæ rectius igitur & clarius elucescent, si in hunc modum distinctius & plenius legantur hæc pauca Verba? Cum * vno exercitu, quem L. Veturius, aut Q. Metellus * haberet: hi sortirentur inter se compararentve, vter in Bruttijs, &c. Et paulo post, non minus corruptè leguntur hæc: Et ceteris * Prætoribus * Consulibusque, qui exercitibus prouincijsque * præfuturi erant, prorogata imperia. Veritas enim historiæ, & Annalium ductus flagitant, hæc ita corrigi debere: Et ceteris Proprætoribus Proconsulibusque, qui exercitibus prouincijs præfuerant, prorogata imperia. Loquitur enim Liuius non de magistratibus anni superioris, qui, Cæcilio excepto, prouincijs decesserunt omnes: sed de Proconsulibus & Proprætoribus tantum, qui successores nondum acceperant. His enim & in hunc annum prorogata sunt imperia: vt M. Liuiο Procos. in Etruria, L. Lentulo & L. Acidino Procos. in Hispania, P. Sempronio Procos. in Græcia, C. Hostilio Propr. Capuæ, & T. Quinctio Propr. Tarenti. Quemadmodum ex ipso Liuiο haud dubiè colligimus, & ex annalibus nostris manifestum sit.

In Italia, Annibale quiescente, bello nihil ferè memorabile gestum est, grassante pestifera in Bruttis pestilentia, & vtrisque castris morbo contaminatis, P. Scipio Cos. voluntarijs militibus, ac ciuitatum Italiae spontanea collatione mirum in modum auxit copias & classẽ. Atque in Siciliam xxx. nauibus longis profectus exercitum armavit, instruxit, & exercuit, omniaque ad Afrum bellum necessaria abundanter apparauit. Veteres naues refecit, & cum ijs C. Lælius prædatum in Africam misit. Quæ classis ad Hipponem Rhegium cum appulisset, luce prima sub signis miles educus hostilem agrum pacatum latè vastauit ac populatus est, ingentem terrorem ac tumultum vndique concitans, vnde præda nauibus onustis postredie ab Hipponem soluit, atque in Siciliam reuehitur. Interim P. Scipio Messana in continentem Italiae traiecit, & Locros urbem, præsidio & Annibale pulso, recepit: rebusq; ibidem compositis, præsidium urbi cum Q. Pleminio legato Propr. reliquit, ac inde Messanam redijt. Romæ à x. viris sacrorum in libris Sibullinis inuentum est carmen, alienigenam hostem Italia pelli posse, si Mater Deum Magna Idæa Pessinunte Romam adueheretur. Legati igitur in Asiam ad Attalum regem ex S. C. missi sunt M. Valerius Lælius, qui bis Cos. fuerat, ac res in Græcia gesserat, M. Cæcilius Metellus Prætorius, Ser. Sulpicius Galba Ædilitius, & duo Quæstorij C. Tremellius Flaccus & M. Valerius Falto. Profecti sunt singulis quinquerebus, vt ex dignitate populi Romani adirent eas terras, ad quas concilianda maiestas nomini Romano esset. Ita Lælius recenset legatorum nomina, & magistratus quos obierant. In exemplaribus tamen Flaccum & Faltonem Quæstos appellari video; sed perperam. Non enim verisimile est, deserta prouincia, in legationem missos esse, sed potius Quæsturam antea gessisse, & sic Quæstos illos Lælium appellasse, non secus ac Metellum Prætorium, & Galbam Ædilitium. Quod in causa, cur horum Quæsturas quadriennio anticipare voluerim. Vide Lælium libro xxix. Zonaram, & alios.

Q. CAECILIVS. L. F. L. N. METELLVS. DICT.

L. VETVRIVS. L. F. L. N. PHILO. MAG. EQ.

COMIT. HABEND. CAVSSA.

Pestis magna inter milites in vtrisque castris.

Iam comitorum appetebat tempus, cum allatæ Romam à P. Licinio Cos. litteræ, se exercitumq; suum graui morbo adficiari, nec subsisti potuisse, nisi eadem vis mali in hostes etiam ingruisset. Itaque cum ipse venire ad comitia non posset, si videretur Patribus, se Dictatorem comitorum causa dicturum Q. Metellum Procos. eiusque exercitum dimitti, è republica esse: cum Annibal iam in hiberna suos receperit, & tanta inceserit in ea caltra vis morbi, vt nisi maturè dimittantur, nemo omnium superfuturus videatur. Ob has causas permissu Senatus Dictator à Consule Craffo in Bruttis dictus Q. Cæcilius, exercitusque eius dimissus est. Ipse Romam reuersus magistro equitum dicto L. Veturio Philone, Consules creauit M. Cornelium & P. Sempronium absentem, cum is prouinciam Græciam haberet. Comitibus porrò tam Prætorum quam Consulum peractis, Dictator & magister equitum magistratu se abdicarunt: Lælius lib. xxxix.

Prætores.

Mago frater Annibalis cū classe Punica in Italiam ex Balearibus venit. Eiusus animaduertendus.

Cn. Seruilius. Cn. f. Cn. n. Cæpio. Urbanam. iurisdictionem. sortitus est, & arbitror peregrinam simul obtinuisse, tres alij namque Prætores in prouincias iuerunt. Edicere iussus est, vt Campani ciues habitarent, vbi cuique ex S. C. quod M. Valerio Læuino ii. & M. Marcello iv. factum est, liceret habitare, animaduertereque in eos qui alibi habitarent. Ex quibus verbis colligere possumus, quamuis apertè non exprimat, iurisdictionem quoque peregrinam Seruilium obtinuisse: cum ei potestas fuerit compellendi puniendique Campanos necdum ciues Rom. sed inquilinos dumtaxat. Magonis in Italiam aduentu nuntiato, eidem Cn. Seruilio Pr. negotium datum, vt si è rep. censeret esse, duas urbanas legiones, cui imperio videretur dato, ex vrbe duci iuberet. M. Valerius Lælius Aretium eas legiones duxit. Sic quidem se habent Læliana exemplaria, sed nescio an rectè: mihi autem suspecta sunt, & videntur trunca, vel peruersa. Non enim dabat ex suo arbitrio Prætor urbanum imperium, sed decernebat Senatus, & dabat populus. Mallem igitur, sic legerentur pauca illa verba, cui populo videretur, imperio dato. Tunc enim patebit, negotium Prætori à Senatu datum esse, vt de imperio dando prius ex more ad populum ferret.

Sp. Lucretius. // f. // n * Gallus * Ex Ædilitate plebis Prætor factus, Ariminum, ita enim Galliam tunc appellabant, sortitus cum vetere exercitu obtinuit. cui etiam se M. Lælius Procos. cum Volonum exercitu iunxit, Magone in Etruriam descendente. Lucretius enim Senatum litteris è prouincia certiorè fecerat, Magonem Annibalis fratrem cum

cum classe Punica, & magno exercitu pecuniaque, ex Balearium insula minore in Italiam traiecit, Genuam cepisse, Ligures Gallosque ad arma concitare: Liuius lib. xxviii. & xxxix.

L. Æmilius * L. f. Q. n. Papus * Siciliam, fortitus cum Cannensi exercitu obtinuit: Liuius xxviii. Ceterum (vt Suetonius tradit) D. Augusti proauus bello Punico secundo Tribunus militum stipendia fecit sub Æmilio Papo Imperatore. Videntur an ne sub hoc Æmilio Tribunus militarit. Toto enim hoc bello Æmiliorum neminem, præter vnum M. Lepidum, qui primo anno belli huius Prætor Siciliæ fuit; & hunc L. Æmilium Prætozem reperio in Sicilia imperium habuisse. Quare videndum, an ne legi debeat in Suetonio potius, sub Æmilio Papo Prætoze, quàm Imperatore. Confundunt enim mirum in modum talia nomina librarij indocti.

Suetonij locus.

Cn. Octavius * Cn. f. //, nepos. Ex Ædilitate plebis Prætor Sardiniam fortitus obtinuit cum legione noua, quam Ti. Afellus transportarat. Octoginta Pœnorum naues onerarias, frumento, commeatuque ad Annibalem missæ (vt Cælius auctor est,) onustas cepit. Valerius Antias prædam Etruscam, Ligurumque montanorum captiuos Magonis iussu Carthaginem deportasse, refert. Hæc Liuius lib. xxviii. fine.

Punica classis capta.

Ædiles curules.

L. Cornelius. L. f. L. n. Cn. Cornelius. L. f. L. n.
Lentulus. Lentulus.

Ludos Romanos ter instaurarunt. L. Cornelius Hispaniam prouinciam habebat, absens creatus cum fratre, absens eum honorem gessit, vt Liuius lib. xxix.

Ludi Rom. instaurati ter.

Ædiles plebis.

Ti. Claudius * C. f. Ti. n. * M. Iunius * M. f. //, n.
Afellus Pennus.

Ludos plebeios septies instaurarunt: Liuius ibidem.

Ludi plebis septies.

Tribuni plebis

Appellati à Q. Fulvio Flacco in Senatu, qui quater Cos. & Censor fuerat, auxilio fuere; ne sententiam rogatus de prouinciis Consularibus diceret. Quia P. Scipio Cos. se non staturum eo quod Senatus censuisset, palàm præ se ferebat; nisi Africa sibi decerneretur, ad populū se laturum esse. Hinc ita Tribuni decreuerunt: Si Cos. Senatui de prouinciis per-

Tribunicium decretum pro Senatu.

mittit, stari eo quod Senatus censuerit; placet, nec de ea re ferri ad populum patiemur. Si non permittit, qui de ea re sententiam recusabit dicere, auxilio erimus. Tum Consul diem ad colloquendum cum collega petiit. Postero die permissum Senatui est, vt de prouinciis statueret: Liuius lib. xxviii.

Q. Næuius. //, f. //, n * Pollio * Animo & corpore magnus; sic impiger, & artis militaris peritissimus. Centurio militauit sub Q. Fulvio Flacco Procos. ante Capuam obsessam: vbi præcipuus antesignanus fuit in defendendis castris, cum Annibal obsidionem Capuæ soluere cupiens, illa summis viribus oppugnaret. Nam, vt Liuius ait, ingens illi corpus erat, & arma honestabant: & sublatum altè signum signifero ereptum in hostes inferens conuertit ad spectaculum ciues hostesque. Itaque propè tota in vnum acies versa est: sed neque hostium multitudo, neque telorum vis arcere impetum eius viri potuerunt. Hic item auctor & inuentor tunc fuit velutum equitibus admittendorum, quemadmodum Sex. Iulius Frontinus Stratagematum lib. iv. cap. vii. Val. Max. lib. ii. cap. lxxi. scribunt, item Liuius lib. xxvi. apud quem mendosè Næuius appellatur. Si non hic idem fuit, ex eius sanè stirpe fuisse videtur Næuius Pollio pede longior, quàm quisquam longissimus. De quo mentionem faciunt Columella lib. iii. cap. viii. ex Cicerone, & Plinius lib. vi. cap. xvi. ex annalibus.

Q. Næuij fortitudo.

Eius inuentio in præliis inueniendis.

Pede longior quàm quisquam longissimus Pollio.

Q. Trebellius. //, f. //, n * Calca * Centurio legionis quartæ in Hispania fuerat, à P. Scipione Procos. corona murali donatus Carthagine noua capta, anno dclxiii. vt Liuius

Trebelliorum cognomen Calca, unde. Liuius xxvii. fine. Quid si hic primus Calca dicitur? Quod cognomen in illa gente postea reperimus fuisse: quod scilicet hic inter primos vada per stagnum Carthaginis calcando tentasset, cum muros ab ea parte caperent.

M. Sextius. // f. // n. Sabinus. C. Aurelius. C. f. C. n. Cotta.

Q. Fulvius. // f. // n. Gillo. P. Ælius * Q. f. Q. n. * Tubero.

[L. Platorius. L. f. C. nepos.] L. Latorius * M. f. M. n. Plancianus.

[L. Stadius. L. f. Sex. nepos.] [P. Numitorius. P. f. C. n. Pullus.]

Quæstores urbani

Agri Campani pars maritima priuatis publicè vendita.

Legatis Saguntinis honores habitus, & lautia & munera data.

Agri Campani regionem à fossa Græca ad mare versam, quia pecunia ad bellum deerat, vendere iussi sunt: indicium quoque permittere, qui ager ciuis Campani fuisset, ut is publicus populi Romani esset: indici præmio constituto, quantæ pecuniæ ager indicatus esset, pars decima. Sic Liuius libri xxviii. fine. Urbani Quæstoribus hoc negotium datum fuisse puto, & Romæ sub hasta venditionem factam esse. Legatis Saguntinis ex Senatus decreto hospitium & lautia præbuere, & muneris ergo in singulos non minus dena milia æris distribuere iussi sunt: Liuius ibidem.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciales.

//. // . // . f. // . n. // . P. Scipionis. Cos. in. Sicilia.

//. // . // . f. // . n. // . P. Crassi. Cos. in. Brutticis.

C. Cornelius. L. f. M. n. Cethegus. L. L. Lentuli, & Acidini Procos. in Hispania.

Hanc sanè Quæsturam administrasse conicio, quia L. Lentulo decedente ad Consulatum anno ab hinc quarto, prouincia citerior huic extra ordinem cum imperio mandata est in successoris aduentum, ut suo loco demonstrabimus ex Liuiio. Asles ærei cum iano & rostrata naui reperiuntur, & cum huius nomine, C. CETHEG. L. F. ROMA.

//. // . // . f. // . n. // . Cn. Octauij. Pr. in. Sardinia.

//. // . // . f. // . n. // . Sp. Lucretij. Pr. in. Gallia.

//. // . // . f. // . n. // . Calenus.

Q. Bæbius * Q. f. Cn. n. * Tamphilus. Frater, ut apparet Cn. & M. Tamphilorum, qui postea reperiuntur Coss. in tabulis Capitolinis. Hic sequetur Tribunus plebis.

Ti. Sempronius. Ti. f. C. n. Longus. Filius Ti. Sempronij Longi, quo Consule bellum Punicum secundum incepit. Et huius magistratus ordine sequentur. Iam decem-

Liuij locus deprauatus.

vir sacris faciundis factus erat in locum mortui patris, anno dcliv. ut Liuius auctor est lib. xxvii. Vbi tamen in exemplaribus est inuersus nominum ordo, scribarum supina negligentia; sic ut pater filio mortuo (cuius tamen plures magistratus, ut dixi, sequentur) successisse videatur. Quare Liuij verba sic erunt corrigenda, ut veritati, tabulisque Capitolinis congruant: Decemvir item sacris faciundis in locum Ti. Sempronij, C. f. Longi Ti. Sempronij, Ti. f. Longus suffectus. Quæ verba sic præuè, & inuersè leguntur, in locum T. Sempronij, T. f. Longi, T. Sempronius, C. f. Longus suffectus. Comprobare videtur correctionem istam Liuius ipse lib. xli. in anni dclxxi. historia; ubi hunc eundem x. virum pestilentia mortuum scribit: Sacerdotes, inquit, publici ea pestilentia mortui sunt, Cn. Seruilius Cæpio pater Prætoris, & Ti. Sempronius Ti. f. Longus x. vir sacrorum, &c. Exemplaria tamen T. f. legunt, vulgato librorum errore prænomina malè discernentium.

L. Stertinius. // f. // nepos. Qui non diu post Procos. extra ordinem rexit Hispaniam vltiorem.

C. Sempronius * M. f. C. n. * Tuditanus. Post Ædilitatem Prætor factus est, & primus Hispaniam citeriorem fortitus, in eadem occisus est, ut suo loco declarabimus.

M. Minucius * C. f. C. n. * Rufus. Frater fortassis est Q. Rufi, qui hoc M. Ruffo Prætoris Consul fuit, ut postea palàm fiet. Hic post Præturam cum P. Africano legatus iuit in Africam, ut Liuius xxxiv. fine.

L. Quinctius. T. f. L. n. Flamininus. Frater T. Quinctij Flaminini, qui Philippum Macedoniæ regem debellauit; uti ex sequentibus constabit. Magistratus enim huius, ac res gestæ deinde hoc per occasionem docebunt.

C. Valerius. P. f. L. n. Flaccus. Flamen Dialis, qui Senatum intrans à Prætoris urbano prohibitus & eductus, Tribunus plebis appellauerat, ut supra in annali dclv. diximus.

mus. P. Flacci Consularis filius fuit, & frater L. Flacci, qui postea Cos. & Censor cum M. Catone fuit. Hic C. Flaccus cum dissolutam ac luxuriosam adolescentiam ageret, à P. Crasso Pontifice Max. Flamen Dialis est captus. Sed ut animum eius cura sacrorum cepit, ita repente mutatus exiit mores veteres; ut nemo tota iuuentute Romana probior haberetur. Scribunt hæc disertè Liuius lib. xxvii. Val. Max. lib. vi. cap. ix. Sequetur item Ædilis, nec alios eius magistratus reperio: sed repulsam passum in Praturæ petitione, Liuius libro xxix. memorat.

Prouinciæ.

M. Liuius. M. f. M. n. Salinator. Procos. Etruriam prorogato imperio cum suo Volonum exercitu obtinuit. Senatus Sp. Lucretij Pr. litteris certior è Gallia factus de Magonis aduentu & Ligurum motu, M. Liuium Procos. ex Etruria legiones Ariminum ad-mouere iussit. Itaque traducto in Galliam exercitu Lucretio Pr. iungitur, uti si se Mago ex Liguribus propius urbem moueat, obuiam ire: si Pœnus sub angulo Alpium quietus se contineat, & ipse circa Ariminum Italiæ præsidio maneret: Liuius lib. xxviii. & xxix.

M. Valerius * P. f. P. n. * Læuinus. Procos. extra ordinem imperio dato duas urbanas legiones Aretium duxit: ne Etruria absente M. Liuiio Procos. sine præsidio esset: Liuius xxviii. fine.

Q. Cæcilius. L. f. L. n. Metellus. Procos. Bruttios prorogato imperio obtinuit cum exercitu, quem Cos. anno priore habuerat. Exercitu suo contagione morbi infecto nihil memorabile gessit. Quare anni exitu Dictator comitorum causa dictus à Crasso Cos. Romam exercitu dimisso profectus est: Liuius lib. xxviii. & xxix.

L. Cornelius. L. f. L. n. Lentulus. Hispaniam citeriorem,

L. Manlius. L. f. // n. Acidinus. Hispaniam vltiorem,

Procos. extra ordinem obtinere

Illergetes & Aufetanos cum aliis Hispaniæ vicinis populis, Indibili & Mandonio re- ^{Illergetum,} ^{& Aufeta-} ^{norum rebel-} ^{lio in Hispan-} ^{nia.} ^{Clades rebel-} ^{lium.} gulis auctoribus, ob absentiam P. Scipionis metu sublato rebellantes, iunctis copiis, ingen- ti prælio vicerunt; in quo tredecim milia Hispanorum cum Indibili regulo cæsa sunt, octingenti fermè cum ipsorum castris capti. Qua clade percussi rebelles, arma, & Man- donium regulum Indibilis fratrem comprehensum iussi Romanis tradidere, deditionem- que supplices fecere. Quibus pax, obsidibus, frumento, & stipendio imperato, reddita est: Liuius lib. xxix. principio, Appianus Iberica.

P. Sempronius. C. f. C. n. Tuditanus. Procos. Græciæ oram. maritumam. ^{Ætolis sociis} ^{subsidio mis-} ^{sus P. Sem-} ^{pronius fru-} ^{stra.} prorogato. in. annum. imperio. obtinuit. P. Sulpicio successor datus; & cum de- cem milibus peditum, mille equitibus, & triginta quinque rostratis nauibus in Græciam missus, ut Ætolis opem ferret, quos per Sulpicij absentiam oppugnabat rex Philippus. Sed ante exercitum Romani aduentum, Ætolos ad pacem petendam, paciscendamque qui- bus vellet conditionibus, iam rex compulerat. Sempronius Apolloniæ cum exercitu ma- ^{Ætolos ad} ^{pacem peten-} ^{dam compulit.} ^{Cum Philip-} ^{po Romanus} ^{pacem fecit.} nens nihil gessit: sed exitu ætatis, Epirotarum legatis intercedentibus, cum rege Philippo in colloquium veniens pacem fecit. Quam Senatus auctoritate firmatam populus, qui- bus conuenta erat conditionibus, ratam esse, versis in Africum bellum animis, iussit. Sempronius inde Romam ad Consulatum decessit: Liuius libro xxix. Zonaras.

T. Quinctius. T. f. L. n. Flaminius. Propr. Tarentum. ac. Sallentinos. prorogato. in. annum. imperio. obtinuit. Liuius.

C. Hostilius. // f. // n. Tubulus. Propr. Caputam. cum. sua. legione. pro- rogato. item. imperio. obtinuit. Sic enim Liuius lib. xxviii. tradit, de ceteris annis superioris Proconsulibus, Proprætoribus, qui non decesserant, prorogata & in hunc an- num his imperia fuisse, ut supra de prouinciis diximus. Et libro sequenti de prouinciis an- ni sequentis scribens, nominatim de his duobus idem adferit.

Q. Pleminius. // f. // nepos. Propr. Rhegium extra ordinem cum præsidio ob- tinuit. P. Scipionis Procos. iussu cum tribus militum milibus nocte Locros profectus, pro- ditorum quorundam auxilio, arcem vnam occupauit. Atque paucos post dies, Scipione subsidio veniente, cum arce altera & vrbs ipsa, Pœnis cum Annibale (qui suis opem latu- rus tardius aduenerat) profligatis, capta est: Liuius lib. xxix.

Pro. Quæstor. f. f

//. // f. // n. // Ostiensis.

M. Sergius. // f. // nepos.

ANNI P. R. C. DXLIX.

Confules.

M. CORNELIVS. M. F. M. N. P. SEMPRONIUS. C. F. C. N.
CETHEGVS TVDITANVS

Sic nominat etiam hos Coss. Liuius, & magistratum iniisse belli Punici anno xv. dicit: qui proximè nondum Consulares Censuram simul gesserant; nunc simul Confules, & Sempronius absens, cum Græciam prouinciam haberet, facti sunt. Cassiodorus & Marianus cognomina omittunt, in quibus Sempronij quoque prænomen corrigendum est. In tabulis Græcis Cethegum & Sempronium legimus. Meminit horum item Cicero in Catone de senectute, & in Bruto; vt paulo post latius dicendum mihi erit. Et Ennius apud eundem coniungit illos in magistratuum collegio, Cornelij Cethegi faciundiam extollens, sicut in eius Quæstura dixi. His autem Coss. Cn. Nauium poëtam mortuum esse, quidam auctores sunt, vt ibidem Cicero memorat in Bruto.

*Prouinciarũ
distributio.*

Prouinciæ Cornelio Cethego Etruria cum veteri exercitu, Sempronio Bruttij, vt nouas conscriberet legiones, decretæ sunt. P. Scipioni Procos. cum exercitu & classe, quam habebat, prorogatum in annum est imperium. Item P. Licino Crasso in Bruttis; M. Liuius & Sp. Lucretio in Gallia; Cn. Octauio in Sardinia; T. Quinctio Tarenti; C. Hostilio Capuæ: sic Manlio & Lentulo in Hispania in annum imperia sunt prorogata. Confules à Senatu iussi nouas in Bruttios legiones, & supplementa aliorum exercituum conscripserunt: Liuius lib. xxix.

*Mater Deũ
Magna Ro-
mam aduc-
ta.*

Mater Deũ Magna Idæa Romam perlata est. Eam vir omnium optimus Senatus Rom. sententia iudicatus P. Scipio, Cn. f. Nafica adolescens necdum Quæstorius ex oraculo Apollinis excipere iussus est. Quæ ex Ostiensi portu pridie Idus Apriles in ædem Victoriæ, quæ est in Palatio, illata est. Isque dies festus, lectisterniumque fuit. Et ludi in honorem deæ, Megalesia appellati, primùm facti & instituti sunt, vt Liuius libro xxix. tradit. Sed vide Lector, an ne hîc etiam (vt crebrò solent) in exprimendo Megalensium die lapsi sint librarij: qui scripsere, pridie Idus Apriles, notarum antiqua cæsura decepti; cum forsitan legeretur, prid. Non. Aprilis. Sic enim is dies in Fastis publicis est annotatus pridie Nonas Aprilis, sicut testantur antiquæ Fastorum sacrorum tabulæ, quas ipse quondam Romæ apud Bernardinum Maphæum Cardinalem extantes exscripsi. Quibus etiam ad stipulatur Ouidius Fastorum quarto, post tertium Aprilis mensis diem Berecynthiæ matris magnæ festa incipere canens.

*Ter sine perpetuo ealum versetur in axe,
Ter iungat Titan, terq; resoluat equos.
Protinus inflexo Berecynthia tibia cornu
Flabit, & Idææ festa parentis erunt.*

*Mars com-
munis.
Fortuna pri-
migenia ad s
in Quirina-
li.
Oppida ca-
pia.*

In Bruttis P. Sempronius Cos. in agro Crotoniensi aduersus Annibalem tumultuario prælio primùm infelicitè conflixit, amissis de exercitu suo mille ducentis. Sed postridie P. Crassi copiis ac auxilio fultus & auctus, prosperè pugnavit, & Pœnorum quatuor amplius milia, æde Fortunæ primigeniæ vota, occidit, vndecim signa militaria cepit. Perculsus aduerso hoc prælio Annibal, Crotonem exercitum reduxit. Consul interea Peteliam vi cepit, Cosentiam & Pandosiam, & alias quasdam ciuitates ad deditionem compulit. Itaque voti compos Sempronius eodem anno Consul adhuc Fortunæ ædem Romæ in Quirinali colle faciendam locauit; quæ decimo post anno dedicata est, vt Liuius libro xxxiv. scribit. Cuius tamen verba mendosè leguntur in exemplaribus vbi sic habetur: Vouerat eam decem annis antè P. Sempronius Sophus, locauerat idem Censor. Notarum compendia videntur librariis errorem induxisse qui Conf. in Cens. mutarunt, vt negligenter sæpè scribunt. Censor enim P. Sempronius quinque annis antè fuerat, quàm Consul est factus. Non igitur Censor locare potuit, cum ædem hanc nondum vouisset. Quare legendum erit, locauerat idem Consul; nam in Consulatu, teste Liuius, primùm vouerat. Cur autem Sophi cognomen hîc Sempronio tribuat Liuius, quem ipse prius, & Cicero, alijque Tuditanum vocant, obscurum est. Vtrumque sanè cognomen Sempronix gentis est. Et multos duplici cognomine insignes fuisse, ex Fastis palam est. Sic & Sempronius hic tam Sophus quàm Tuditanus vocari potuit, prognatus forsitan ab illo Sempronio Sopho, cui caput tuditi vel malleo simile nouum Tuditani cognomen alterum indidit, sicut ex Ateio Festus Pompeius annotauit. Eodem tempore

Liuij locus.

*A. Sempro-
nius Sophus
an Tuditanij
oriundi.*

*Tuditani
cognomen
vnde.*

M. Cor-

M. Cornelius Cos. in alia Italiae parte non tam armis quam iudiciorum terrore continuit Etruriam, totam ferme ad Magonem, & per eum ad nouandas res inclinatam. Multi principes damnati, aut vltro in exilium abiere: Liuius in fine xxix. Appianus, Zonaras, & alij.

Etruria districtio ut in pedata.

CENS. M. LIVIUS. M. F. M. N. SALINATOR. C. CLAUDIUS.

TI. F. TI. N. NERO. LVSTR. F. XLV.

Eodem anno Romae Censores fuerunt M. Liuius Salinator & C. Claudius Nero, qui simul Curuli sedisset. Princeps iterum lectus est Q. Fabius Max. Verrucosus. Sarta testacriter & summa cum fide ab his exacta sunt. Viam a Foro boario ad Veneris, & circa foros publicos, & aedem Matris Magnae recens aduectae in Palatio faciendam locarunt. Vestigal etiam nouum ex salaria annonae statuerunt, & Romae sal sextante, pluris in foris & conciliabulis, & alio alibi pretio praebendum locarunt. Id commentum M. Liuij fuisse credebant populo irati, cuius iniquo iudicio quondam damnatus erat: Inde Salinatoris inditum vulgo cognomen, quod etiam in domo permanisse videtur. Lustrum conditum est ferius, quia per prouincias dimiserunt Censores, qui, in exercitiis ciuium Rom. quantus esset numerus, referrent. Censa cum iis ccxv. milia. Condidit Lustrum Claudius Nero. Duodecim inde coloniarum, quae auxilia negauerant aliis flagrante in Italia bello, census est receptus: vt quantum numero militum, quantum pecunia valerent, in tabulis extaret publicis. Nuper enim de his relatum erat, conquestumque in Senatu, eas annum iam ferè sextum vacationem militiae contumacia extortam habere, quasi honoris beneficijque causa. Principes coloniarum itaque, maiore belli metu sublato, Romam euocati sunt, & duplex militum numerus imperatus, stipendiumque grauius annuum. Census autem in iis coloniis vt ageretur ex formula Romani census, decreuit Senatus, deferreturque Romam ab iuratis Coloniariis Censoribus, priusquam magistratu abirent. Id quod primum hoc anno factum est. In equitum agendo censu, veteris similitudinis nondum obliti Censores, se inuicem notarunt: cum alter alteri publicum equum (nam ambo habebant) admississet. Cum enim ad tribum Poliam ventum fuit, in qua M. Liuij nomen erat, Claudius ipsum citari, & equum vendere iussit, quod populi iudicio damnatus esset. M. Liuius item, cum ad Arniensem tribum, & nomen collegae ventum est, C. Claudium vendere equum iussit: quod falsum aduersus se testimonium dixisset, quodque non sincere secum in gratiam rediisset. Exitu Censurae cum in leges iurassent, & in ararium adscenderent Censores: prior Claudius inter nomina eorum, quos ararios relinquebat, dedit collegae nomen. Deinde M. Liuius omnes populi tribus ararias fecit, excepta vna Maesia, quae sola nec condemnata reum, nec post damnationem Consulatus aut Censurae eius calculos adiecerat. Causam tam audacis notae talem pronuntiauit, quod innocenter se condemnasset, & condemnatum, Consulem ac Censorem fecissent: neque inficiari posse, vel iudicio semel, vel comitiis bis eas tribus peccasse. De collega illud adiecit, C. Claudium inter quatuor & triginta tribus ararium fore: quod si exemplum haberet, bis eundem ararium faciendi, C. Claudium nominatim iterum inter ararios se fuisse relicturum. Prauum certamen hoc notarum inter Censores. At castigatio inconstantiae populi Censoria grauitate temporum illorum digna fuit. Vide praeter Liuium de his etiam Val. Maximum libro 11. cap. 1v. & illum qui de viris illustribus scripsit, in Liuij Salinatoris vita.

Notati ac Senatu moti. Sarta testacriter.

Salinatoris cognomen unde. Lustrum eius numerus ciuium. Duodecim coloniarum, quae auxilia negauerant; parua.

*Equitum census. Ipsi Censores se inuicem notant. * Narniensis, male vocatur in exemplaribus. Antiqua enim marmoris, Arniensem appellant. Tribus xxx. 1v. araria facta. * Metia, maeli in vulgatis.*

** Paruum, in vulgatis maeli.*

Pratores.

M. Marcius * M. f. M. n * Ralla. Urbanam iurisdictionem sortitus obtinuit: Liuius xxix.

L. Scribonius * C. f. * // . n. Libo. Peregrinam iurisdictionem sortitus, Galliam quoque cum duabus legionibus obtinuit: Liuius.

M. Pomponius * M. f. M. n * Matho. Siciliam sortitus cum Cannensi duarum legionum exercitu obtinuit. Properare in prouinciam cum decem legatis, duobusque Tribunis plebis atque Aedile iussus est, vt ex S. C. cum eo concilio cognosceret: quae Locrenses nefarie per Q. Pleminium Propr. militesque praesidiarios facta quererentur, an ea iussu aut voluntate P. Scipionis Procos. facta essent. Si ita, vt eum de prouincia decedere iuberet: si iam in Africam traiecisset Scipio, Tribuni plebis cum Aedile & duobus legatis eum sequerentur, ac iure sacrosanctae potestatis inde reducerent: legati manerent, ac exercitui, donec nouus Imperator mitteretur, praessent. Sin M. Pomponius Pr. & decem legati comperissent, neque iussu neque voluntate Scipionis ea facta esse: vt in exercitu Scipio maneret,

s. c. de in- quibus dicitur vt rerum P. Scipionis Procos.

*Locrenſibus
reddita li-
bertas.*

maneret, bellumque vt propoſuiſſet, gereret. Profeſus Locros cum concilio legatorum Prætor, coniectis in catenas Pleminio ſeditioniſque principibus, præſidium ſigna confeſtim extra urbem efferre, caſtra in campo locare iubet, cum graui edicto, ſi quis miles aut in vrbe reſtituiſſet, aut ſecum extuliſſet quod ſuum non eſſet, repetentibusve dominis non reſtituiſſet. Locrenſibus S. P. Q. Romanum libertatem legeſque ſuas reddere, edixit. Si quis iniuria affectus, Pleminium aliūmve vellet accuſare, Rhegium ſe ſequeretur: ſi de P. Scipione Locrenſes publicè quid conuenerendum putarent, Meſſanam legatos mitte-

*Excusant Sci-
pionem Lo-
crenſes.*

ſe ituros; cum Scipione ſibi negotium non eſſe reſponderunt. Nam pro certo ſe habere, neque iuſſu, neque voluntate ipſius tot & tam nefanda ſcelera commiſſa fuiſſe. Pleminio cum aliis xxxi. ſeditionis auctoriſque Romam miſſis, Prætor & legati Suracufas in Siciliam profeſti ſunt: vt quæ ſermonibus vulgata erant, de peregrino cultu, atque deſidia Scipionis Imperatoris, ſolutaque militiæ diſciplina, comperta oculis Romam referrent. At reppererunt Scipionem non verbis, ſed rebus ad purgandum ſe præparatum: terreſtres enim naualeſque copias non inſtructas modò, ſed ſemet exercentes offendiſſent. Tum circa armamentaria, & horrea, aliumque bellicum apparatus viſendum Prætorem ac legatos duxit: tantamque ſingularum vniuerſarumque rerum ipſis admirationem incuſſit, vt ſatis crederent, aut illo duce & exercitu vinci Carthaginem, aut nullo poſſe, adeoque lætis inde animis legati ſunt profeſti, tamquam victoriam, non belli apparatus nuntiaturi Romam eſſent. Tribuni plebis & Ædilis prius Rhegio profeſti Romam cum Pleminio & captiui erant: M. Pomponius Prætor in prouincia Sicilia manſit. Qui, cum Scipio in

*P. Scipio ſe
rebus bene
factis non
verbis pur-
gat.
Inſtructiſſi-
mus belli ge-
rundi appa-
ratus.*

*M. Pomponio
Pr. Cannen-
ſes duas le-
giones ſupple-
ta ad tuſca-
lam Sicilia
reliquit Sci-
pio.*

Africam traiecturus eſſet, Lilubæum acceſſit, quintam & ſextam Cannenſes legiones ab eodem ſuppletas accepit, ſingulas ad ſena milia ducenos pedites, & tricenos equites, idemque Prætor curauit, vt commeatus xlv. dierum cibaria partim cocta, partim crudanauibis imponerentur: Liuius lib. xxix. Plutarchus in Catone maiore.

Ti. Claudius. P. f. Ti. n. Nero. Sardiniam ſortitus cum vna legione, quam Cn. Octavius habuerat, obtinuit. Frumenti vim ingentem, atque mille ducentas togas, & duodecim milia tunicarum ad exercitus uſum in Africam miſit: Liuius xxix. Nomen Prætoris in Conſulatu eius Capitolino ſic reperitur.

Ædiles curules

C. Liuius * M. f. M. n * M. Seruilus. C. f. P. n. Pulcx.
Salinator. Geminus.

*Aureæ qua-
drigæ in Ca-
pitolio.*

Ludos Romanos biduum inſtaurarunt, & quadrigas aureas in Capitolio poſuerunt: Liuius lib. xxix. fine.

Ædiles plebis

P. Ælius. Q. f. P. n. Pætus. P. Villius. Ti. f. Ti. n. Tappulus.

*Studi ac Iouis
epulum.*

Ludos Plebeios per biduum inſtaurarunt, & Iouis epulum fuit ludorum cauſa: Liuius ibidem.

Tribuni plebis

*Plebſcitum
de Hispania
imperio.*

Ex auctoritate Patrum ad populum tulere de Hispaniæ imperio, quos in eam prouinciam Procoss. mitti placeret. Populus prioris anni Procoss. prorogauit imperium: Liuius.

*Tribunorum
plebis ſacro-
ſancta pote-
ſtas in impe-
ratoribus.*

M. Claudius. M. f. M. n. Marcellus. M. Cincius * M. f. // n. Alimentus. Cum M. Pomponio Prætore decemque legatis, & vno Ædile plebis in Siciliam ex S. C. profeſti ſunt; vt ſi P. Scipio Procoss. Prætoris edicto nollet obedire, aut iam in Africam traieciſſet: ipſi Tribuni cum Ædile & duobus legatis, qui exercitui præeſſent, ſequerentur, inuitum comprehenderent, ac iure ſacroſanctæ poteſtatis reducerent. Sic memorat Liuius. Itaque conſtat, Tribunos plebis cum poteſtate & mandatis aliquando extra urbem

*Cincia lex de
donis & mu-
neribus.*

ex S. C. miſſos fuiſſe. Ceterum M. Cincij Alimenti hic Tribunatus plebis noua lege nobilior fuit, quam de donis & muneribus tulit. Ea verò cauebatur, ne quis ob cauſam orandam, pecuniam munusve acciperet. Suafit legem Q. Fabius Max. Verrucoſſus admodum ſenex, anno vitæ videlicet pænultimo. Meminit Tullius in Catone de ſenectute, qui & his Conſulibus latam indicat. In hiſtoria tamen huius anni nihil de Cincia hac lege pro-
dit Liuius: ſed libro xxxiiii. in oratione Catonis pro Oppia lege, non præterit. Quid, in-
quit Cato, legem Cinciam excitauit de donis & muneribus? niſi quia vectigalis iam, &
ſtipendiaria plebs eſſe cœperat? Ex quibus verbis colligere eſt, iam tum uſu receptum fuiſ-
ſe, vt ad patronorum domos annuatim clientes munera ſtatis diebus ferrent, mitterentve;
quorum

quorum patrociniis indigebant. Quæ cum impudentius flagitarentur, apud plures patrociniis sic venalia fieri, pretioque quasi locari, leue familiareque factum est: cum antiquissima Romuli lege gratis, vt libro primo dixi, suscipi deberent. Meminit legis non vno loco Cornelius Tacitus, Oratorum sui temporis venalem perfidiam taxans: vt libro XI. & XI II. maximè de Suiilio maiestatis criminum delatore verba faciens; cuius ob auaritiam legis Cinciae poenas in vsura reuocare Senatam tentasse dicit. Rursus lib. xv. Oratorum licentia Cinciam rogationem prognatam affirmat. Legissator itaque Cincius non illepidè C. Claudio Cenchoni (sicut à Cicerone libro de oratore secundo refertur) respondit: cum ab ipso contemptè satis de lege sua quæsisset: Quid fers Cinciole? vt emas (inquit) Cai; si vti velis. Quasi dicere vellet, Non munera plus domi expectes. Scripsit autem postea in legem Cinciam luculenter Paullus Iurifconsultus, sed liber ille periit. Plautus, vt apud Festum legitur, muneralem legem appellauit.

Lex Cincia, lex muneralis dicta Plauto.

Cn. Bæbius. Q. f. Cn. n. Tamphilus M. Liuium, C. Claudium Censores, in indigna cum essent, reos ad populum fecit ob nimis asperè Censuram actam. Quos causa ditione Senatù decreto suo liberauit, ne populari auræ imposterum obnoxia Censura foret: vacuum omnis iudicij metu eum magistratum reddendo, qui exigere rationem, non reddere deberet: Liuius lib. xxix. fine, Val. Max. lib. vii. cap. II.

Censores ad populum frustra rei facti.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..
 f. .. n. f. .. n. ..
 f. .. n. f. .. n. ..
 f. .. n. f. .. n. ..

L. Licinius. .. f. .. n. Lucullus. [C. Duilius. C. f. C. nepos.]
 [C. Scantinius. C. f. .. n. Capitolinus.] [L. Pescennius. L. f. L. nepos.]
 [M. Pontificius. M. f. Ti. nepos.] [Sex. Pompilius. C. f. Sex. nepos.]
 [P. Manilius. C. f. C. nepos.]

Quæstores urbani.

.. .. f. .. n. f. .. n. ..

Quæstores prouinciales.

.. .. f. .. n. .. M. Cethegi Cos. in Etruria.

.. .. f. .. n. .. P. Tuditani. Cos. in Bruttieis.

M. Porcius. M. f. Cato. P. Scipionis Procos. in Sicilia & Africa. Conferunt in hunc annum M. Catonis Quæsturam plures auctores. Hinc Marianus Scotus sic annotauit: M. Cornelio, Ti. Sempronio Coss. Catonis Quæstura fuit. Item M. Tullius in Bruto de claris oratoribus, vbi M. Cethegum hunc Cos. oratorem fuisse probat ex Ennio: At hic Cethegus (inquit) Consul cum P. Tuditano fuit, bello Punico secundo, Quæstorq; his Coss. M. Cato, modò plañe annis cXL. ante me Consulem. In dialogo autem de se neçtute id ipsum adfirmat sub M. Catonis persona, qui sic ait: Sodalitates autem, me Quæstore, constitutæ sunt, sacris Idæis Magnæ Matris acceptis. Rursus in eodem dialogo de se Cato sic loquitur, sed eius verba in exemplaribus librariorum inficitia tam sunt corrupta, vt sibi met Cicero non constare, & Prætorem hoc anno Catonem fuisse, videatur asserere. Sunt autem hæc, vbi de Q. Fabio Verrucosso præclara multa recenset: Anno enim post, inquit, Consul primùm fuerat, quàm ego natus sum; cumq; eo quartum Consule adolescentulus miles profectus sum ad Capuam, quintoq; anno post ad Tarentum Quæstor: deinde Ædilis, quadriennio post factus sum Prætor; quem magistratum gessi Consulibus Tuditano & Cethego, &c. Qui sanè locus plures doctos hæcenus fefellit, & in errorem duxit. Sed cum annorum ac magistratuum Catonis interualla diligentius excuterem, Liuius, Plutarchus, ceterisque conferrem, apparuit error, stupidi alicuius scriptoris temeritate commissus. Qui ex reliquorum magistratuum Catonis catalogo, quem studiosus fortè quispiam sui codicis margini annotarat; Ædilitatem scilicet, & eius Præturam, contextui orationis Ciceronianæ inficienter ingessisse, & Consulatum Fabij numerum corrupisse videtur. Quapropter, vt historiæ Liuianæ, aliisque auctoribus locus ille Ciceronis congruat, numero restituto, demptisque duobus tantum verbis scilicet (Ædilis) & (Prætor) ita restitui commodè poterit: Cumq; eo tertium Consule adolescentulus miles profectus sum ad Capuam, quintoq; anno post ad Tarentum. Quæstor deinde quadriennio post factus sum; quem magistratum gessi Consulibus Tuditano & Cethego: cum admodum quidem ille senex suafor legis Cinciae de donis & muneribus fuit. Prima

M. Cato senior magistratus suos aggregatur Quæstor hoc anno.

Ciceronis locus mirificè vitiosus correctur.

Prima Cato- nis stipendia. itaque stipendia se meruisse Cato dicit sub Q. Fabio tertium Consule ad Capuam, cum iam esset annorum septemdecim, ut Plutarchus & Cornelius Nepos item affirmant: sic & anno sequenti Fabio quartum Cos. militasse, annoque eodem cum M. Marcello Tribunum militum in Siciliam abiisse, Nepos item scribit. Quinto anno post iterum cum Fabio v. Cos. ad Tarentum se militasse dicit apud Ciceronem ipse, & deinde quadriennio post Quæstorem se factum esse, eumque magistratum gessisse Tuditano & Cethego Coss. cum Fabio legem Cinciam suaderet. Quæ omnia ad amulsum historiæ Liuianæ, ipsi Ciceroni, Plutarcho, aliisque auctoribus, & idcirco nostris etiam Annalibus conueniunt. Suffragatur item Cornelius Nepos in M. Catonis eiusdem vita. quam hoc loco studiosorum in gratiam nostris hisce Annalibus inserere non pigebit, cum quia succinctè res Catonis gestas complectitur, & plurimum lucis adfert horum temporum historiæ: tum etiam quod ex illustrissimi scriptoris illius operibus exiguæ hæc virorum illustrium reliquæ, non minùs quàm nobiles vniões conseruandæ videantur. Harum verò copiam nobis fecit, ne sua laude fraudetur vir doctissimus candidissimusque, meus amicus, Carulus Langius: quem ob ingenium, doctrinam, ac singulare iudicium vehementer amo, plurimique facio. Is cum eodem ferè tempore, Catonem Ciceronis dialogum ad manuscripta corrigeret exemplaria, meamque de hoc vitato loco familiariter & amicè communicatam opinionem intelligeret, non potuit non in meam accedere sententiam.

Caruli Lan- gii Bruxellen- sis virtutes.

VITA MARCI CATONIS

ex Cornelio Nepote de viris illustribus.

M. Cato Tu- sculanus.
Prima Cato- nis stipendia.
Voluntarius in exercitu C. Neronis ad Senam ad- uersus As- drubalem.
Quæstor P. Africani.
Ædilis.
Prætor.
Ennius à Ca- tone Romam deductus.
Æstimauit, fortè.
Consul.
in ea, fortè.
Malim lege- re, Cõsulatu peracto Nul- lam enim post secundum Con- sulatum Sci- pio proroga- tionem impe- rij habuit.
Censur.
Locus mu- tilus, & in- correctus ap- paret. Malim itaq; sic se ha- beret, Vixit circiter an- nos LXXX. & vsque, &c.
Virtutes Ca- tonis.
Eruditio.
Malim, in republica.
Scripta, & historiaram libri septem Origines ap- pellari.
Extat liber, ut & Attici vita.

M. Cato ortus municipio Tusculo, adolescentulus, priusquam honoribus operam daret, versatus est in Sabinis, quod ibi heredium à patre relictum habebat. Inde hortatu L. Valerij Flacci, quem in Consulatu Censuraque habuit collegam, ut M. Perperna confobrinus narrare solitus est, Romam demigravit, inque foro esse cœpit. Primum stipendium meruit annorum xvii. Q. Fabio, M. Claudio Coss. Tribunus militum in Sicilia fuit. Inde ut redijt, castra sequutus est C. Claudij Neronis, magnique opera eius æstimata est in prelio apud Senam, quo cecidit Asdrubal frater Annibalis. Quæstor obtigit P. Africano Cos. cum quo non pro sortis necessitudine vixit: nam ab eo perpetua dissen- sit vita. Ædilis plebis factus est cum C. Heluio. Prætor prouinciam obtinuit Sardiniam, ex qua Quæstor superiore tempore decedens, Q. Ennium poetam deduxerat; quod non minoris æstimamus quàm quemlibet amplissimum triumphum Sardiniensem. Consulatum gessit cum L. Valerio Flacco, forte prouinciam nactus Hispaniam citeriorem, ex eaque triumphum deportauit. Ibi cum diutiùs moraretur, P. Scipio Africanus Cos. iterum (cuius in priore Consulatu Quæstor fuerat) voluit eum de prouincia depellere, & ei iure succedere. Neque hoc per Senatum efficere potuit, cum quidem Scipio in ciuitate principatum obtineret: quod tum non potentia, sed iure respublica administrabatur. Qua ex ire iratus, Senatu peracto, priuatus in vrbe permansit. M. Cato Censor cum eodem Flacco factus, seuerè præfuit ei potestati. Nam & in complures nobiles animaduertit, & multas res novas in editum edidit; quare luxuria reprimeretur, quæ iam tum incipiebat pullulare. Circiter annos LXXX. vsque ad extremam ætatem ab adolescentia reipublicæ causâ suscipere inimicitias non destitit. A multis tentatus, non modò nullum detrimentum existimationis fecit; sed quoad vixit, virtutum laude creuit. In omnibus rebus singulari fuit industria. Nam & agricola solers, frugalis paterfamilias, & reipublicæ peritus iurisperitus, & magnus imperator, & probabilis orator, cupidissimusque litterarum fuit. Quare studium etiam senior arripuerit, attamen tantum in eo progressum fecit, ut non facile reperiri possit, neque de Græcis, neque de Italicis rebus, quod ei fuerit incognitum. Ab adolescentia fecit orationes, senex historias scribere instituit. Earum sunt libri septem. Primus continet res gestas populi Romani: secundus & tertius, vnde quæque ciuitas orta sit Italica: ob quam rem omnes Origines videntur appellasse. In quarto autem est primum bellum Punicum: in quinto secundum. Atque hæc omnia capitulatim sunt dicta, reliquaque bella pari modo prosequutus est vsque ad Præturam Ser. Galba, qui diripuit Lusitanos. Atque horum bellorum duces non nominat, sed sine nominibus res notauit. In iisdem exposuit, quæ in Italia Hispanijsque viderentur admiranda: in quibus multa industria & diligentia compareret, multaque doctrina. Huius de vita & moribus plura in eo libro prosequuti sumus, quem separatim de eo fecimus rogatu T. Pomponij Attici. Quare studiosos Catonis ad illud volumen delegamus. Hactenus Cornelius Nepos.

Iam verò de rebus Catonis in Quæstura gestis pauca debemus attingere. Vt autem Plutarchus refert, M. Cato Quæstor in Sicilia Scipionis magnificos sumptus militumque luxum & licentiam non ferens, relicta prouincia, Romam ad eum accusandum est profectus: atque cum Q. Fabio Maximo effecit, vt decem legati cum duobus Tribunis plebis & Ædili, vt ante diximus, in Siciliam ad res inspiciendas mitterentur. Quod tamen Liuius præterit, scribens Quæstorem M. Catonem è Sicilia hoc anno cum P. Scipione Procos. in Africam traiecit, ipsumque & C. Lælium Præfectum classis onerarias naues cccc. quæ exercitum transfuehebant, cum xx. rostratis ab læuo cornu duxisse: & Scipionem ipsum cum fratre legato totidem rostratis alijs ab dextro cornu. Suffragatur Liuius Cornelius Nepos, & Eusebius in Chronico, vt anno sequenti.

Acta Catonis in Quæstura.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. Ti. Neronis. Pr. in. Sardinia.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. M. Pomponij. Pr. in. Sicilia.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. Ostiensis.

M. Fuluius. M. f. Ser. n. Nobilior. Cuius alij magistratus ordine sequentur ad Consulatum & Censuram vsque. Auum Ser. Fuluium Nobiliorem habuisse Capitolina marmora demonstrant, & illum fuisse, qui naualem triumphum de Pœnis egit bello primo, ex annorum interuallo colligimus, & Fastis Capitolinis.

C. Fabricius * C. f. C. n * Luscinus. Prætor vrbanus postea fuit, & nominatur etiam à Liuiio inter legatos L. Scipionis Consulis in Asia.

L. Manlius * L. f. L. n * Vulso. L. Manlij Prætoris ab Annibale victi filius, vt temporis interstitium insinuare videtur. Et hic Prætor Siciliæ sequetur.

M. Porcius. ///. f. ///. n. Læca. Frater P. Læcæ, ni fallor, qui mox sequetur. Reperitur huius Quæstoris nomen in denariis quadrigatis cum Romæ capite, & curru triumphali suprauolante Victoria: M. PORC. LÆCA.

M. Curius * M. f. M. n * Dentatus * Sequetur Tribunus plebis.

C. Atinus * C. f. L. n * Labeo. Hic Tribunus plebis, & Prætor postea recensetur.

C. Scribonius. ///. f. ///. n. Curio. Maximus. Qui Ædilis & Prætor reperitur in Liuiio. Et quidem hic eius cognominis primus nobis occurrit in gente Scribonia, à quo deinceps celebris Curionum profuxit familia. E Piceno Curiones oriundos esse signat Silius Italicus, & bello Annibalico inter socios militasse; fortasse pater huius fuit, quem ad Cannas sistendo fugam exercitus periisse canit. Sex. Pompeius Curionem à Plauto vocari scribit agnum cura macilentum: vnde cognomen huic familiæ ab habitu macro corporis ortum videtur illius qui princeps fuit.

Prouinciæ.

M. Liuius. M. f. M. n. Salinator. Procos. Galliam prorogato imperio obtinuit cum duabus legionibus, quibus aduersus Magonem Galliæ præsidio fuisset: Liuius lib. xxix.

P. Licinius. P. f. P. n. Crassus. Dites. Procos. Bruttios prorogato in annum imperio cum duabus legionibus obtinuit. In secundo aduersus Annibalem prælio cum copiis auxilio à P. Sempronio Cos. vocatus adfuit, & ad victoriam plurimum momenti attulit: Liuius.

L. Cornelius. L. f. L. n. Lentulus. Hispaniam citeriorem

L. Manlius. L. f. ///. n. Acidinus. Hisp. vltiorem

Procos. prorogato. imperio. obtinere.

Nam ex S. C. rursus in hunc annum de Hispaniæ imperio latum est ad populum: omnes tribus eisdem L. Lentulum & L. Manlium Procos. sicut priore anno tenuissent, obtinere eas prouincias iusserunt: Liuius xxix.

Plebiscitum de Hispaniæ imperio prorogando.

P. Cornelius. P. f. L. n. Scipio. Qui. postea. Africanus. appellatus. est. Procos.

Sciciliam prorogato in annum imperio cum eo exercitu, eaque quam habebat, classe obtinuit, cum potestate traijciendi in Africam, si è Republica censeret esse. In eumque finem cum faceret apparatus magnum, Suphax Masæfulorum Numidarum rex, ducta

Suphax Numida fœderi Rom. per legatos Scipioni renuntiauit.

in matrimonium Asdrubalis Gisgonis pulcherrima Sophonisba filia Massaniæ regi primum desponsata, eiusdem amore blanditiisque, compulsus, Carthaginensibus se sociavit, missisque in Siciliam legatis, amicitia ac fœderi cum Scipione contracto renuntiauit.

Amor in causa mente vidor. Traiectus in Africam.

Nihil ob hæc motus Scipio Procos. suam expeditionem properauit tantò magis, & cum selectissimo exercitu & apparatusissima classe traiecit in Africam. Cui mox, vt erat con-

Massanisa Romanis se sociavit. Annones duo Pænorum duces in præliis occisi. Salera & alia vrbes captae, & præda in Siciliam missa.

uentum, Massanisa Massulorum Numidarum rex cum ducentis equitibus accessit. Primo prælio ad mare quingenti Pænorum equites speculatum, & ad turbandos egredientes ex nauibus missi, occiso Annone nobili iuvene Præfecto, fusi sunt. Altero deinde ad Saleram urbem equestri prælio Massanisa industria extractus in insidias Amilcaris filius alter Anno prostrata acie interfectus est. Salera, aliaque vrbes captae, magna hominum, pecoris, omnisque generis præda vndequaue parta est, & in Siciliam missa. Ad extremum autumnum, dum Vticam terra marique obsessam frustra tentaret Scipio, aduentu Afrubalis & Suphacis, qui propè centum milia armatorum contraxerant, nuntiato; obfidione relicta, in proximo mari promontorio castra hiberna communiuit. Hæc Liuius pulchrè & diffusè lib. xxix. Appianus in Africana.

Sp. Lucretius. // . f. // . n. Gallus * Propr. Ariminum. & . Galliam. cum. M. Liuius Procos. prorogato. imperio. obtinuit: Liuius.

C. Hostilius. // . f. // . n. Tubulus. Propr. Capuam cum. suo. præsidio. sicut. prius. prorogato. imperio. obtinuit: Liuius.

T. Quinctius. T. f. L. n. Flaminius. Propr. Tarentum ac Sallentinos, cum. vetere. præsidio, sicut. priore. anno, prorogato. imperio. obtinuit: Liuius.

Cn. Octavius * Cn. f. * // . nepos. Propr. prorogato. imperio. maritumam. oram. Sardinia, quibus. finibus. Senatus. censuisset, cum. classe. xl. longarum. nauium. obtinuit; prouincia. cum. legione. Ti. Claudio. Prætori. ex. S. C. tradita. Frumentum, & vestimenta. exercitui. à. Ti. Claudio. Prætoris. missa. ex. Sardinia. in. Africam. transfuevit: Liuius. xxxix.

Q. Pleminius. // . f. // . nepos. Propr. Locros. extra. ordinem. obtinuit, à. Scipione. Procos. vrbi. captae. præfectus. Ob. sacrilegia, rapinas, stupra, cædes, immaniaque. scelera. militum, & ipsius, Romæ. accusatus. ex. S. C. per. M. Pomponium. Sicilia. Prætores. in. catenas. cum. xxxii. aliis. scelerum. auctoribus. coniectus. Romam. mittitur, vbi. in. vinculis. moritur. ante. iudicij. diem. Clodius. Licinus. rerum. Rom. lib. llii. necatum. in. Tulliano. scribit: Liuius. xxxix.

Ob scelera captus Romæ catenatus mittitur.

Proquæstorib. fuère.

// . // . // . f. // . n. // . P. Craffi. Procos. in Brutticis.

C. Cornelius. L. f. M. n. Cethegus. L. L. Lentuli. & . Acidini. Procos. in Hispania.

// . // . // . f. // . n. // . Cn. Octauij. Propr. in Sardinia. ad. classem.

// . // . // . f. // . n. // . Sp. Lucretij. Propr. in. Gallia.

// . // . // . f. // . n. // . Calenus.

L. Stertinius. // . f. // . nepos. C. Sempronius * M. f. C. n. * Tuditanus.

M. Minucius * C. f. C. n. * Rufus. L. Quinctius. T. f. L. n. Flaminius.

ANNI P. R. C. DL.

Consules.

CN. SERVILIUS. CN. F. CN. N. CAEPIO C. SERVILIUS. C. F. P. NEPOS.

MAGISTRATVM inierunt anno belli Punici XVI. Cn. Seruilius Cæpio & C. Seruilius Geminus, vt Liuius libri xxix. fine, & xxx. exordio scribit. Ex his C. Seruilius sine cognomine legitur in Capitolinis tabulis: Græcæ quidem tabulae Cæpionem Seruiliumque Consules produunt; Zonaras quoque Cn. Cæpionem & C. Seruilium. At Liuius conueniunt Cassiodorus & Marianus, à quibus item C. Seruilius Geminus horum alter appellatur. Quod quidem cognomen eius in Liuius eradendum non puto, quamuis Capitolini Fasti omittant, cum tamen fratri ipsius M. Seruilio hoc ipsum cognomen adscribant. Æquè nihilominus plebeium fuisse palam est, cum ob antè iam adductos illius plebeios magistratus; tum etiam, quòd patricio Cæpioni Seruilio in hoc Consulatu iungatur. In cuius item familia Geminorum cognomen celebre quondam fuisse, docuimus Annalium lib. vi. tam ex Ciceronis Lucullo, quam ex Liuius & Fastis Capitolinis. Hicce Coss. Q. Fabium Maximum illum Cunctatorem bis principem Senatus post multos honores, magnaque res gestas decessisse exacta iam ætate, Liuius annotauit lib. xxx. Quem per duos & quadraginta annos Augurem fuisse dicit. Sed vitium in annorum numero

Q. Fabij Max. Verrucossi obitus.

Liuij locus:

mero ibidem ipse colligimus ex Valerio Maximo lib. VIII. capite XIII. de senectute memorabili. Vbi Q. Fabium Max. duobus & sexaginta annis Auguratus sacerdotium sustinuisse scribit, quod robusta iam ætate adeptus erat, vt facili sæculi modum eius anni exempluisse videantur. Nec discrepat Plinius libro VII. de spatiis vitæ longissimis scribens cap. XLVIII. Q. Fabium Max. hunc XLIII. annis Augurem fuisse. Sed ibidem, ni fallor, punctus numero adiunctus pro anno vno in libris perperam accessit librariorum incuria, quorum & facilis est lapsus, vt notas numerorum transponant, vt hoc item loco apud Liuium XLII. pro LXII. temerè scripisse putem.

Consules fortiti prouincias sunt, & Cn. Cæpioni Bruttij, bellumque Annibalicum cum exercitu P. Sempronij superioris anni Cos. sic C. Seruilio Etruria & Ligures cum exercitu M. Cornelij Cos. prioris anni euenerunt. Et his prorogata in annum imperia Procos. M. Cornelio in Gallia, P. Scipioni Procos. non temporis sed rei gerendæ fine, donec debellatum foret, prorogatum est imperium: decretumque vt supplicatio fieret, quod is saluo exercitu in Africam traiecisset, vtque ea res salutaris populo Rom. ipsi duci, exercituique esset. Hispaniæ autem veteribus ducibus Lentulo & Manlio decretæ. Prorogata Proprætoribus item imperia Sp. Lucretio in Liguria, M. Pomponio ad Siciliam, Cn. Octauio ad Sardiniam, M. Marcio ad Italiæ oras maritimas tuendas: quia incertum erat, quod missuri classem Carthaginenses erant. Igitur ex decreto Patrum tria milia militum in Ostiensem classem Consules conscripserunt, & duas vrbanas legiones, ad incerta belli. Viginti omnino legionibus & centum sexaginta nauibus longis res Romana eo anno gesta est. Hæc Liuius lib. xxx. exordio.

Consulibus mandatum, priusquam ab vrbe proficiscerentur, ludos magnos facerent, quos T. Manlius Dictator in hunc annum quintum vouisset, si eodem statu Respublica staret. Sacris itaque peractis, prodigiisque procuratis, ipsi, Prætoresque diuersi in prouincias abierunt. C. Seruilius Cos. nulla memorabili re per Etruriam & Galliam (nam eò quoque processerat) gesta: patre C. Seruilio, & C. Lutatio patruo, qui initio belli à Boijs Gallis inter III. viros coloniam Placentiam deducendæ capti fuerant, post XVI. annum ex seruitute receptis, priuato magis, quam publico decore insignis Romam rediit. Ad Cn. Cæpionem Cos. qui in Bruttis erat, multæ ciuitates, senescere Punicum bellum cernentes, defecere. Idem Cos. cum Annibale in agro Crotoniensi semel acie conflixit, obscuram tamen eius pugnae famam esse, Liuius scribit. Annibal per legatos à suis reuocatus ad opem patriæ ferendam, nulla amplius re in Italia gesta, frendens gemensque, deos hominesque ac semetipsum accusans, quod non cruentum ab Cannensi victoria militem mox Romam duxisset, eius diutinam possessionem relinquere, copiasque quas habebat, in Africam trajicere coactus est. Ob cuius discessum, profligatumque ex Liguria eius fratrem Magonem, Romæ dierum quinque supplicatio decreta est circum omnia puluinaria, victimæque maiores cxx. immolatæ sunt. A legatis sociarum vrbium Græciæ anni exitu nuntiatum est, quatuor milia militum à Philippo Macedonum rege Pænis in Africam auxilio mitti, & sociorum agros à regiis præfidijs vastari. Igitur ex S. C. missi sunt ad Regem legati, qui hoc contra fœdus fieri Romanorum nomine conquererentur. Latissimè omnia habentur apud Liuium libro xxx. Zonaram, Appianum, & alios.

P. SVLPICIVS. SER. F. P. N. GALBA. MAXIMVS. DICT.

M. SERVILIVS. C. F. P. N. PVLEX. GEMINVS. MAG. EQ.

COMITIOR. HABENDOR. CAVSSA.

Idem annus Dictatorem habuit P. Sulpicium Galbam, quem Liuius idè creatum fuisse tradit, vt Cn. Seruilius Cæpionem Cos. iniussu Senatus ac populi extra prouinciæ suæ limites Annibalem velut à se pulsus persequendo, cum exercitu in Siciliam trajicientem, maioris imperij iure reuocaret. Quod vbi factum, Dictator, (vt ait idem Liuius) anni reliquum cum M. Seruilio magistro equitum circumeundis Italiæ vrbibus, quæ bello alienatæ fuerant, noscendisque singularum causis consumpsit. Sed postea in dubio relinquit, vtrum C. Seruilius Cos. comitia habuerit, an Dictator ab eo comitorum causa dictus P. Sulpicius, quia eum res in Etruria tenuerint, quæstiones ex sociis de principum coniurationibus habentem. Hanc autem opinionem Fasti sequuntur Capitolini, nam comitorum tantummodò causa Dictatorem Sulpicium creatum volunt.

Prætores.

P. Ælius. Q. f. P. n. Pætus. Ex Ædilitate plebis, Vrbanam iurisdictionem fortitus obtinuit. C. Lælius à P. Scipione Procos. missum, vt Suphacem regem, primo-

primoresque Numidarum captiuos Romam duceret, Senatu prius dato, deinde in Ro-
stra produxit; & de rebus in Africa ductu P. Scipionis gestis ad populum disserere iussit.

*Edictum Pra-
toris de sup-
plicatione
propter Afri-
canam victo-
riam.
Luij locus.*

Qui cum applausu magnò, atque ingenti omnium lætitia in præfens, nec minore in fu-
tutum spe tam in Senatu, quàm in concione auditus est. Prætor extemplò edixit, Vt Ædi-
tui ædes sacras omnes tota vrbe aperirent: circumeundi, salutandi que deos, agendi que
gratias per quadriuum populo potestas fieret. Et profectò, sic mihi videntur ibidem
Luij habuisse verba in edicti formula, non vt nunc leguntur in eius exemplaribus (per
totum diem) corruptè. Paulò enim antè Luius dicit, quòd Africanæ victoriæ causa sup-
plicatio in quadriuum à Senatu, non in vnum diem decreta fuerit: atque Prætorem, Se-
natu missò, mox cum C. Lælio in Rostra ascendisse, atque edixisse. Deceptus est haud
dubiè scriba librarius quispiam notarum antiquarum imperitia, qui in codicibus obscure
fortassis expressum (III. duum) perperàm legit, & scripsit (totum diem.) Prætor Ælius
ac Senatus auctoritate regis Massaniæ, qui cum C. Lælio venerant legatis, hospitium
et lautia ex publico præbuit: item in singulos dona ne minus quinum milium æris, ac bi-
na vestimenta; comitibus eorum singula, & ex æris mille misit. Regi item Massaniæ, que
legati ferrent, munera hæc. Sagula purpurea duo * cum fibulis aureis, & singulis lato cla-
uo tunicis. Equos duos phaleratos, bina equestria arma cum lorice; & tabernacula, mili-
taremque suppellectilem, qualem præberi Consuli mos est. De supplicatione denuò in
quinque dies edicenda propter Annibalis ex Italia discessum, & Magonem profligatum,
ad Senatum rettulit: atque Carthaginensium legatis pacem flagitantibus extra urbem ad
ædem Bellonæ Senatum dedit: qui rebus infectis, ac propè sine responso dimissi sunt.
Hæc Luius lib. xxx. Zonaras annalium 11.

*Hospitium,
lautia & mu-
nera legatis
Massaniæ
regis data.
Munera regi
ipsi missa.
* Hæc uia vi-
dentur di-
stinguenda
esse in Luius,
vbi vulgò sic,
cum fibulis
autè singu-
li, & lato cla-
uo tunicis.
Supplicatio
dierum quin-
que ob libera-
tam hoste
Italiam.*

*Mago casus,
ac Italia
pulsus.*

P. Quinctilius * P. f. Cn. n * Varus. Ariminum seu Galliam cum duabus
legionibus, quæ sub Sp. Lucretio fuerant, fortitus obtinuit. Itaque M. Luius
suceffit, quem constat ex historia Luiiana Romæ eodem anno fuisse, & sententiam in
Senatu dixisse. Equidem existimo peregrinam iurisdictionem his annis, quoties Prætor
Gallia indigebat, urbanæ iunctam fuisse, quamuis hoc non exprimat Luius, cum pro-
uinciarum sortes enarrat. P. Quinctilius Prætor cum M. Cornelio Procos. iunctis copiis
in agro Insubri, aduersus Magonem Annibalis fratrem signis collatis pugnavit, & atroci
ancipiti que prælio Pœnos fudit: quo milia hostium quinque cæsa, & signa militaria duo-
deviginti capta sunt. Mago ipse ante signa pugnam ciens, transfixo femore faucibus cadés,
propè exanguis ex acie elatus est: qui ex vulnere traiiciens cum exercitu reliquo in Afri-
ca, vix superata Sardinia, mortuus est: Luius.

P. Villius. Ti. f. Ti. n. Tappulus. Ex Ædilitate plebis Siciliam fortitus
obtinuit. Tredecim nouas naues, & tria milia militum in supplementum exercitus
Romæ cõscripta secum in prouinciam duxit: quia quod roboris Sicilia habuerat, à P. Sci-
pione Procos. in Africam transfuectum fuerat, vt Luius libri xxx. exordio. Vbi legen-
dum: In Siciliam tria milia cõscripta. Non, vt habent vulgati codices, In Sicilia.

Cn. Cornelius L. f. L. n. Lentulus. Sardiniam fortitus obtinuit. Is qui Ædilis
curulis ante biennium cum fratre absente fuerat. Sed P. Lentulus perperàm in Luij ex-
emplaribus lib. xxx. fine, & xxx. initio vocatur. Per induciarum cum Pœnis tempus
centum onerarias naues cum comæatu, & viginti rostratarum præsidio, saluas in Afri-
cam transmisit: Luius lib. xxx.

Ædiles curules.

M. Fabius * M. f. M. n. * M. Valerius * M. f. M. n. *
Buteo. Falto

*Annona vi-
tias in vrbe.*

Ludos Romanos diem vnum instaurarunt. Et magnam frumenti vim ex Hispania
missam quaternis æris vicatim descriperunt: Luius.

Ædiles plebis.

M. Sextius. // . f. // . n. Sabinus. C. Tremellius. // . f. // . n. Flaccus.
Ludos plebeios ter totos instaurarunt. Ambo in hac Ædilitate Prætores in annum
sequentem designati sunt: Luius ibidem.

Tribuni plebis.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
// . // .

//. // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . ti. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

C. Oppius * C. f. C. n. Cornicinus * Præfectus focium biennio post in prælio occisus est, vt Liuius lib. xxxi. exordio, sed mendosè C. Appius ibi vocatur duplici prænomine.

P. Titinius * Q. f. Q. * nepos. Legatus sub L. Furio Prætor in Gallia tertio post anno fuit, vt auctor est Liuius.

L. Apulcius * L. f. * L. n. * Fullo. Q. Minucius. C. f. C. n. Rufus.
 [C. Mamilius. C. f. C. n. Turinus.] L. Titinius. L. f. M. nepos. Qui Septimo post anno inter x. legatos Macedoniæ ad Pacem Philippo regi dandam nominatur à Plutarcho in T. Quinctij vita. Sed mendosè in Liuius L. Stertinius eius loco suppositus *Liuij locus.* est libro xxxiii. qui tunc nondum ex Hispaniensi prouincia redierat.

[Q. Sicinius. Cn. f. Q. nepos.] [C. Antonius. C. f. C. nepos.]
 [C. Cominius. C. f. C. nepos.] [Q. Cæditius. Q. f. Q. n. Noctua.]

Quæstores vr bani.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores prouinciales.

//. // . // . f. // . n. // . Cn. Cæpionis. Cos. in Brutticis.

//. // . // . f. // . n. // . C. Seruilius. Cos. in Etruria.

//. // . // . f. // . n. // . P. Vari. Pr. in Gallia.

//. // . // . f. // . n. // . P. Tappuli. Pr. in Sicilia.

//. // . // . f. // . n. // . C. Lentuli. Pr. in Sardinia.

//. // . // . f. // . n. // . Calenus.

M. Sergius. // . f. // . n. Silus. L. Sergij Catilinæ nefarij patricidæ proauus. Vir in præliis quidem infelix, sed ad prælia natus, & militari fortitudine hoc Punico bello clarissimus. De quo differemus ampliùs in Prætura ipsius vr bana.

Q. Fuluius * M. f. Ser. n. Nobilior * Tribunus plebis sequetur, & III. vir colonias Pisaurum ac Pollentiam deduxit, vt auctor Liuius lib. xxxix. Vt autem apparet, frater illius fuit M. Fuluius Nobilior, qui ordine magistratum ad summos honores peruenit, vt paulò antè diximus.

C. Acilius * C. f. L. n. * Glabrio. Hic Tribunus plebis postea sequetur, eodem anno quo M. Glabrio Ædilis plebis erat, qui postea de Rege Antiocho triumphauit. Hinc fratres videri poterunt.

P. Porcius. // . f. // . n. Læca. Duo quidem Porcij Læcæ eiusdem temporis nominantur à Liuius, Marcus & Publius, quorum etiam hic Tribunus plebis, & Prætor recensetur.

Q. Fabius * M. f. M. n. * Buteo. M. Fabij Buteonis frater videtur fuisse, qui hoc anno Ædilis curulis, ac deinde Prætor fuit. Ad quem magistratum etiam hic Quintus peruenit, vt ex Liuius constat.

Cn. Domitius. L. f. L. n. Ahenobardus. Qui Ædilis, Prætor, & Consul postea, item legatus in Asia, vt Liuius & Appianus in Syriaca memorant. Eius nomen extat in Capitulinis marmoribus.

T. Iuuentius * T. f. * // . n. Thalna. Prætorem fuisse Liuius, & M. Iuuentius Thalna, quantum ex interuallo annorum colligere possumus, huius erat filius, qui Cos. anno dxc. fuit, & T. f. T. n. in Capitulinis tabulis scribitur.

Sex. Digitius. // . f. // . nepos. Obscuro quidem genere, sed militaris fortitudinis causa prouectus ad Præturam vsque à P. Scipione Africano, sub quo militauerat in Hispania, & focius naualis adhuc corona murali donatus fuerat ob egregiam operam nauatam in Carthagine noua capienda, sicut pulchrè Liuius lib. xxvi. narrat. Post Præturam legatus L. Scipionis in bello Asiatico fuit, pluresque alias legationes obiit, quemadmodum apud eundem Liuium reperimus.

Prouinciæ.

*Victoria de
Annibalis
fratre Mago-
ne Pœno non
incruenta.*

M. Cornelius. M. f. M. n. Cethegus. Procos. Galliam. obtinuit, cum legionibus iis, quas Prætor L. Scribonius priore anno habuerat. Ipse cum P. Quinctilio, vt dixi, Prætoris iunctis copiis, aduersus Magonem Pœnum magno prælio prosperè tandem pugnavit, occisis quinque milibus, & hostili exercitu è Gallia profligato. Mago dux grauiter saucius ad mare fugiens, dum reliquas copias suas nauigio transportat, in Africam reuocatus à suis, vixdum superata Sardinia, in itinere ex vulnere moritur, & classis eius tempestate disiecta est, & plures naues à Romanis captæ. Nec incruenta victoria hæc Romanis fuit, duo milia & ccc. de Prætoris exercitu, & pars multò maxima ex legione XII. amissa est. Et cecidere Tribuni militum tres, duodeviginti equites illustres, & centuriones aliquot ab elephantis obruti periere. Hæc latè Liuius lib. xxx.

P. Sempronius. C. f. C. n. Tuditanus. Procos. Bruttios prorogato in annum imperio obtinuit, cum exercitu P. Licinij Craffi Procos. Qui Pontifex Max. ex S. C. Romam redire iussus erat, vt Liuius lib. xxx. principio.

L. Cornelius. L. f. L. n. Lentulus. Hispaniam. citeriorem.

L. Manlius L. f. // n. Acidinus. Hispaniam. vltiorem. Procos. prorogato imperio. obtinuerunt. cum suis exercitibus. Magnam frumenti vim ex Hispania ad urbem eos hoc anno misisse, Liuius scribit lib. xxx. Vt hinc colligere fit, pacatas ac tranquillas prouincias illas tum fuisse.

P. Cornelius. P. f. P. n. Scipio. Qui. postea. Africanus. appellatus. est. Procos. Africam cum imperio, quoad debellasset, cum vetere exercitu & classe obtinuit.

*Bina hostium
magna castra
vna nocte si-
mul incensa
& expugna-
ta.*

Bina hostium ad Vticam castra, Asdrubalis Gisgonis Pœnorum Imperatoris scilicet, & Regis Masæfulorum Suphacis, exercitu bipartito nocte simul aggressus, excitato vndequaque incendio, flamma ferroque breui expugnauit, atque vno mox die deleuit. Vbi castra ferro, vel hausta flammis sunt ad quadraginta hominum milia, & elephantum octo: capti Carthaginensium nobiles multi, cum vndecim Senatoribus, & sex hominum milibus. Sex item elephantum, & CLXXVIII. signa militaria in potestatem venerunt, & equi

*Altero prælio
victor Scipio.*

Vrbes capta.

*Tertio prælio
in Numidia
Suphax rex
victus & ca-
ptus.*

*Pacem ac in-
diciaspetunt
Pœni simu-
latè.*

*Laudantur
C. Lælius &
Massanisæ
victores pro
cedione, præ-
missisq; donan-
tur.*

*C. Lælius cū
Suphace, ca-
ptiuisq; nobi-
libus, ma-
gnaq; præda
Romanissus.*

*Annibal &
Mago cum
exercitibus
in Africam
reuocati ex
Italia.*

*Genua re-
staurata.*

Numidici ad duo milia. Asdrubal & Suphax ex ea clade fuga elapsi, reparato mox exercitu, non ita multò post, altero prælio in Campis Magnis cum Scipione congressi, atque denuò profligati sunt. Tum Scipio cum robore exercitus vrbes Punicæ ditionis circumquaque quamplurimas partim vi, partim metu subegit. Moxque C. Lælium legatum ac Massanisam regem cum equitatu Romano Numidicoque, & expedito peditatu ad persequendum Suphacem in Numidiam misit: vbi tertio prælio Suphax rex victus, & viuus captus est. Nec diu post Cyrtæ regni caput in deditionem venit, & per Lælium Massanisamque Sophonitba Suphacis vxor Asdrubalis filia cum tota regia familia capitur. Qua clade perculsi Carthaginenses, à Scipione induciarum tempus petunt, quo Romam mittere legatos pacis impetrandæ causâ possent. Quod captiuus perfugisque reditis impetrarunt. Interim Scipio victores Lælium ac Massanisam cum ingenti præda,

magna nobilitate, & rege captiuo reuersos ob egregiè nauatam operam pro conuisione laudauit, & coronis aureis, aliisque virtutum donis insignibus honorauit. Massanisam Regem appellauit, atque paternum Masfulorum regnum, è quo per Suphacem pulsus erat, illi restituit. Inde C. Lælium cum Suphace, captiuus nobilibus atque præda

Romam misit. Carthaginenses interim, impetratis induciis, legatos Romam miserunt, qui pacis conditiones Senatui offerrent: simul & alios, qui Annibalem Magonemque cum exercitibus in Africam ex Italia reuocarent. Quod cum suspectum Romanis esset, pace vt dixi infecta, ac propè sine responso dimissi sunt. Vide Liuium lib. xxx. Polybium XIII. vt dixi infecta, ac propè sine responso dimissi sunt. Vide Liuium lib. xxx. Polybium XIII.

Sp. Lucretius. // f. // n. * Gallus * Propr. Ligures prorogato in annum imperio obtinuit, vt Genuam oppidum à Magone Pœno dirutum exædificaret: Liuius lib. xxx. principio.

M. Pomponius * M. f. M. n. * Matho. Propr. maritumam oram Siciliæ cum classe quadraginta longarum nauium obtinuit. Ex his tredecim nouas P. Villius Prætor secum in Siciliam duxerat: ceteræ veteres ibidem refectæ sunt, omnesque nouis militibus ex Italia aduectis armatæ. Frumentum, arma, vestimenta, ac omne genus comæatus, legionibus in Africam transportauit: atque præda onustis nauibus in Siciliam rediit: Liuius ibidem.

Cn. Octavius * Cn. f * //, nepos. Propr. maritumam oram Sardinia: cum classe superioris anni, & pari iure Imperij obtinuit. A Cn. Lentulo Prætoꝛe Sardinia: duo milia militum ex Senatus decreto in classem accepit. Vestimenta, frumentū, arma, commeatumque necessarium in Africam ad legiones transfuxit. Naues Pœnorum aliquot in alto dissectas ex classe Magonis in Africam remeante cepit. Per induciarum deinde cum Pœnis tempus ex Sicilia ducentis onerariis, & xxx. rostratis nauibus in Africam trajiciens, tempestate dissectis nauibus, in conspectu ferè Carthaginis naufragium passus est. Vide Liuium lib. xxx. Polybium xv. Fœdum nauis fragum.

M. Marcius. * M. f. M'. n * Ralla. Ex Prætura vrbana Propr. maritumam oram Italia: cum xl. nauium classe extra ordinem obtinuit. Tria milia militum in eam classem Consules ex decreto Senatus conscripsere: Liuius lib. xxx. exordio.

Pro. Quæstorib. fuere.

//. // . // . f. // . n. // . M. Cethegi. Procos. in. Gallia.

//. // . // . f. // . n. // . P. Tuditani. Procos. in. Bruttieis.

M. Porcius. M. f. Cato. P. Scipionis. Procos. in. Africa. Hic, vt antè dictum est, ingenio moribusque dissentiens à suo Procos. P. Scipione, huius anni exitu prouincia decessit, atque successorem C. Lælium accepit, vt ex Liuiio docebimus. Ipse per Sardiniam ex Africa veniens, Q. Ennium poëtam secum Romam deduxit, vt Cornelius Nepos auctor est. Ad stipulari videtur & Eusebius in suo Chronico, qui Q. Ennium poëtam illo tempore Romam à M. Catone Quæstore transfatum in Auentino dicit habitasse. Item Sicco Polentonius in Q. Ennii vita, libro de auctoribus Latinis secundo, scribit Ennium fuisse xxxvij. annorum, cum hortatu M. Catonis Romam veniret, vbi M. Cornelium Cethegum oratorem audiuit. Venit igitur Romam anno sequenti. Natus enim erat anno vrbis dxiv. vt suo loco tum diximus.

Q. Ennius poëta Romanus venit.

C. Cornelius. L. f. M. n. Cethegus. L. L. Lentuli. & Acidini. Procos. in Hispania.

//. // . // . f. // . n. // . M. Pomponij. Propr. ad. classem. Sicilia:.

//. // . // . f. // . n. // . Cn. Octauij. Propr. ad classem. Sardinia:.

//. // . // . f. // . n. // . Ostiensis.

L. Manlius * L. f. L. n * Vulfo. M. Porcius. // . f. // . n. Læca.

C. Atinius * C. f. L. n * Labeo. C. Sempronius * M. f. C. n * Tuditanus.

C. Scribonius. // . f. // . n. Curio. Maximus.

ANNI P. R. C. DLII.

Consules.

TI. CLAVDIVS. P. F. TI. N. M. SERVILIVS. C. F. P. N. PVLEX.

NERO.

GEMINVS.

IN hunc modum recensentur Consules in tabulis Capitolinis. Liuius, Cassiodorus, & Marianus, M. Seruilium Geminum, & Ti. Claudium Neronem suggerunt: Tabulæ Græcæ, Neronem & Seruilium. Verùm enim uerè, sicut & antè diximus, hunc M. Seruilium Capitolina: tabulæ C. Seruilij superioris anni Cos. fuisse fratrem indicare videtur: quem & ipse Marcus Cos. in prouinciam abiturus, vt mox dicetur, Dictatorem dixit. Gemini autem, non secus ac antè quidam Seruilij Cæpiones, ambo sunt appellati, ab eodem fortè natiuitatis euentu. Verùm Marcus hic, ob exiguam staturam, & alterum Pulicis cognomen fortitus videtur, quod apud fratrem anno superiore Cn. Cæpionis collegam in Capitolinis tabulis omissum est. Testatur apertè Liuius lib. xxvij. in Pulex cui dictus M. Seruilius, videndum. an-
ni dxlvi. historia, duos isto sæculo patricos Consules creare non licuisse. Et quando palam est, alterum huius anni Ti. Neronem fuisse patricium; opinari profectò possumus, alterum M. Seruilium, licet Geminus appelletur, fuisse plebeium, & fratrem C. Seruilij, vt volunt Capitolina marmora, qui item Geminus à Liuiio vocatur.

Consulares prouincia: eo anno decretæ sunt Africa & Etruria. Quibus in fortem con-
iectis, Ti. Claudio obuenerit Africa, vt quinquaginta nauium classem, omnes quinquere-
mes, Prouincia ordina.

mēs, in prouinciam duceret, pari imperio cum Scipione Imperator esset. M. Seruilius Etruriam sortitus est, vbi & C. Seruilio prorogatum imperium, si Consulem remorari ad urbem Senatui placuisset. Item P. Villio Propr. in Sicilia ad classem à M. Pomponio Propr. accipiendam. Noui Praetores sortiti sunt, C. Aurelius vrbanam iurisdictionem, M. Sextius Galliam, C. Liuius Bruttios, & C. Tremellius Siciliam. Ceteris autem ita, vti quique prouincias & exercitus obtinebant, prorogata sunt imperia. Sexdecim, non amplius legionibus defensum eo anno imperium est, vt Liuius lib. xxx.

*Sortes Prato-
ria.* Ludi magni M. Claudio v. & T. Quinctio Coss. à T. Manlio Torquato Dictatore facti, & in sequens Lustrum voti, sed propter superioris anni prodigia, vt apparet, à Coss. tum pratermissi, hoc anno primum à Coss. in circo per quatrimum facti sunt, vt Liuius memorat. Interea Romæ ad nuntium primum induciarum ruptarum, ac rebellionis Carthaginensium, Annibale cum copiis in Africam transmissio, trepidatum fuit. Iussusque Ti. Claudius Cos. maturè in Siciliam classem ducere, atque inde in Africam trajicere: & alter M. Seruilius ad urbem morari, donec, quo statu res in Africa essent, sciretur. Segniter omnia, in comparanda deducendaque classe * pro Claudio Cos. facta erant: profectum denique tempestates continuæ impediunt, vt Africa littus attingere non potuerit. Coactus igitur, iam anno circumacto, classem laceram quassatamq; Romam reduxit: Liuius lib. xxx. Ceterum in vulgatis Liuianis de Ti. Claudij Cos. classe sic legitur: Segniter omnia in comparanda deducendaque classe ab Ti. Claudio Cos. facta erant; quod Patres de pace Scipionis potius arbitrium esse, quibus legibus daretur, quam Consulibus, censuerant. Culpa igitur tarditatis prociuctus classis non apud Consulem Claudium, sed apud Senatum fuit, qui eundem induciarum tempore expedire, ac in prouinciam ire noluit. Placet igitur magis antiqui codicis lectio, in quo non (ab Ti. Claudio) sed (pro Claudio) habetur.

C. SERVILIUS. C. F. P. NEPOS. DICT.
P. AELIUS. Q. F. P. N. PATIVS. MAG. EQ.
COMIT. HABEND. CAVSSA.

M. Seruilius Cos. Romæ diutiùs, vt dixi, retentus, ac tardiùs in prouinciam abiens, ne comitiorum causa reuocaretur, priusquam ab vrbe discederet, Dictatorem dixit C. Seruilius Geminum fratrem suum: Dictator magistrum equitum P. Aelium Patum dixit. Comitia sæpiùs indicta per tempestates perfici non potuerunt. Itaque cum pridie Idus Martias ex more veteres magistratus abissent, nouis nondum creatis, Respublica sine curulibus magistratibus erat. Interim Aprili mense Cereales ludos Dictator & magister equitum ex S. C. fecerunt: legatisque Pœnorum & Macedonum regis (qui tum aduenerat) Patrum iussu Dictator responsum dedit, Consules novos iis Senatuum daturos esse. Inde comitiis habitis, noui Consules facti sunt Cn. Cornelius Lætulus, P. Aelius Pætus, qui sequentur. Vide Liuium lib. xxx. Ab hoc quidem tempore Dictaturam per centum viginti annos vacasse, & quasi penitus è Republica sublata fuisse comperimus, vique ad violentam illam L. Sullæ bello ciuili Mariano inuectam anno vrbis DCLXXI. Quod & Velleium Paterculum obseruasse videmus historia Rom. libro posteriore. Vbi de L. Sullæ post victorias belli Mariani Dictatore creato sic verba facit: Videbantur finita belli ciuilis mala, cum Sullæ crudelitate aucta sunt. Quippe Dictator creatus (cuius honoris vsurpatione per annos cxx. intermissa. Nam proximus, post annum quàm Annibal Italia excefferat, vt appareat populum Romanum vsu Dictatoris non tam desiderasse, quàm timuisse.) Sic nobis Velleius intermissæ Dictaturæ spatium depingit, nil discrepans à Fastis in annorum numero: cum L. Sullæ Dictator anno abhinc centesimo vigesimo factus, & Annibal anno superiore ante hanc C. Seruiliij Dictaturam Italia excefferit. Sed vitiatum, obscurum, ac mutilum quid sonant Velleij hæc verba: Nam proximus post annum quàm Annibal Italia excefferat; hisce quidem Velleius notat obiter annum ipsum postremæ ante Sullana tempora Dictaturæ, quam gessit post Annibalis ex Italia discessum hic C. Seruilius: qui proximus, sed magno temporis intervallo, Sullæ Dictatori fuit. Quod magis elucescet, si in exemplaribus vna vox (quàm) mutetur in (quo) quod faciendum, tu Lector diiudica. Eleganter quidem & antiquè Velleius sic ait: Proximus post annum, &c. Sed quàm obscure? quàm abruptè? sic, vt multa subintelligi debeant, cum sententiam explere voles. Quod in hunc ferè modum fieri oportet: Nam (qui Sullæ) proximus post annum, quam (vel quo) Annibal Italia excefferat (fuit.) Elegantiùs autem Maro vim vocis istius exprimit Æneidos quinto:

*Proximus huic, longo sed proximus intervallo,
Insequitur Silius.*

Proximum enim loco vel tempore dicebant, Nonio teste, veteres, non solum adhærentem, vel adiunctum: verum etiam longè remotum, si tamen inter duo discreta nihil sit medium; sicut inter hunc C. Seruilium & L. Sullam Dictatores nullus medius. Alter igitur alteri, licet cxxix. annorum spatium interpositum sit, rectè dicitur proximus. Proximi loco vel tempore, qui rectè dicuntur.

Prætores.

C. Aurelius. C. f. C. n. Cotta. Vrbanam iurisdictionem fortitus obtinuit, vt Liuius. Atqui videtur per vrbanam sapius vtramque in vrbe iurisdictionem intelligere; maximè, quoties collegæ tres, reliqui Prætores extra vrbem prouincias cum imperio sortiuntur.

M. Sextius. // f. // n. Sabinus. Ex Ædilitate plebis, Ariminum vel Galliam fortitus, prouinciam ac duas eius legiones accepit à P. Quinctilio Varo: Liuius lib. xxx.

C. Liuius * M. f. M. n * Salinator. Bruttios fortitus obtinuit cum duabus legionibus, quibus P. Sempronius Procos. priore anno præfuerat: Liuius ibidem.

C. Tremellius. // f. // n. Flaccus. Ex Ædilitate plebis Siciliam fortitus prouinciam, ac duas legiones à P. Villio Tappulo Prætoris prioris anni accepit: Liuius.

Ædiles Curules

L. Licinius. // f. // n. Lucullus. Q. Fuluius * Q. f. Cn. n. Pætinus * Ludos Romanos ter totos instaurarunt. Ceterum pecuniam ex ærario scribæ viatoresq; Ædilitij clam egressisse per indicem comperti, damnati sunt, non sine infamia Luculli Ædilis, quemadmodum Liuius ibidem annotat lib. xxx. Peculatus damnati scribæ & viatores Ædilitij.

Ædiles plebis

P. Ælius * Q. f. Q. n * Tubero. L. Lætorius * M. f. M. n. Plaucianus * Vitio facti abdicarunt. Sed seriùs vitio deprehensò, cum priùs ludos plebeios, ludorumque causa epulum Ioui fecissent, & signa tria ex multatitio argento facta in Capitolio posuissent: vt Liuius lib. xxx. tradit, an in eorum locum alij fuerint suffecti, non expressit. Nobis tamen, ne magistratum ordinem interrumpamus, subiungere duos visum est, quorum Ædilitas in hunc annum cadere potuit.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
M. Cincius * M. f. * // . n. Alimentus. C. Scantinius. C. f. // . n. Capitolinus.

Tribuni plebis

Ex Patrum auctoritate populum rogarunt, quem vellet in Africa bellum gerere? Omnes tribus P. Scipionem iusserunt. Africa nihilominus, Consulibus illam ambientibus, in sortem coniecta ex Senatus decreto: vt cui hæc obueniret, is imperio pari cum Scipione Imperator esset, & classem obtineret: Liuius lib. xxx.

// . // . // . f. // . n. // .	// . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // .	// . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // .	// . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // .	// . // . // . f. // . n. // .
// . // . // . f. // . n. // .	// . // . // . f. // . n. // .
L. Terentius. // . f. // . n. Massa.	Sex. Ælius. Q. f. P. n. Pætus. Catus.
L. Villius * Ti. n * Tappulus.	L. Cassius Q. f. // . n. Longinus.
[L. Memmius. L. f. L. n. Gallus.]	[P. Mælius. P. f. P. n. Capitolinus.]
[Sp. Mælius. Sp. f. P. n. Capitolinus.]	[T. Æbutius. T. f. T. n. Carus.]
[C. Æbutius. C. f. C. n. Carus.]	[Sp. Veturius. Ti. f. T. n. Caluinus.]

Quæstores vrbani.

// . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

Quæstores Prouinciales.

// . // . // . f. // . n. // . Ti. Neronis. Cos. ad. classem. Africanam.
// . // . // . f. // . n. // . M. Gemini. Cos. in. Etruria.

C. Lælius. C. f. C. nepos. P. Scipionis Procos. in Africa. extra. sortem. ex S. C. quod ipsum sic Liuius libro xxx. demonstrat his verbis in historia prælij contra Annibalem. Lælium (cuius antè legati, eo anno Quæstoris extra sortem ex S. C. opera utebatur) cum Italico equitatu ab sinistro cornu; Massanisam, Numidasque ab dextro opposuit. Itaque Lælius Quæstor cum equitatu Italico sinistrum cornu in acie tutatus est, & aduersus Pœnorum equites in cornu dextro ab elephantis propriis turbatos pugnavit, ac eisdem profligavit. Idem naues onerarias, quas Pœni induciarum tempore diripuerant, & viginti quinque milia pondo argenti pro mercibus; item stipendium ac frumentum pro auxiliis pactum, quo legatos ad pacem petendam mittere Romam possent à Carthaginienisibus accepit, vt ex eodem Liuius colligimus. Ex iam dictis igitur constat, M. Catonem Scipionis Quæstorem anni superioris exitu prouincia decessisse, & C. Lælium illi successisse. Qui Scipionis amicitia clarus & celebris, eius legatus & comes continuus tam in Hispania, quam in Africa semper antè fuerat. Vir summi consilij atque prudentiæ fuit, eloquentiæque singularis. Reus tandem post Præturam ac Consulatum fuit cum Africano factus ad populum. Cuius orationem, quam tunc ipse pro se dixit, citat Sex. Pompeius Festus in voce Saturæ.

C. Lælij in prælio aduersus Annibalem victoria.

M. Catonis successor in Quæstura C. Lælij. Eius virtutes.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. M. Sabini. Pr. in. Gallia.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. C. Tremellij. Pr. in. Sicilia.

///. ///. ///. f. ///. n. ///. C. Liuij. Pr. in. Bruttieis & Apulia.

P. Cornelius. Cn. f. L. n. Scipio. Nafica. Cn. Scipionis Calui cum fratre Publio in Hispania occisi filius, qui nondum Quæstor fuerat anno DCL IX. cum ciuium optimus Senatus sententia iudicatus Matrem deum Magnam Idæam exciperet, Liuius & Val. Maximo lib. viii. cap. vltimo auctoribus. De eius Quæstura nihil aliud me legere memini, coniectura tamen ducor ex aliorum magistratum eius ordine ac tempore, vt existimem hoc anno Quæstorem fuisse: maxime cum anno abhinc altero Liuius eum nominet cum T. Quinctio Flaminio item Quæstorio inter III. viros, qui Venusiam colonos deduxere.

Senatus sententia ciuium optimus P. Scipio Nafica.

Cn. Manlius. Cn. f. L. n. Vulso. Consul sequetur, & extat in Capitolinis tabulis, triumphauitque de Gallis Asiaticis. Patris autem ipsius Cn. Manlij Vulfonis ad Philippum Macedoniæ regem legati mentionem facere videtur Liuius lib. xxx.

L. Oppius. ///. f. ///. n. Salinator. Reperitur Tribunus plebis, Ædilis, & Prætor apud Liuium.

C. Vrsanius. ///. f. ///. nepos. Qui quinto post anno Tribunus plebis apud Liuium lib. xxxiii.

Ap. Claudius * P. f. Ti. n * Nero. Hic bello Macedonico Tribunus militum postea, & deinde Prætor Hispaniæ vterioris, & legatus inter decem Asiæ constituendæ reperitur in Liuius. Frater iunior fortasse fuit huius anni Consul.

C. Atilius * C. f. C. n * Serranus. Patre Prætorio & auo bis Consule natus, sicut annorum ratio subindicat. Ipsum Ædilem nobis suggerunt Liuius, Valerius Max. & Pædianus in Cornelia Ciceronis, vt suo loco.

L. Scribonius * L. f * ///. n. Libo. Cuius pater fortasse fuit, quem Tribunum plebis attulit Liuius anno DXXXVII. Hic sequetur Ædilis curulis, & Prætor. Post istos denique honores eum quoque Liuius recenset inter III. viros, qui Sipontum atque Buxentum colonos deduxerunt anno DLXVII.

Prouinciæ.

C. Seruilius. C. f. P. nepos. Procos. Etruriam prorogato imperio obtinuit, absente Cos. M. Seruilio eius fratre, cuius ea fors erat. At eodem in prouinciam demum proficiscente, C. Seruilius Dictator dictus comitorum causa Romam concessit: Liuius lib. xxx.

M. Cornelius. M. f. M. n. Cethegus. Procos. Galliam prorogato in hunc annum imperio cum suo prioris anni exercitu obtinuit: Liuius.

L. Cornelius. L. f. L. n. Lentulus. Hispaniam citeriorem,

L. Manlius. L. f. ///. n. Acidinus. Hispaniam vteriorem

Procos. prorogato imperio obtinuerunt: Liuius.

P. Cornelius. P. f. L. n. Scipio. Qui. postea. Africanus. appellatus. est. Procos.

Procos. Africam. prorogato. imperio. obtinuit. Cum circa Carthaginem armis omnia infesta faceret, Annibalem cum suis copiis ex Italia venientem ad patriæ defensionem traxit: eumdemque non procul vrbe Nagarra (cum prius tamen à Pœno per colloquium pax tentata, sed non obtenta fuisset) signis collatis ingenti prælio vicit, quo hostium supra viginti milia cæsa sunt, & par fere numerus captus est, cum signis militibus centum triginta tribus, elephantis vndecim. Victores Romani ad duo milia desiderata sunt. Atque illud vltimum Annibalis contra Romanos prælium fuit: qui cum paucis elapsus equitibus Adrumetum per fugit. Accitus inde Carthaginem, in curia fassus est, se non prælio tantum, sed bello quoque victum esse: nec spem salutis alibi, quam in pace impetranda reliquam esse. Tum demum verè pax per decem legatos principes civitatis, auctore Annibale, flagitari cœpit. Quibus Scipio conditiones præscripsit, ac Romam eos ad Senatum ire iussit, datis induciis, frumento stipendioque Pœnis imperato, donec ab Roma legati redissent. Latissimè omnia Liuius, Polybius, & Appianus Alexandrinus, item Zonaras, Orosius, Eutropius, & alij.

Annibal in Africa contra Romanos vltimo prælio pugnavit, à P. Scipione magna cum clade victus & profugatus.

Sp. Lucretius. // .f. // .n. * Gallus * Propr. Ligures prorogato imperio obtinuit, *Genua restauratur.* vt Genuam exædificaret: Liuius lib. xxx.

Cn. Cornelius. L. f. L. n. Lentulus Propr. Sardiniam prorogato imperio, cum legione & classe sua obtinuit: Proffigato in Africa Annibale, cum quinquaginta rostratis, & centum onerariis nauibus, ac omni genere cômeeus ad Vticam accessit: vt libro xxx. tradit Liuius: sed mendosè, ni fallor, P. Lentulus eo quoque loco vocatur.

P. Villius. Ti. f. Ti. n. Tappulus. Propr. maritumam oram Siciliae prorogato imperio obtinuit cum classe viginti longarum nauium, ac militibus mille. Reliquas inde viginti cum mille quingentis militibus M. Pomponius Propr. Romam deportare iussus est: Liuius lib. xxx.

Cn. Octavius * Cn. f. * // .nepos. Propr. maritumam oram Sardinia prorogato imperio cum sua classe obtinuit, cum qua & in Africam ad P. Scipionem Procos. traiecit: Liuius, & Appianus in Africana.

M. Marcius * M. f. M. n. * Ralla. Propr. maritumam oram Italiae cum classe quam anno superiore habuerat, prorogato imperio obtinuit: Liuius ibidem.

Pro Quæstoribus fuere f.

C. Cornelius L. f. M. n. Cethegus. L. L. Lentuli. & Acidini. Procos. in Hispania.

// . // . // . f. // . n. // . Ostiensis. // . // . // . f. // . n. // . Calenus. Sex. Digitius. // . f. // . nepos. T. Iuuentius * T. f. * // . n. Thalna.

FINIS LIBRI IX. QUI EX AVCTORIBVS,

Polybio. T. Lintio. Plutarcho. Appiano Alexandrino. M. Varrone. L. Floro. Joanne Zonara. Paulo Orosio. Iulio Solino. Hesychio. Apollonio Rhodio. A. Gellio. Cassiodoro. Mariano Scotto. Cornelio Tacito. Asconio Padiano. Eutropio. Aemilio Probo. Orpheo poëta. Velleio Paterculo. Silio Italico. M. Cicerone. Lucano poëta. Q. Scauula Iuriscos. Nummis antiquis. Ennio poëta. Artemidoro. Homero. Nicandro. Pausania. Herodoto. Valerio Maximo. Tabulis Consulium Grecis, & Latinis Ioannis Cuspiniani antiquis. Iulio Frontino. Marmorum scripturis antiquis. Macrobio. D. Augustino. Iustino, vel Trogo Pompeio. Aeschylo. Marmorum epigraphis antiquis. Cornelio Nepote. Carulo Langio. Marmoribus Fastorum Capitolinis. Seneca Stoico. Democrito. Claudio Quadrigario. Sex. Pompeio Festo. Marco Valerio. Sibullinis libris. L. Cornelio Sulla Dict. Verrio Flacco. Sinnio Capitone. Sernio Grammatico. C. Plinio maiore. Sex. Aurelio Victore, vel Auctore de viris illustribus. Iuvenale poëta. Eusebio. Fastis Pontificalibus antiquis. Suetonio Tranquillo. M. Catone maiore. Afranio. Plauto. Valerio Antiate. Celso Columella. Ouidio poëta. Paulo Iuriscos. Clodio Licino. Siccone Polentonio Modesto. Vergilio Marone. Nonio Marcello. Pomponio Mela. Proclo Platónico.

IN HIS LOCI NOTA DIGNI.

L. Flori pagina 148. T. Liuij. 149. 152. 154. 155. 156. 160. 165. 167. 168. 169. 175. *ibid.* 178. 182. *ibid.* 185. 189. 190. 193. 198. *ibid.* 200. 202. 203. 210. 211. 212. 214. 216. 217. 222. 224. 228. 231. Polybij 153. Ioannis Zonarae. 153. 165. Paulli Orosij. 153. 158. Eutropij. 153. 158. 201. 207. Valerij Maximi. 153. :66. 211. Sex. Pompeij Festi. 181. Plutarchi. 194. 199. M. Ciceronis. 195. 203. 219. Suetonij Tranquilli. 206. 213. C. Plinij maioris. 223. Velleij Paterculi. 228.

CHARACTER
REGVM RECTRICIS

LIBRI X.

ANNALIVM ROMANORVM

STEPHANI VINANDI PIGHII.



PVLCHER. VT. AESONIDES. TAVROS. SIC. MARTIA. ROMA.
CORNIGEROS. PORTARE. DOCET. IVGA. TRISTIA. REGES.



LIBER hic decimus Annalium, acta, leges magistratum, & res Imperatorum per octodecim annos domi militiaeque gestas enarrat. Ut scilicet, confecto bello Punico secundo, populus Romanus victrices aquilas suas per Graciam, & Mediterranei maris insulas circumtulit terra marique; & Philippum Macedoniae regem Annibali iampridem in Italia dominanti, & hostibus Pœnis sociatum fœdere, atque etiam Atheniensibus amicis, multisque Graciae populis grauem ac intolerandum compescere, simulque libertatem Graciae voluerit asserere: utique Philippo rege deuicto, Nabidisque Spartani tyrannide oppressa, Antiochum Syriae potentissimum regem, Annibalis exulis Pœni,

Causa belli contra Philippum Macedoniae, & Antiochum Syriae reges.

Pœni, & Aetolorum facibus inflammatum, atque in Europam Orientis transferentem arma, eodem victoriarum cursu feliciter superarit, Gracisq̄e populis Asia iugo regio liberatis, Antiochum Ultra Taurum montem repulerit. Cùm autem hæc imprimis in isto libro referantur, & quomodo Roma vim maiestatemq̄e sui imperij, iustitia & æquitate fulta, brevi annorum spatio per Africam, Europam, atque Asiam quodam quasi torrente vel aestu fortune quàm latissimè transfuderit: ipsam REGVM RECTRICEM ex argumento historiae nuncupare, & huic libro fabulam Iasonis taurorum domitoris esse characterem, volui: sic noua quadam metamorphosi, mutatis personis, pro Iasone nudo, Martiam Romam armatam duos indomitos tauros cornibus captos subiugare velle vides. Quam picturam imitatus sum ex arca marmorea sepulchralis fragmento antiquissimo, quod fabulam Iasonis Vellus aureum è Colchide rapientis eleganter exsculptam habet, sicut extat Rome in hortis Pontificijs Vaticanis. Nec ineptus character hic videri poterit, cùm argumento libri sit congruus: qui latè Lectorem instruit, quomodo deuictis duobus potentissimis Europæ atque Asiae regibus, postmodum sceptrâ fascibus Romanis subijcere, iura atque leges à Romano Senatu accipere non puduit longè diffitos reges & populos. Tanta vis ac virtus iusti est imperij, vt huic vel spontè cedant omnia, non secus ac orienti Soli tenebræ: vel fulminis instar obstantia quæque maturi consilij succursu, & providentiæ dextera directum, tandem discutiat & conterat. Quod ipsum nobis rerum antè gestarum exitu docent historia, doctèque non minùs quàm ingeniosè salutiferi principis imaginem antiqua Græcorum fabula formarunt non solum in Hercule, sed etiam Iasone Thessalo. Quem fingunt poëta, Medea auxiliante, idest, accurati fidiq̄e consilij ope, plurima exsuperasse pericula. Martis tauros ignem spirantes, (vt pulchrè ex Euripidis Medea Maro, Ouidius, atque alij plures cecinerè) cornibus ferro præfixis, naribus ac pedibus ære solidis subiugasse, & ex arato Martio campo natos armatos milites à se in cædes mutuas compulsos auertisse. Quid enim aliud (si ad hominum mores hanc fabulam applicamus) hisce troporum formis insinuare nobis veteres illi poëtae voluerunt, quàm quòd tumidorum regum atque magnatum rapide irarum flamma, furentesque passionum impetus, æque rationis consideratione domari, iugoq̄e iustitiæ subijci debeant rei benè gerundæ causa. Etenim Medea nomen habet, à cura scilicet, consilio, & deliberatione; Iason autem à sanando, vel redintegrando, ἰασίς enim curatio atque medela est. Fidum igitur consilium, quod cum matura deliberatione tam publicè quàm priuatim operatur, rerum agendarum modos docet, queis cuitari non solum sed etiam vinci pericula, difficilia quæq̄, faciliter exequi, ægra sanari, praua corrigi, atque in bello denique hostium ingruentium acies, atque aduersa tela disturbari ac repelli possunt. Est itaque scutum aduersus pericula quæuis tutissimum. Non aliud Medæ magicum auxiliare carmen intelligitur fuisse, quo Iason adutus, vnius silicis iactu conuersas in se multorum hostium hastas auertit. & à se depulsum Martem in ipsos transfudit, vt perquam doctè Naso poëta canit. Quapropter Sophocles pulchrè recta iudicia plus valere quàm manuum exercituumve robur, affirmat ita:

Ἰνδύαι πλέον νεγτῶσιν, ἢ εἰένος χορῶν.

Nec discrepat Euripides, vbi ait, quòd prudens consilium multas superat manus vel armatas copias, cùm sic ait:

Σοφὸν γὰρ ἀβέβηλα μα τὰς πολλὰς χόρας
Νικᾷ σὺν ὄχλῳ δ' ἀμαθία, πλέον νεπέου.

Et rectè quidem addit, imperitiam cum turba ac tumultu deterius esse malum.

Character
libri ex ar-
gumento.

Iasonis ærū-
na in Col-
chide prima.

Iusti imperij
vis.

Iasonis fa-
bula.

Affectuum
animi vehe-
mentes flā-
ma, rationis
ac boni con-
silij sunt aqua
relinguēde.

Medea quid.
Iason quid.
Fidi consilij
virtus.

Magicum
Medæ car-
men.

Iudicium
consultum
validius ar-
mis est.

Sapientia
ipsa victoria.

*Victrix igitur errorum ac vitiorum omnium est sapientia, Menandro teste. Quæ vera putatur illa Mæveia antiqua, quæ & Christum salutis nostræ natum, stella divina duce, quæsiuit, & qua regum Persarum filij olim solent institui, ut ex totius mundi pulcherrima monarchia cælesti discant & ipsi suæ reip. monarchiam imitari. Hinc etiam M. Cicero de diuinatione scribens, neminem apud Persas regio fastigio potiri tradit, qui prius magicam non imbiberit scientiam. Et hæc quidem illa Jafonis fabulosa Medea, cuius artibus monstra iniuriarum quævis Princeps bonus ac Philosophus exsuperare poterit. Hæc *ἄρως* vel taurinos animorum spiritus, nil aliud quàm ferrum ac flammæ mugitu terribili boantes, viuidis rationum carminibus domare, legumque pondus ferre cogit, armorum insuper bellique minas, ac hastatorum acies tamquam armatas fabula dictæ segetes euanescere facit. Ταύρος autem omnia immunia atque robusta veteres illos Græcos appellasse, propterque magnitudinem & vastitatem, monti in Asia maximo Tauri nomen inditum fuisse tradit Eustathius, in periegesin Dionysij Afri scribens: tum quia scopulis insuper acutis excelsus, eius maritima promontoria taurorum grandium formas ostentant. Quod item pulchrè sic Dionysius ipse cecinit,*

Ὅν τε τρωαίης τε καὶ ἰσχυρῶν ἰδὲ θεῶν.

Quod ipsam Rheinius Fannius ferè explicat hoc versu:

Cornua nam summus scopulis imitatur acutis.

Ut apud Cœlium in doctissimis antiquarum lectionum Commentarijs libro VII. legere est. Veteres insuper illi poëta, non minùs apud Romanos quàm apud Græcos, habuere tauri nomen infame semper ferè, quo sæpiùs suggillarunt regum ac potentium hominum truces ac superbos animos, principumque populivoros ministros. Hinc Cretæ rex, Europæ Phœniissæ raptor, Taurus, item vastator Atticæ Minois regis, Taurus Paphæis adulter in fabulis celebrantur: quorum hunc Minois regis scribam fuisse Seruius Virgilij commentator memorat. Perquam vulgare quidem apud antiquissimos scriptores semper fuit, hominum virtutes & vitia brutorum animalium naturæ, rebusque etiam inanimatis comparare, atque tropis varijs per allegoremata veritatem ipsam, immò & rerum diuinarum mysteria, naturæque secreta monstruosis fabulis occultare. Quod suis monumentis non solum profani scriptores testantur, verùm etiam sacra litteræ, Moysis ac Prophetarum vaticinia nos docent. Exempla non desunt, & ne latiùs euagemur, de tauris vnum adferre sat esto. Quàm, quæso, propriè David rex propheta Psalmo XXII. per tauros pingues, Iudeorum principes, pontifices videlicet, scribas, & seniores populi, opibus, auctoritate, iustitiæque sua superbientes atque feroces notauit, qui Christum essent obsessuri? per vitulos, luxu lasciuum ac contumeliosum vulgus, plebemque præsentia tantùm considerantem? cuius ignorantiam excusans Sol iustitiæ Christus occidens, patrem suum, ut ignosceret, rogauit. Cornuum autem capitibus incrementum eadem ferè est interpretatio tam in sacris quàm profanis veterum scriptis. Cùm enim ex caloris & alimentorum copia excrescant, non secùs ac capilli & vngues in animalibus, non ineptè diuitias atque potentiam significant. Portendit autem Pericli Atheniensi cornu vnicum in arietis enatum fronte solidum ac robustum Athenarum monarchiam, ut apud Plutarchum legimus. Cornu igitur in præfata veterum illa philosophia quàm frequentissimè sublimem ac regiam potestatem significabat, ab eodemque regium gestamen diadema fastigiatum radiatumve, coronam appellatum Grammatici volunt, vnde coronati reges solent etiam vocari cornigeri. Sic antiquissimum Libyæ regem Hammonem, & Dionysium eius filium cornigeros fuisse, fabulantur Diodorus Siculus, Herodotus, Arrianus, & alij. Quin & sacra nostra litteræ Moysen

Magia duplex antiquorum, sed optima, quæ Christum quaerit. Persarum reges olim Magi & Philosophi.

Martij & taurini spiritus.

Tauri significatio varia.

Taurus, infame nomen hominis.

Veterum mos per fabulas & allegorias scribendi.

Tauri pingues qui.

Vituli, qui.

Cornuum significatio.

Cornuum ortus vnde.

Corona, à cornu deducta vox.

Coronati, cornigeri appellati.

Moyſen cornigerum refulgentibus in fronte binis cornibus viſum, cùm leges ſuo populo Iudaico ferret, tradunt, cùm illi maiestatem regiam ſummi Dei colloquium in monte Sina dediffet: & adeò grandem, ut eius intueri faciem populus vereretur. Frequenter admodum in ſacris Biblijs, ac Prophetarum vaticinijs cornu, non ſecus ac coronam, ſignificare ſublimem potentiam, gloriam, ac honorem, paſſim reperimus. De qua re ſufficit adduxiſſe ſingulare hoc exemplum ex hymno ſacroſanctæ Virginis Deiparæ Mariæ, quo Regem mundi Seruatorem noſtrum conceptum, & cornu ſalutis erectum in domo David ſerui ſui gratulatur. Rurſus cùm ad animorum vertitur vitia tropus iſte, non regias virtutes cornu, ſed ferè ſuperbiam, iram, atque tyrannicam impietatem deſignat. Sic in Pſalmis propheticis non ſemel, ut LXXIV. Dixi iniquis, Nolite iniquè agere; & delinquentibus, Nolite in altum extollere cornu veſtrum. Item in hac & altera ſignificatione, pro gloria & potentia: Et omnia cornua peccatorum confringam, & exaltabuntur cornua iuſti. Verùm ut Characteris argumento finem denique imponam, ſatis iam declaratum arbitror, eius oſtendi ſchemate, quomodo Roma, depreſſis maximorum in Europa & Aſia regum cornibus, fundamenta ſolida ſui per terrarum orbem imperij iecerit. Quod decimi huius Annalis contextus legentibus explicabit ampliùs.



REGVM RECTRIX

LIBER X.

ANNALIVM ROMANORVM

STEPHANI VINANDI PIGHII.

ANNI P.R.C. DLII.

Consules.

Cn. Cornelius. L. f. L. N. LENTVLVS. P. AILIVS. Q. f. P. n. PÆTUS.



*Orthogra-
phia prisca
observatio in
gentis Æliæ
nomine.
Ælii prisca ab
aliorum cul-
tu Allij ap-
pellati.*

CONSVLVM nomina, vt vides Lector, in Capitolinis marmoribus ex maiore parte interciderunt temporum iniuria: in quo, quod restat, exiguo fragmine vetustam eius sæculi orthographicam scribendi formulam AI, pro AE. animaduertere est, quam & in antiquis nummis Romanis inuenimus, in quibus plerisque etiam ALLIVS pro AILIVS legitur. Obsoletum & valde prisicum gentis nomen hoc apparet ab aliorum cultu desumptum, quod postea tenuiore pronuntiatione mutatum in Ailiam, ac deinde in Æliam. Verùm vt ad Consules reuertamur, horum frequens mentio est apud varios auctores, quoniam bellum Punicum secundum eo anno finitum fuit. Itaque Liuius, Cassiodorus, Marianus, Orosius, & Eutropius Cn. Cornelium Lentulum & P. Ælium Pætum nominant: tabulæ Græcæ, Lentulum & Pætum. Plinius libro & cap. XVIII. scribit P. Ælio, Cn. Cornelio Coss. quo anno (inquit) superatus est Annibal, frumenta in arboribus nata fuisse. Hæc Plinius ex alijs annalibus. Annibalem enim anno superiore victum, & Pœnos ad pacem petendam compulso fuisse, consensus auctorum est.

Prodigium.

Cn. Cornelio Cos. quinquaginta nauium classis decreta est ex duabus classibus; vel Cn. Octauij, quæ in Africa esset, vel P. Villij, quæ in Sicilia, vt quas naues vellet, deligeret: P. Scipio Procos. quinquaginta naues longas item haberet, quas habuisset. Quibus si Cn. Octauium, sicut præfuisset, præesse vellet, eidem Propr. in annum imperium esset. Si C. Lælium præficeret, Octauius Romam decederet, reduceretque naues * quarum Procos. Scipioni vsus non esset. Si pax cum Pœnis non coiret, Consul Lentulus cum sua classe in Africam traiceret, ac mari rem gereret: P. Scipio eodem, quo antè, imperio & exercitu terra. Consul alter P. Ælius, cui Italia euenisset, duas legiones à M. Sextio Prætoce acciperet, quibus Galliàm obtinebat. Et Consules scribere duas vrbanas legiones iussi sunt; vt quatuordecim legionibus eo anno, centum nauibus longis respublica administraretur. Hæc Liuius libri xxx. fine.

*Prouinciariū
& exercituum
distributio.*

* at quibus

Philippi Macedonum regis legatis cum tristi responso dimissis; bellum scilicet quære-
re regem, & si pergar, propediem inuenturum; legati Carthaginensium in Senatu auditi
sunt, pacem misere flagitantium. Arbitrium pacis ad P. Scipionem populi iussu, & ex Pa-
trum auctoritate, inuito Cn. Lentulo Cos. delatum est: vt ex decem legatorum sententia,
quibus ei videretur legibus, pacem cum populo Carthaginensi faceret. Ea quibus condi-
tionibus, quòve ritu firmata fuerit, copiose narrat Liuius, Polybius, Appianus, & alij.
Bellum igitur Punicum secundum XVII. anno his Coss. finitum est. Pœni ex fœdere pa-
cis inita, quatuor milia captiuorum, perfugas & fugitiuos omnes (de quibus supplicium
est sumptum,) reddiderunt. De perfugis grauius quàm de fugitiuis consultum, nominis La-
tini qui erant, securi percussis; Romani, in crucem sublatis. Elephantos item omnes tradide-
re, quorum maior pars Romam missa est, reliqui Massanisa regi amico donati sunt. Na-
ues longas omnes ad quingentas vsque quas præter decem triremes tradere coacti fuere,
P. Scipio in altum proeectas in conspectu Carthaginis incendi iussit: quarum conspectum
incen-

*Victoria me-
ritum priui-
legium P. Sci-
pionis Imp. de
pace Pœnis
arbitrio suo
danda.
Pœni pacis
caussa qua
pendere co-
acti.
Iusta scelerato-
rum suppli-
cia.
Incendium
classis inimi-
ce.*

incendium tam lugubre fuit Pœnis, quàm si ipsa arderet Carthago. Eodem ferè tempore P. Ælius Cos. Boiorum fines populatus est, qui incursiones in agros sociorum fecerant, & cum Liguribus Ingaunis fœdus icit, & nihil aliud in prouincia memorabile cum gessisset, Romam rediit. Vide de his Liuium, Polybium, Appianum, Zonaram, Silium Italicum Punici belli libro vltimo.

P. Ælius Cos. in Gallia quid gesserit.

Prætores.

M. Iunius * M. f. * // . n. Pennus. Urbanam. iurisdictionem. sortitus. obtinuit. Ex S. C. facialibus imperauit, vti in Africam ad fœdus cum Carthaginensibus ferendum irent, priuos lapides silices, priuasque verbenas secum ferrent. His itaque poscentibus sagmina dedit: Liuius xxx. fine. Ex Patrum item auctoritate comitiis anni habitis, decem viros agris dandis creauit: veteranis, qui ductu atque auspicio P. Scipionis Procos. in Africa bellum confecissent, agrum Samnitum Apulumque, quod eius publicum populi Rom. esset, dimensum diuiderent, vt quisque annos in Hispania aut in Africa militasset, bina iugera in singulos annos acciperet. Nomina decemvirum Liuius lib. xxxi. initio recenset, atque inter eos T. Quinctium Flaminiu: qui post Quæsturam (vt diximus) cum imperio Apuliam ac Tarentum Propr. extra ordinem obtinuerat. Sed mendose ibidem inter legatos decem Q. Flaminius appellatur.

Faciales in Africam missi fœderis ferendi causa.

Agri veteranis bello confecto dimissi in Samnio & Apulia diuisi.

M. Valerius * M. f. M. n * Falto. Campaniam. ac Bruttios. sortitus. obtinuit. cum duabus legionibus, quibus C. Liuius Prætor priore anno præfuerat: Liuius lib. xxx. fine, & xxxi. principio.

P. Ælius * Q. f. Q. n * Tubero. Ex Ædilitate plebis. Siciliam. sortitus. cum duabus à C. Tremellio Prætorè acceptis legionibus obtinuit: Liuius lib. xxx. fine.

M. Fabius * M. f. M. n * Buteo. Sardiniam. sortitus. obtinuit. cum vna legione, quam Cn. Lentulus Propr. habuerat, & decem nauibus longis: Liuius ibidem.

Ædiles curules

L. Valerius. P. f. L. n. Flaccus. T. Quinctius. T. f. T. n. Flaminius. Ludos Romanos scænicos magnifice apparatusque factos biduum instaurarunt: frumentique vim ingentem, quod ex Africa P. Scipio Procos. miserat, quaternis in modios æris populo cum summa fide & gratia diuiserunt: Liuius libri xxxi. exordio. Cuius rei in memoriam cufos vidimus denarios argenteos eum istius annonæ symbolis. In quorum vno Cereris cum spicea corona facies est, in altero latere sedent inter duas spicas togati Ædiles in sellis suis iuxta modium frumentarium. Adscripta sunt eorum nomina in nummo sic: T. FLAMININ. T. F. L. FLAC. P. F. ÆD. CVR. EX. S. C. Vide nummi picturam in Huberti Goltzj Fastis nummariis, qui illum Consulatus T. Flamini & L. Flacci accommodauit in annis DLV. & DLVIII. Sed deceptus obscuritate sui nummi fuit, vt perperam pro modio fellam alterius Ædilis obliquam depinxit, quæ in nummo videri nequit. Equidem vidi ipse plures perfectiores eiusdem cunei & characteris cum Romæ, tum apud Granuellanum Cardinalem Bruxellæ, in quibus modius ille ante Ædiliu crura perspicue apparebat.

Ludi Romanis instaurati magnifice. Annona vitatis. Denarij in memoriam copie frumentorum ab Ædilibus cusi.

Ædiles plebis

L. Apustius * L. f. L. n * Fullo. Q. Minucius. C. f. C. n. Rufus. Ludos plebeioster totos instaurarunt, & Iouis epulum ludorum causa fuit. Ex his Minucius in hac Ædilitate Prætor in annum sequentem est designatus. Quod Liuius non præterit libri xxxi. exordio.

Ludi plebei instaurati.

Tribuni plebis

Q. Minucius. Q. f. L. n. M. Acilius. C. f. L. n. Thermus. Glabrio.

Africæ prouinciæ cupiditate flagranti C. Cornelio Cos. & prius quidquam agi se passurum neganti, quàm sibi Africa decreta esset, restitere. Magnis contentionibus acta res est, & in Senatu, & ad populum. Postremò de prouinciis ordinandis Patribus iuratis permissum. Cum denique S. C. de pace cum Pœnis facienda Consul Cn. Cornelius intercessisset, ad populum tulere, Vellent iuberentve Senatum decernere, vt cum Carthaginensibus pax fieret? & quem eam pacem dare, quemque ex Africa exercitus deportare iuberent? De pace, vt i rogas, omnes tribus iusserunt, Pacem dare P. Scipionem, eundem exercitus deportare. Ex hac rogatione Senatus decreuit, vt P. Scipio Procos. ex decem legatorum

Contentiones ambiciosi Cos. Cn. Lentuli.

Præuilegium de pace cum Pœnis facienda P. Scipionis victori datum.

torum sententia pacem cum populo Carthaginienſi, quibus legibus ei videretur, faceret. Liuius libri xxx. fine.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .
 // . // . // . f. // . n. // . // . // . // . f. // . n. // .

C. Heluius * P. f. * // . n. Blafio.

M. Heluius. P. f. // . n. Blafio.

L. Atilius * C. f. M. n. Regulus *

[M. Minucius. Cn. f. Cn. n. Feſſus.]

M. Minucius * M. f. P. n * Rufus. Hunc inter III. viros agris dandis prodiſt anno DLIX. Liuius, & altero poſt anno legatum in Africam miſſum tradit lib. xxxiv. Poterit videri filius M. Ruſi, cuius magiſtri equitum imperium populus contra morem maiorum cum Dictatoris ſui Q. Fabij Max. imperio æquauerat, vt ante ſuo loco dictum eſt.

[L. Canuleius. M. f. M. n. Diues.]

[C. Terentius. C. f. // . n. Varro.]

[L. Hortenſius. L. f. L. nepos.]

Quæſtores vr bani.

//. // . // . f. // . n. // . // . // . f. // . n. // .

Quæſtores prouinciales.

//. // . // . f. // . n. // . Cn. Lentuli Cos. ad claſſ. Africanam.

//. // . // . f. // . n. // . P. Pæti Cos. in Italia & Gallia.

//. // . // . f. // . n. // . P. Tuberoniſ. Pr. in Sicilia.

//. // . // . f. // . n. // . M. Fabij. Pr. in Sardinia.

//. // . // . f. // . n. // . M. Valerij Pr. in Campania. & Brutticis.

//. // . // . f. // . n. // . Oſtienſis.

Q. Marcius // . f. // . n. Rex. Sequetur Tribunus plebis, & nepotem habuiſſe Cos.

Q. Marcius Rex in rep. primus hic forte reperitur.
 a. DCXXXV. colligi ex annorum interuallo poteſt. Hunc autem reperio primum Marcium cognomine Regis inſignitum. Nec ex alia hoc occaſione prodiſſe videtur, quàm quòd iſta familia ſe ab Anco Marcio rege natam iactitaret: quemadmodum ex oratione C. Cæſaris Dictatoris funebri, quam Quæſtor in amitæ ſuæ Iuliæ exequiiſ habuit, clarè cognoscimus: ex qua Suetonius in eius vita quædam recitat verba publicè tunc notata propter nimiam eius iactantiam, & tyrannicum ſpiritum; regiam & diuinam ſtirpem ſibi iam tum adſcribentis: Amitæ, inquit, meæ Iuliæ maternum genus ab regibus ortum, paternum cum diis immortalibus coniunctum eſt. Nam ab Anco Marcio ſunt Marcij Reges, quo nomine fuit mater: à Venere Iulij, cuius gentis familia eſt noſtra. Eſt ergo in genere & ſanctitas regum, quæ plurimum in inter homines pollet; & cærimonia deorum, quorum ipſi in poteſtate ſunt Reges. Attamen plebeios multis ante Cæſarem ſæculis fuiſſe

Superba Cæſaris verba.
 Marcios Reges, huius Q. Marcij Tribunatus plebis demonſtrat. Ceterum patriciam Anci regis ac Marcia gentis ſtirpem in Coriolaniſ defeciſſe, ſi quis affirmare velit, quidnam contrà dicere debeam, neſcio; cum neminem poſt Coriolani� patriciæ gentis Marcium inuenerim apud auctores quos vidi. Plures tamen Marcia gentis plebeias familias, vt Cenſorinorum ſcilicet & Philipporum, æquè ſtemmata ſua in Ancium regem propagare conatas fuiſſe, teſtantur antiqui ſimilium nummi cum Anci regis ac Numæ Pompilij imaginibus: quas familias vel ad plebem poſteà tranſiſſe debemus opinari, vel falſis imaginibus genus ac atria ſua decoraffe.

Cn. * Fuluius * Cn. f. Cn. n * Centumalus. Ratio temporis indicat filium fuiſſe Cn. Centumali Conſularis. Hunc Prætorem nominat Liuius lib. xxxv. ſed raro & inſueto Centumaliſ prænomine Marci: quod ſanè vitioſum ſcriptoris librarij culpa videtur eſſe, qui notam Cn. in M. mutauit.

P. Manlius * L. f. L. n * Vulſo. Præturam hic obtinuit, & altero poſt anno Conſulatum petens repulſam bis paſſus eſt, pertinaciter honorem illum biennio continuo perſequutus. Sed poſteà Prætor iterum factus eſt, ac demum III. vir epulo mortuus eſt: Liuius. Frater fortaffe L. Manlij fuit, quem triennio ante Quæſtorem poſuimus.

Cn. Cornelius * P. f. Ser. n * Merenda. Patre Prætorio, vt apparet, natus, & ipſe Prætor ſequetur.

C. Atilius